B I B L I O T H E C A
SCRIPTORVM GRAECORVM ET ROMANORVM
T E V B N E R I A N A

1055

APVLEIVS PLATONICVS MADAVRENSIS

OPERA QVAE SVPERSVNT
VOL. I

METAMORPHOSEON
LIBRI XI

EDIDIT

RUDOLF HELM

EDITIO STEREOTYPA
EDITIONIS TERTIAE (MCMXXXI)
CVM ADDENDIS



BEROLINI ET NOVI EBORACI
WALTER DE GRUYTER MMVIII

∞ Gedruckt auf säurefreiem Papier,
das die US-ANSI-Norm über Haltbarkeit erfüllt.

ISBN 978-3-598-71055-1

Bibliografische Information der Deutschen Nationalbibliothek

Die Deutsche Nationalbibliothek verzeichnet diese Publikation in der Deutschen Nationalbibliografie; detaillierte bibliografische Daten sind im Internet über http://dnb.d-nb.de abrufbar.

Printed in Germany
Druck und Bindung: AZ Druck und Datentechnik GmbH, Kempten

MANIBUS

FRIDERICI LEO

S

Mediceus bibl. Laurentianae 68, 2 F
(lectiones codicis nota non addita afferuntur)

[Mediceus bibl. Laurentianae 29, 2 ex illo descriptus φ]
(huius codicis memoriam non omnibus locis attulimus; ubi lectio affertur, codicis nota anteponitur; nota (φ) *postposita indicat codicem* φ *testem esse lectionis codicis* F, *sed tantum eius quae antecedit)*

Vulgata quae invenitur in codicibus deterioribus aut in libris impressis *v*

Quae invito librario cod. F *deleta sunt, uncis* [ ] *includuntur, quae addita, hamis* ⟨ ⟩; *quae mutata, litteris inclinatis significantur praeter vocales* e *et* ae *inter se mutatas et praeter* nihil *et* mihi, *quae omnibus fere locis per* ch *scribi solent*

Praefatio editioni floridorum addita est.

(Rob) et (Giarr) additum significat lectionem allatam testimonio illorum niti.

Admonebuntur, qui hunc librum legent, ut Addenda et Corrigenda consulant, □ *laterculo in margine appicto.*

Index virorum doctorum,

quorum coniecturae in apparatu critico commemorantur.

(Quorum commenta Oudendorpius congessit, asterisco significantur.)

LIBER I

Oud. I
2 At ego tibi sermone isto Milesio uarias fabulas con-
3 seram auresque tuas beniuolas lepido susurro permul-
4 ceam — modo si papyrum Aegyptiam argutia Nilotici calami
5 inscriptam non spreueris inspicere —, figuras fortunasque
hominum in alias imagines conuersas et in se rursum mutuo
6 nexu refectas ut mireris. exordior. quis ille? paucis ac-
cipe. *H*ymettos Attica et Isth[o]mos Ep*h*yrea et Tae-
7 n*a*ros Spartiaca, glebae felices aeternum libris felicioribus
8 conditae, mea uetus prosapia est; ibi linguam At⟨*t*⟩idem
9 primis pueritiae stipendiis merui. mox in urbe Latia ad-
uena studiorum Quiritium indigenam sermonem aerumnabili labore nullo magistro praeeunte aggressus excolui. en ecce praefamur ueniam, siquid exotici ac forensi⟨*s*⟩ ser-

---

fol. 126[a]

F 126[a]. φ 24[b]. APVLEI PLATONICI MADAVREN || SIS. PROSAE. DEMAGIA LIB. II. Ɛxpł Ɛgo ſalustius. em̄daui rome felix φ: APVLƐI⁹. MƐTA. I⁹ *de prooemio cf. praef. VI Leo Herm. XL (1905) 605 Reitzenstein Arch. f. Religionswiss. 28, 43* 1 At ⟨ut⟩ ego *vdVl* En ego *Hild* Ut ego *Oud cf. Phil. suppl. IX 585* fabulaſ (φ) aſ *ead. m. inter scribend. ex* iſ *et ne quid erroris relinqueretur, in mg. add.* aſ 3 papirū *em.* φ ęgyptiā *superscr. ead. m.* φ: egiptiä (*in mg. al. m.* ¨ c egiptiam) 4 formaſque *Wower cf. 50,11* 5 ymagineſ *em.* φ 6 ⟨en⟩ ut *vdVl* mireris, exordior *interpung. v contra cod.* exordior quis ille? *distinx. Havet* quis ille ⟨ego⟩ *vdVl ex vet. coniect.; post* ille *graviter distinx. Elmenhorst* 7 [k]Ymettoſ iſthomoſ epyrea & tenęroſ (φ, sed tenaroſ) 8 Spartiatica *Salm* linquā *em. v* 9 atidē (φ) 10 me*|rui *ex* mer|bii (φ) 13 exotici ..... *Sittl* exotici ⟨sonuero⟩ *vdVl* forenſi *em* φ *exoticum, i. e. alienum, ac forensem dicit ut homo Graecus sermonem Latinum*

Oud. *E*

10 monis rudis locutor offendero. iam haec equidem ipsa
uocis immutatio desultoriae scientiae stilo quem acces-
11 simus respondet. fabulam Graecanicam incipimus. lector
intende: laetaberis.

2 Thessaliam — nam et illic originis maternae nostrae
fundamenta a Plutarcho illo inclito ac mox Sexto philo-
sopho nepote eius prodita gloria⟨*m*⟩ nobis faciunt —
eam Thessaliam ex negotio petebam. postquam ardua
12 montium et lubrica uallium et roscida cespitum et glebosa
camporum emersim*us*, equo indigena peralbo uehens, iam 2
13 eo quoque admodum fesso, ut ipse etiam fatigationem
sedentariam incessus uegetatione discu*t*erem, in pedes
desilio, equi sudorem fron|te[m] curiose exfrico, auris re-
mulceo, frenos detra⟨*h*⟩o, in gradum lenem sensim proueho,
quoad lassitudinis incommodum alui solitum ac naturale
14 praesidium eliquaret. ac dum is, ientaculum ambula-
torium, prata qu*ae* praeterit ore in latus detorto pronus
15 ad*f*ectat, duobus comitum, qui forte paululum processerant,

---

quo in foro utuntur ac for. *del ut interpretamentum Leo; sed cf. 2,15* (solitum ac naturale) *10,25* (mutilus ac putris) *90,22* (pigre ac timide) *et ita solet Ap. dicere*

F 126ª. φ 24ᵇ 25ª. 2 arcessimus *Wower* 3 refpondit (φ) *em. v* 5 nam—faciunt *del. Oud ut fictum ex II3 cf. 17,17* 6 philofopho (φ) philo *ex* illo *eff. ead. m.* 7 gl̃a (φ) *em. v* 8 **ex (*vid. eras.* ex *antea induct.*) 10 emerfi me (φ) *em. Leo* emensi, me *v* emensa, in *Elmenh* 12 difcoterẽ (φ) *em. m. rec.* 13 sudorem *del. Leo sed cf. 6,17 233,15 Petron. 8,1* (*8,12 B. H.*) sudoram *Haupt* frontẽ (φ) fronte *v* fronde *Becichem; an* sudorem fronte ⟨defluentem⟩? *He cf Cic. de nat. deor. II 57,143* sudore ⟨fumantis⟩ *Plasberg coll. Verg. Aen. XII 338* aurif (ᵉ *add. m. rec.*) 14 detrao (φ, *sed em. al. m.*) 15 quo—ad*;* *cibus lassitudinem pellit; non de sordibus agitur* 16 is ⟨in⟩ *Wower* 17 prataq; pterit (*add. ead. m.*) *em. Wower* ⟨ad⟩ prata *Florid* prataque praeterita *Modius* per prata atque per iter *Toup* pr. qua pr. *Becichem* prataque ⟨qua⟩ pr. *vd Vl* 18 adlectat (φ) *em. v* duob; (φ) *m. vet.* b; *in* 2 *correx.* paululũ (φ) *inter scribend. eff. ex* paullum praecesserant *dett vd Vl*

tertium me facio. ac dum ausculto, quid sermonis agi-
tarent, alte exerto cachinno: 'parce', inqui*t*, 'in uerba
ista haec tam absurda tamque immania mentiendo.'
16 Isto accepto sititor || alioquin nouitatis: 'immo uero',
17 inquam, 'impertite sermon*i*s non quidem curiosum, sed
qui uelim scire uel cuncta uel certe plurima; simul iugi
quod insurgimus aspritudinem fabularum lepida iucun-
ditas leuiga*b*it.'

At ille qui coeperat: 'ne', inqui*t*, 'istud mendacium 3
tam uerum est quam siqui uelit dicere magico susurra-
mine amnes agil[l]es reuerti, mare pigrum conligari, uentos
inanimes exspirare, solem inhiberi, lunam despumari, stellas
euelli, diem tolli, noctem teneri.'

Tunc ego in uerba fidentior: 'heus tu', inquam, 'qui
18 sermonem ieceras priorem, ne pigeat te uel taedeat re-
liqua pertexere' et ad alium: 'tu uero crassis auribus et
obstinato corde respuis quae forsitan uere perhibeantur.
minus hercule calles prauissimis opinionibus ea putari men-
dacia, quae uel auditu noua uel uisu rudia uel certe supra
captum cogitationis ardua uideantur; quae si paulo accuratius
exploraris, non modo compertu euidentia, uerum etiam factu
facilia senties. ego denique uespera, dum polentae caseatae 4
19 modico secus *o*ffulam grandiorem in conuiuas aemul*u*s con-
20 truncare gestio, mollitie cibi glutinosi faucibus inhaerentis

---

F 126ᵃ. φ 25ᵃ 1 aufculto (φ) o *vid. eff. ex* a
2 inqd *em.* φ 3 istaec *aut scribend. aut interpretand. censet Leo cf. 35,13* 5 ſermoneſ (φ) *quo servato* curiosus sum *Heins* sermonis *He cf. 127, 23 Enn. ann. 235 Vahleni adnotat. Plaut. Cist. 165* sermone *v* curioso *Hild coll. 197,25 sq.* 7 iucunditate (te *inducto add. m. pr.*) φ: iocunditaſ 8 leuigauit (φ, *sed vid aliquis emendasse*) 9 ceperat φ: occeperat inqd *em.* φ
10 siq *al. m add* (φ) 11 agilleſ *em.* φ pigrũ (φ) r *inter scribend. ut vid. ex* n *eff.* 12 exspirari *Bursian* destinari *Petsch; sed cf. Luc. Phars. VI 506* 14/15 ⟨ei⟩ qui . . . . ieceras *vdVl; sed cf. 4,13 20,6* 18 Hercules *vdVl cf. 75,16* 22 caſęate
23 securius *ed. Ven. pr.; sed cf. 20,3* ęfulã (φ) *em. v* ęmuloſ (φ) *em. v*

Oud. E

20 et meacula spiritus distinentis minimo minus interii. et 3
tamen Athenis proxime et ante Poecilen porticum isto ge-
mino obtutu circulatorem aspexi equestrem spatham prae-
21 acutam mucrone infesto deuorasse ac mox eundem inui-
tamento exiguae stipis uenatoriam lanceam, qua parte
minatur exitium, in ima uiscera condidisse. et ecce pone
lanceae ferrum, qua baccillum inuersi teli ad occipitium
per ingluuiem subit, puer in mollitiem decorus insurgit
22 inque flexibus tortuosis eneruam et exossam saltationem
explicat cum omnium qui | aderamus admiratione: diceres
dei medici baculo, quod ramulis semiamputatis nodosum ||
gerit, serpentem generosum lubricis amplexibus inhaerere.
23 sed iam cedo tu sodes, qui coeperas, fabulam remetire.
ego tibi solus haec pro isto credam et, quod ingressui
primum fuerit stabulum, prandio participabo. haec tibi
merce⟨*s*⟩ deposita est.'

5 At ille: 'istud quidem, quod polliceris, aequi bonique
facio, uerum quod inchoaueram porro exordiar. sed tibi prius
de*i*erabo solem istum ⟨*omni*⟩uidentem deum me uera com-
perta memorare, nec uos ulterius dubitabitis, si Thessa-
24 liam proximam ciuitatem perueneritis, quod ibidem passim

F 126ab. φ 25a. 1 mea gula (φ) *em. Cornelissen cf. 15,6 154,11 221,16* 2 pximo (φ) *em. Wower cf. 9,18 an* ⟨de⟩ proximo? *He cf. 27,13 270,15 285,17* [et] ante *Wower sed* et *accuratius explicat notionem communem* Ath. poetilen (φ) *em. v* 6 minant *em. ead. m.* φ: minat (t *ex* n *eff. ead. m.*) 7 lancee (φ) *poster.* e *ex* a *eff.* immersi *Flor* *occipitium, i. e. quod capiti lanceae opponitur, extremam partem ferri significat* 8 ingruuiẽ *em.* φ inguen *ed. Iunt.* 11 ſemi (φ) i *ex* e *eff.* 12 inerrare *Wower* 13 q (φ) quam *vdVl* 16 mercede posita (φ, *in mg. add. ab al. m.* c mces d'pōita) 17 bonique (*m. rec. eff.* quę, *quo inducto supra lineam add.* q) 18 porro] rursus *Kirchhoff ut hiatus vitetur* 19 degerabo *em.* φ ⟨cuncta⟩ uidentem *Rohde* ⟨omni⟩uidentem *Leo cf. de mund. 29 (166,2 Th.)* uero *Sciopp* re *Heins* uera ⟨ac⟩ *Plasberg cf. Th. l. L. III 2057,57* 20 nec*uo*ſ (*vid. fuisse* ne tuaſ, *in mg. ead. m. add.* necuoſ] φ: nec uoſ Thessaliam *del. vdVl adiectivum putat Oud* Thessaliae *Bluemner* Thessalicam *Leo; interpretand.: in Thessaliam (quam petunt [2,8]) atque in prox. civ.* 21 pxi|mã (i *mut. al. m. in* y)

Oud. *E*

per ora populi sermo iactetur, quae palam gesta sunt. sed ut
25 prius noritis, cuiatis sim, qui sim: ⟨*Aristomenes sum,*⟩ Aegiensis; audite et quo quaestu me teneam: melle uel caseo et huiusce
26 modi caupon*a*rum mercibus per Thessaliam Aetoliam Boe⟨*o*⟩tiam ultro citro discurrens. comperto itaque Hypatae, quae ciuitas cunctae Thessaliae antepollet, caseum recens et sciti saporis admodum commodo pretio distrahi,
27 festinus adcucurri id omne praestinaturus. sed ut fieri adsolet, sinistro pede profectum me spes compendii frustrata est; omne enim pridie Lupus negotiator magnarius coemerat. ergo igitur inefficaci celeritate fatigatus commodum uespera oriente ad balneas processeram: ecce So- **6**
28 craten contubernalem meum conspicio. humi sedebat scis- *4*
⟨*s*⟩ili palliastro semiamictus, paene alius lurore, ad miseram maciem deformatus, qualia solent fortunae de*c*ermina stipes in triuiis erogare. hunc talem, quamquam necessarium
29 et summe cognitum, tamen dubia mente propius accessi. "hem", inquam, "mi Socrates, quid istud? quae facies? quod flagitium? at uero domi tuae iam defletus et conclamatus es, liberis tuis tutores iuridici prouinciali*s* decreto dati, uxor p*er*solutis ⟨*in*⟩ferialibus officiis luctu et maerore diuturno deformata, diffletis paene ad extremam

---

F 126^b. φ 25^a. 1 iactatur *Haupt cf. 26,15 sq.* ſ̄ φ: sunt *cf. 14,21 54,12 84,10 128,5 177,2 218,15* 2 q̧ ſim. aegienſiſ (g *paulum corrosa, ut possit videri* r) φ: qđ ſim aerienſiſ qui sim et cuiatis *v* [q̧ sim] *Rossbach* [q̧ sim] ⟨sum⟩ *vdVl* quiue, sum *Hild* quippe sum *Luetj* ⟨Aristomenes sum⟩ *Cast cf. 250,17 Plaut. Poen. 993* 3 quȩſtũ & ȩneã (φ) *em. v* 4 cauponoꝝ (φ) cauponarum *v* cauponum *Oud* cauponiorum *Hild* cauponor? *Plasberg* boetiã (φ) 5 u^l^tro *em. ead. m.*

hypate (φ) 6 caseũ with s above (φ) *em. v* 7 cõmodo (φ) *extrem.* o *ex* a *eff.* 11 Eṛ'go (r *delev. m. antiq. cf. Andresen In Tac. hist. stud. crit. Berol. 1889 p. 4*) φ: Ergo 13 ſciſili (φ, *sed em. al. m.*) 15 deterrima (φ), *in mg. m. vet.* ·l· dt̃mina ſtipeſ in triuiſ decermina *Lips coll. Fest. 72,7 M. cf. Corp. gloss. Lat. VI 307* detrimina *Oud* deterrima ⟨ludibria⟩ *vdVl* 20 tutoreſ *vid. eff. ex* tutor eſt φ: tutor-eſ puincialeſ (φ, *sed supra* e *add. al. m.* [1]) 21 p̃ſolutiſ (φ) *em v* ferialib; (φ) *em. He cf. 181,25* feralibus *v cf. 226,9*

Oud. *E*

captiuitatem oculis suis, domus infortunium nouarum nuptiarum gau|diis a suis sibi parentibus hilarare compellitur. at tu hic laruale simulacrum cum summo dedecore nostro uiseris."

"Aristomene", inqui*t*, "ne tu fortunarum lubricas ambages et instabiles incursiones et reciprocas uicissitudines
30 ignoras" et cum dic|to sutili centu⟨*n*⟩culo faciem suam iam dudum punicantem prae pudore obtexit ita, ut ab *u*mbilico pube tenus cetera corporis renudaret. nec denique perpessus ego tam miserum aerumnae spectaculum iniecta manu, ut adsurgat, enitor.

7 At ille, ut erat, capite uelato: "sine, sine", inquit, "fruatur diutius trop[h]aeo Fortuna, quod fixit ipsa."

31 Effeci, sequatur, et simul unam e duabus laciniis meis exuo eumque propere uestio dicam an contego, et ilico lauacro trado, quod unctui, quod tersui, ipse praeministro, sordium enormem eluuiem operose effrico, probe curato, ad hospitium, lassus ipse, fatigatum aegerrime sustinens perduco, lectulo refoueo, cibo satio, poculo mitigo, fabulis permulceo. iam adlubentia procliuis est sermonis et ioci
32 et scitum et⟨*iam*⟩ cauillum, iam dicacitas ⟨*in*⟩timida, cum ille imo de pectore cruciabilem suspiritum ducens dextra

---

F 126[b]. φ 25[ab]. 1 caecitatem *Salm sed cf. Du Cange lex. s. v. et Th. l. L. III 368,53* dom; (φ) *m. vet. supra lin. add.* ut̄ demū *cf. 176,18 226,14 240,12* 5 inqd *em. φ* 7 centuculo (φ) *al. m. eff.* centū 9 ımbilico (*dubium utrum* un *an* im, *eras.*; *vid. primum scripsisse librarius* um, *nam* b *supra ultimam hastam litt.* m *script.*) φ: umbilico *cf. Heraeus Archiv f. lat. Lex. XI 310* 10 ſpectacu lū (*ead. m. ut vid. add.* lū, *m. rec. ipsa in linea posuit* lū) 12 erat *ex* arat *ead. m.* inqd *corr. in* inqt *ead. m.* 13 tropheo 16 t̄ſui ∗ (*eras. sign. distinction.*) 17 illuuiem *Oud* curatum *v* ⟨quo⟩ probe curato *Haeberlin cf. 5,5* 19 mitigo] irrigo *Hild* 20 *dubium* ioci *an* loci φ: ioci *ex* loci 21 [et] scitum [et] *E cf. 41,1 45,15 sq.* [et] scitum et *Scriver*, est scitum et *Petsch* et scitum est cau. *v et* (*del.* et *ante* scit.) *vdVl* excitum cau. *Luetj* et sc. etiam cau. *Leo* timida (φ) *em. He* tumida *v* tinnula *Oud* stimulat *Petsch*

saeuiente frontem replaudens: "me miserum", infit, "qui
dum uoluptatem gladiatorii spectaculi satis famigerabilis
33 consector, in has aerumnas incidi. nam ut scis optime, *5*
secundum quaestum Macedonia⟨*m*⟩ profectus, dum mense
decimo ibidem attentus nummatior reuortor, modico prius
quam Larissam accederem, per transitum spectaculum
34 obiturus in quadam auia et lacunosa conualli a uastissimis latronibus obsessus atque omnibus priuatus tandem
euado et utpote ultime adfectus ad quandam cauponam
Meroen, anum, sed admodum scitulam, deuorto eique
causas et peregrinationis diuturnae et domuitionis anxiae
et spoliationis [diuturnae et dum] miserae refero; quae
35 me nimis quam humane tractare adorta cenae gratae atque gratuitae ac mox urigine percita cubili suo adplicat.
et statim miser, ut cum illa adquieui, ab unico congressu
annosam ac pestilentem ⟨*cladem*⟩ [c̄] contraho et □
36 ipsas etiam lacinias, quas ‖ boni latrones contegendo mihi
concesserant, in eam contuli, operulas etiam, quas adhuc
37 uegetus saccariam faciens merebam, quo⟨*a*⟩d me ad istam
faciem, quam paulo ante uidisti, bona uxor et mala fortuna perduxit."

8 "Pol quidem tu dignus", inquam, "es extrema sustinere,

F 126ᵇ 127ᵃ. φ 25ᵇ · **3** n (ā) φ: Nā ſe iſ (φ) *em. v* **4** macedonia (φ) Macedoniam *Colv* ⟨in⟩ Macedoniam *Bursian*
7 c̄uallia (φ) *recte distinct. v* **8** puat⁹ (i) (⁹*in ras. al. m. eff., fuit* ᶻ) φ: priuat (ᶻ) (*in mg. al. m.* c (e) puatuſ (i)) **11** anxie (φ) *al. m. eff.* ę **12** diutne (ᶻ) & dū (φ) *post similem exitum ationis falso repetit. del. E* quę̃ em̄ hiſ (h *induct.*) quā φ: que ė iſ quā (*in mg. al. m.* c (e) q̄ me his) *recte distinx. Haupt*
15 tū (o) *em. ead. m.* φ: cū **16** annoſā (φ) '*diuturnam*' *Barth cf. 33,9* ⟨insaniam⟩ annosam *Brakman* damnosam *Wower* anus noxam (*del.* ac) *Lindenbrog cf. 8,6 283,5 285,10* saniosam *Heins* ⟨cladem⟩ *He* c̄ φ: c̄* *dittographiam putat Novák cf. 187,22* luem *Heins* consuetudinem *vd Vl* contraho ⟨adfectionem⟩ *Novák* □ **18** oper.] sportulas *vd Vl* **19** qđ φ: q *em. v cf. Lachmann. ad Lucr. V 1033* **22** sustinere ⟨uel⟩ *Vahlen Op. II 229 sed cf.* tamen *p. 8,1*

si quid est tamen nouissimo extremius, qui uoluptatem Veneriam et scortum scorteum Lari et liberis praetulisti." at ille digitum a pollice | proximum ori suo admouens et in stuporem attonitus "tace, tace" inquit et circumspiciens tutamenta sermonis: "parce", inquit, "in feminam diuinam, nequam tibi lingua intemperante noxam contrahas."

"Ain tandem?" inquam, "potens illa et regina caupona quid mulieris est?"

"Saga", inquit, "et diuini potens caelum deponere, terram suspendere, fontes durare, montes diluere, manes
38 sublimare, deos infi[r]mare, sider*a* extinguere, Tartarum ipsum inluminare."

"Oro te", inquam, "aulaeum tragicum dimoueto et siparium scaenicum complicato et cedo uerbis communibus."

"Vis", inquit, "unum uel alterum, immo plurima eius 6
audire facta? nam ut se ament efflictim non modo incolae, uerum etiam Indi uel Aethiopes utrique uel ipsi Antichthones, folia sunt artis et nugae merae. sed quod in conspectum plurium perpetrauit, audi.

9 *39* Amatorem suum, quod in aliam temerasse*t*, unico
21 uerbo mutauit in feram castorem, quod ea bestia captiuitati metuens ab insequentibus se praecisione genitalium liberat, ut illi quoque simile, quod uenerem habuit in aliam, proueniret. cauponem quoque uicinum atque ob

---

F 127ᵃ. φ 25ᵇ. 6 intẽperante* (*eras. vid.*˜) φ: intẽperante 7 caupona∗ (*sign. distinction. eras.*) 9 diuini (φ) *cf. 225,2* diuina *Colv* 11 infirmare (φ) *em. v cf. de deo Socr. 4 (11,7 Th.)* ſidere with a written above (*em. m. rec.*) φ: ſidera 14 communibus ⟨rem narrato⟩ *Novák fort. recte* 18 anticthoneſ (φ) nuga|emerę (*add. m. rec.*) 19 conspectu *v* 20 in *falso ex v. 19 repetit. putat Novák* ui *Oud cf.* ὑβρίζειν εἰς temerasse *em. al. m.* (φ) in alia non temperasset *Bluemner*

21 captiuitati (φ, *al. m. add.* ꝑ tem) -tis *Vulcan vel* captiuitate⟨m⟩ *Novák cf. 282,26* 23 ſimile *dubium; cognoscitur* ſimilj∗, *fort.* ſimilia *vel* ſimilit̃, *sed vid. litt.* ȷ∗ *mut. in* e φ: familie (*in mg. al. m. add.* c with e above ſite) 23/24 quod—aliam *ut interpretament. del. Leo coll. v. 20*

Oud. *E*

id aemulum deformauit in ranam et nunc senex ille doho innatans uini sui aduentores pristinos in faece submissus officiosis roncis raucus appellat. alium de foro, quod aduersus eam locutus esset, in arietem deformauit et nunc aries ille causas agit. eadem amatoris sui uxorem, quod
40 in eam dicacule probrum dixerat, iam in sarcina praegnationis obsepto utero et repigrato fetu perpetua praegnatione damnauit et, ut cuncti numeran||t, iam octo annorum onere misella illa uelut elephantum paritura distenditur.

41 Quae cum subinde ac multi nocerentur, publicitus 10
indignatio percrebruit statutumque, ut in eam die altera seuerissime saxorum iaculationibus uindicaretur. quod consilium uirtutibus cantionum anteuortit et ut illa Medea unius dieculae a Creone impetratis indutiis totam eius domum filiamque cum ipso sene flammis coronalibus deusserat, sic haec deuotionibus sepulchralibus in scrobem procuratis, ut mihi temulenta narrauit proxime, cunctos in suis sibi domibus tacita numinum uiolentia
42 clausit, ut toto biduo non claustra perfringi, non fores euelli, non denique parietes ipsi quiuerint perforari, quoad mutua hortatione consone | clamitarent quam sanctissime deierantes sese neque ei manus admolituros et, si quis aliud cogitarit, salutare laturos subsidium. et sic illa 7
propitiata totam ciuitatem absoluit. at uero coetus illius

F 127ᵃ. φ 25ᵇ 26ᵃ. 1 ęmulũ* (*ras., sed nulla fuit litt.*) doliũ (φ) *em. He cf. 49,1 116,23* 2 summersus *vd Vl* 3 rontiſ φ : ratiſ *em. v* 5 ⟨*inter arietes*⟩ ar. *Cast* arietibus *Damsté* 7 obſeto φ : obſᶜeno (*m. rec. add.* īmūdo) *em. Beroald* repignato φ : repugnato *em. v* 8 numeran|tiã 11 subinde ⟨fierent⟩ *vd Vl* ⟨faceret⟩ *He* subinde a multis noscerentur *Hamilton* subinde ac multis noceret *E* perinde ac multi noceretur *Sciopp* quoi cum s. aemuli nocerentur *Rohde; ellipsin def. Loefstedt* 13 iaculationib; (φ)· *ead. m. ex* oniſ 15 diecule *posterior* e *in ras.* (φ) Creonte *v cf. Plaut. Amph. 194* 18 . Proxime 19 tanta *E cf. 65,15* 24 alius id *vd Vl*

Oud. E

auctorem nocte intempesta cum tota domo, id est parietibus et ipso solo et omni fundamento, ut erat, clausa ad centesimum lapidem in aliam ciuitatem summo uertice montis exasperati sitam et ob id ad aquas sterilem transtulit. et quoniam densa inhabitantium aedificia locum
43 nouo hospiti non dabant, ante portam proiecta domo discessit."

11 "Mira", inquam, "nec minus saeua, mi Socrates, memoras. denique mihi quoque non paruam incussisti sollicitudinem, immo uero formidinem, iniecto non scrupulo, sed lancea, ne quo numinis ministerio similiter usa sermones istos nostros anus illa cognoscat. itaque maturius quieti nos reponamus et somno leuata lassitudine noctis antelucio aufugiamus istinc quam *pote* longissime."

Haec adhuc me suadente insolita uinolentia ac diu-
44 turna fatigatione pertentatus bonus Socrates iam sopitus stertebat altius. ego uero adducta fore pessulisque firmatis || grabatulo etiam pone cardine⟨*s*⟩ supposito et probe adgesto super eum me recipio. ac primum prae metu aliquantisper uigilo, dein circa tertiam ferme uigiliam paululum coni[hi]*u*eo. commo[do]dum quieueram, et repente impulsu maiore quam ut latrones crederes ianuae reserantur, immo uero fractis et euolsis funditus cardinibus prosternuntur. grabatulus alioquin breuiculus et uno pede mutilus ac putris impetus tanti uiolentia proste⟨*r*⟩nitur,

---

F 127ᵃᵇ. φ 26ᵃ. 3 ⟨in⟩ summo *Bursian* 5 in^h^abitantiū (^h^*add. ead. m.*) 6 ꝓiecta (φ) *supra* a *eras.*ᵃ proiectus *inepte Petsch; discedit maga* 8 *nec (*eras.* &) φ: et nec 11 nõminiſ (*ead. m. em.*) φ: numiniſ 13 re*ponamuſ (*eras.* p.) noctis] ocius *Gruter* 14 antelucio (io *in ras.; vid. fuisse* luciſ, *sed* ſ *induct.* ét° *superscript.*) φ: añluci *iſtinc (*eras.* h *antea induct.*) puta (φ) *em. v cf. 34,10* 16 ſuadente *refict., sed fuit idem* inſ^li^ota (^li^ *add. ead. m.*) diurna *v cf. 6,18* 18 cardine (φ) *em. v* cardines apposito *Petsch* 21 conihibeo φ: coniueo (ueo *in ras. pr. m.*) cõmodo dũ (*lin.* _ *add. al. m.*) φ: cõmdodũ 25 ꝓſtenit *em.* φ

Oud. *E*

me quoque euolutum atque excussum humi recidens in inuersum coperit ac tegit.

45 Tunc ego sensi naturalitus quosdam affectus in contrarium prouenire. 12 nam ut lacrimae saepicule de gaudio prodeunt, ita et in illo nimio pauore risum nequiui continere de Aristomene testudo factus. ac dum in fimum *8* deiectus obliquo aspectu, quid rei sit, grabatuli sollertia munitus opperior, uideo mulieres duas altioris aetatis; lucernam lucidam gerebat una, spongiam et nudum gladium altera. hoc habitu | Socratem bene quietum circumstetere. infit illa cum gladio: "hic est, soror Panthia, carus End*y*mion, hic Catamitus meus, qui diebus ac noc-
46 tibus inlusit aetatulam meam, hic qui meis amoribus subterhabitis non solum me diffamat probris, uerum etiam fugam instruit. at ego scilicet Vlixi astu deserta uice *C*al*y*psonis aeternam solitudinem flebo." et porrecta dextera meque Panthiae suae demonstrato: "at hic bonus", inqui*t*, "consiliator Aristomenes, qui fugae huius auctor fuit et nunc morti proximus iam humi prostratus grabat-
47 tulo subcubans iacet et haec omnia conspicit, impune *se* laturum meas contumelias putat. faxo eum sero, immo

---

F 127ᵇ. φ 26ᵃ. 1/2 in *del. E* in uniuersum *v* uniuersum *Rittershus* inuersus *Wower* susum uorsum *Traube cf.* in obliquum, in rectum, in diuersum; *ἐπὶ πρηνές interpret. Pric*

2 cõperit (p *ex al. litt. pr. m. eff.*) φ: comperit (m *punctis del. et* o *supra* m *add. m. rec.*) *cf. 144,9 245,16* 3 naturat; (li *ead. m. add.*) 6 facta *mut. in* factuſ *ead. m.* φ: fact; infimũ (φ) *Oud comparat* sublime raptus *vix recte* ⟨in⟩infimum *v* in sinum *Lips* in fimum *He coll. Verg. Aen. V 333, 358* in limum *Leo* 9 luridam *Nolte* 11 panthia (φ) *evan.* n 12 endſmion (d *mut. in* o) φ: enoſmion *em. Beroald cf. 22,15 apol. 44,17* 13 ſupt̄habi** | tiſ (*eras. vid.* ta) φ: ſupt̄habitiſ insuper habitis *Colv cf. 94,15* 15/16 deſertauit. & alipſoniſ (φ, *sed al. m. eff.* uita & cal —) *post* ta *distinx. et* uite *eff. m. vet. ut vid.; em. Iunt. post.* 18 inq̄d *em.* φ 19 grauattulo (b *ex* u *eff.*) 20/21 relaturũ (φ, *sed* se *add. al. m.*) *em. Vulcan coll. 175,10*

statim, immo uero iam nunc, ut et praecedentis dicacitatis et instantis curiositatis paeniteat."

13 Haec ego ut accepi, || sudore frigido miser perfluo, tremore uiscera quatior, ut grabattulus etiam succus[sus]su meo inquietus super dorsum meum palpitando saltaret. at bona Panthia: "quin igitur", inquit, "soror, hunc primum bacchatim discerpimus uel membris eius destinatis uirilia desecamus?"

48 Ad haec Meroe — sic enim reabse nomen eius tunc fabulis Socratis conuenire sentiebam —: 'immo", ait, "supersit hic saltem, qui miselli huius corpus paruo contumulet humo" et capite Socratis in alterum dimoto latus per iugulum sinistrum capulo tenus gladium totum ei demergit et sanguinis eruptione⟨*m*⟩ utriculo admoto excipit diligenter, ut nulla stilla compareret usquam. haec ego meis oculis aspexi. nam etiam, ne quid demutaret, credo, *9*
a uictimae religione, immissa dextera per uulnus illud ad
49 uiscera penitus cor miseri contubernalis mei Meroe bona scrutata protulit, cum ille inpetu teli praesecata gula uocem, immo stridorem incertum per uulnus effunderet et spiritum rebulliret. quod uulnus, qua[m] maxime patebat, spongia[m] offulciens Panthia: "heus tu", inquit, "spongia, caue in mari nata per fluuium transeas." his editis abeun*t* ⟨*et*⟩ remoto gra*b*attulo uaricus. super faciem

---

127[b]. φ 26[a] 1 ut *del. Kroll cf. 98,17, sed Plaut. As. 897* 3 perfluus *vd Vl cf. 50,15* 4 grauattuluſ (b *ex* u *eff. ead. m.*) ſuccuſſuſ ſũ eo (φ) ſũ *induct. et* eo *mut. in* et; *em. He cf. 68,10 praef. 53* 5 φ: inquietius 6 sor. ⟨Meroe⟩ *Kaibel propter v. 9, refut. Cast. cf. 7,10* 8 distentatis *Hild. cf. Plaut. mil. glor. 1407* 12 latuſ (φ) *ex* lata *ead. m. em. primo superscript. litt.*[u], *deinde in linea ipsa effecta* 13 p (φ) *ex* c *vel* a *ead. m. eff., ut nunc similis videatur litterae* q 14 eruptione (φ, *sed em. al., ut vid., m.*) a‸[d]moto ([d] *add. ead. m.*) φ: admoto 15 ut *ex* & *ead. m. corr.* 17 emiſſa ([ĩ] *ead. m.*) 18 penita *Pric* mei (φ) i *in ras.* 19 inpetu 21 quã (φ, *sed em. al. m.*) *cf. 82,3 sq.* 22 ſpongiã (φ) *em. v cf. 82,20* 23 nata ⟨in mare⟩ *Vollgraff* p̄ φ: p 24 ab*una φ: abeuna (*al. m. eff.* abeunt) abeunt atque una *Oud*

Oud. *E*

meam residentes uesicam ex[h]onerant, quoad me urinae spurcissimae madore perluerent.

Commodum limen euaserant, et fores ad pristinum | 14 statum integrae resurgunt: cardines ad foramina resident,
50 ⟨*ad*⟩ postes [ad] repagula redeunt, ad claustra pessuli recurrunt. at ego, ut eram, etiam nunc humi proiectus, inanimis, nudus et frigidus et l*o*tio perl*u*tus, quasi recens utero matris editus, immo uero semimortuus, uerum etiam ipse mihi superuiuens et postumus uel certe de⟨*sti*⟩natae iam
51 cruci candidatus: "quid", inquam, "me fiet, ubi iste iugulatus mane paruerit? cui uidebor ueri similia dicere *pro*ferens uera? «proclamares saltem suppetiatum, si resistere uir tantus mulieri nequibas; sub oculis tuis || homo iugu-
52 latur, et siles? cur autem te simile latrocinium non peremit? cur saeua crudelitas uel propter indicium sceleris arbitro pepercit? ergo quoniam euasisti mortem, nunc illo redi.»"

Haec identidem mecum replicabam, et nox ibat in diem. optimum itaque factu uisum est anteluculo furtim euadere et uiam licet trepido uestigio capessere. sumo sarcinulam meam, subdita claui pessulos reduco; at illae probae et fideles ianuae, quae sua sponte reseratae nocte fuerant, uix tandem et aegerrime tunc clauis suae crebra immissione patefiunt.

53 Et "heus tu, ubi es?" inquam; "ualuas stabuli absolue, 15
antelucio uolo ire." ianitor pone stabuli [h]ostium humi *10*

---

ambae una *Rohde* ab ianua *Petsch* abiturae *Bursian* abeuntes antea *Luetj* alterna *Leo* (*coll. 250,5:* ciliis alterna coniuens) ⟨antequam⟩ abeunt *Kronenb* abeunt ac *Cast* abe⟨unt et⟩ una *vel* abeunt ⟨et⟩ *He* grauattolo (*ead. m.*)

F 127b. 128a. φ 26ab. 1 ex|honerant (φ, *sed eras.* h) 4 resident (φ) *supra* ent *add.* residunt *Luetj cf. 276,6:* uenter residet 5 postes ad (φ) *ord. restituit Bluemner* 7 lutio *em.* φ perlitus (φ) *em. Colv cf. v. 2 et 52,2* 9 denatę (φ, *sed al. m. add.* sti) *cf. 202,19* 10 me (φ) *m. rec. add.* de *cf. Ter. Andr. 614* 11 pferens *em.* φ 13 tantus] natus *Brant* tacitus *Rossbach* 21 sarcinulā (φ) r *ex* c *eff. ead. m.* 25 'Et heus *E* 26 hostiū (φ)

Oud. *E*

cubitans etiam nunc semisomnus: "quid? tu", inquit, "ignoras latronibus infestari uias, qui hoc noctis iter incipis? *nam* etsi tu alicuius facinoris tibi conscius scilicet mori cupis, nos cucurbitae caput non habemus, ut pro te moriamur." "non longe", inquam, "lux abest. et praeterea quid uiatori de summa pauperie latrones auferre possunt? an ignoras, inepte, nudum nec a decem palaestritis despoliari posse?".
54 ad haec ille marcidus et semisopitus in alterum latus euolutus: "unde autem", inquit, "scio, an conuectore illo tuo, cum quo sero deuorteras, iugulato fugae mandes praesidium?"

Illud horae memini me terra dehiscente *ima* Tartara inque his canem Cerberum prorsus esurientem mei prospexisse. ac recordabar profecto bona⟨*m*⟩ Meroen non misericordia | iugulo meo pepercisse, sed saeuitia cruci
16 me reseruasse. in cubiculum itaque reuersus de genere
55 tumultuario mortis mecum deliberabam. sed cum nullum aliud telum mortiferum Fortuna quam solum mihi grabattulum subministraret, "iam iam grabattule", inquam, "animo meo carissime, qui mecum tot aerumnas exanclasti conscius et arbiter, quae nocte gesta sunt, quem solum in meo reatu testem innocentiae citare possum, tu mihi ad inferos festinanti sumministra telum || salutare" et cum dicto restim, qua erat intextus, adgredior expedire ac tigillo, quod

---

F 128ᵃ. φ 26ᵇ. 1 & iã(φ) etiam *Oud* 2 *cf. Plaut. Amph. 154* Nem (φ) hem *v cf. 5,18 43,23* nam *Scriver cf. Phil. suppl. IX 550,24* nam—moriamur (*v. 4*) *a ianitore dici non posse cognovit Leo; vid. ad comitem aut servum referend. et Apuleius errasse* 3 ilicet *Stewech* 5 et (*m. recent. superscr.* ˢᵉᵈ) 9 reuolutus *Salm* 10 sero *i. e. heri vesperi cf. 60,25* ⟨te⟩ mandes praesidio *Haupt ceterum cf. Cic. de inv. II 4,14* 12 delifcente *em. ead. m.* φ: dehyfcente yma *em.* φ 13 prfuᵉ (*ead. m.* ᵉ) φ: prf; mei (φ) *eras.* i (*Rob*) *cf. d. d. Socr. 22* (*33,5 Th*) *Woelfflin Arch. f. lat. Lex. I 411 sq.* 14 bona *al. m. supra* a *add.*‾ (φ) 15 m̃ia pepciffe (*fuit* p, *sed lineola induct.*) 19 ˢᵘᵇministrar& *em. ead. m.* 20 exan*clasti (φ, c *in ras.*) c *al. m. loco duar. litt. eff., quarum prior fuit* t *cf. 136,15*

Oud. *E*

fenestrae subditum altrinsecus prominebat, iniecta atque
obdita parte funiculi et altera firmiter in nodum coacta
ascenso grabattulo ad exitium sublimatus et ⟨*im*⟩misso
capite laqueum induo. sed dum pede altero fulcimentum,
quo sustinebar, repello, ut ponderis deductu restis ad
56 ingluuiem adstricta spiritus offici*a* discluderet, repente
putris alioquin et uetus f*u*nis dirumpitur atque ego de *11*
alto recidens Socraten — nam iuxta me iacebat — superruo
cumque eo in terram deuoluor. et ecce in ipso momento **17**
ianitor introrumpit exerte clamitans: "ubi es tu, qui alta
nocte immodice festinabas et nunc stertis inuolutus?"

Ad haec nescio an casu nostro an illius absono clamore
experrectus Socrates exsurgit prior et "n*on*", inquit, "inmerito stabularios hos omnes hospites detestantur. nam iste curiosus dum inpo⟨*r*⟩tune irrumpit — credo studio rapiendi aliquid — clamore uasto marcidum alioquin me altissimo somno excussit."

Emergo laetus atque alacer insperato gaudio perfusus
et: "ecce, ianitor fidelissime, comes [et pater meus] et
frater meus, quem nocte ebrius occisum a me calumnia-
57 baris", et cum dicto Socraten deosculabar amplexus. at
ille odore alioquin spurcissimi humoris percussus, quo me
Lamiae illae infecerant, uehementer aspernatur: "apage
te", inquit, "fetorem extremae latrinae" et causas coepit

F 128ᵃ. φ 26ᵇ. **2** obducta *v cf. 65,13* **3** & miſſo (φ) *em. Vulcan* demisso *Colv. cf. 42,10* **6** officio (φ, *sed al. m. em.*) *cf. 4,1 49,2 276,8* officium *Leo* **7** finiſ *em. al. m. et* φ **13/14** ne — inmerito (φ, nec *supra* ne *ut interpretament. add.*) nae — merito *v* nec — inmerito *Seyffert* non — inmerito *Rossbach cf. 16,13 51,18 Cic. Brut. 31,119:* non, inquam, Brute, sine causa 78,270: non, inquam, ego istuc ignoro *conicias* ne — n̄ımerito; *sed desideratur pronomen post* ne *cf. 3,9 6,5 nec* ne *pro* ne — quidem *habendum* (*Heraeus Festschr. f. Vahlen p. 432*) **15** inpotune *em. m. rec. et* φ **19** [et] ecce? *He* ecce ⟨aio⟩ *vd Vl* inquam *supplend cf. 13,12 22,23 55,6 148,10* et pater meus *ut dittograph. del. Salm cf. Hor. epist. I 6,54 Petron. 9,4 (8,29 B. H.) 98,8 (70,5) 100,5 (71,16)* **22** humoriſ (φ) *corr. ex* — reſ perculsus *Nolte* **23** aſpernatus *Petsch sed cf. 19,10.25.*

Oud.

huius odoris comiter inquirere. at ego miser adficto ex tempore absurdo ioco in alium sermonem intentionem eius [denuo] deriuo et iniecta dextra: "quin imus", inquam, "et itineris matutini gratiam capimus."

Sumo | sarcinulam et pretio mansionis stabulario perso-
58 luto capessimus uiam.

18 Aliquantum processeramus, et iam iubaris exortu cuncta conlustrantur. || et ego curiose sedulo arbitrabar iugulum comitis, qua parte gladium delapsum uideram, et mecum: "uesane", aio, "qui[n] poculis et uino sepultus extrema somniasti. ecce Socrates integer, sanus, incolumis. ubi uulnus, ⟨*ubi*⟩ spongia? ubi postremum cicatrix tam alta, tam recens?" et ad illum: "*non*", inquam, "immerito medici
59 fidi cibo et crapula distentos saeua et grauia somniare autumant; mihi denique, quod poculis uesperi minus temperaui, nox acerba diras et truces imagines optulit, ut adhuc me credam cruore humano aspersum atque impiatum."

Ad haec ille subridens: "at tu", inquit, "non sanguine, *12*
sed lotio perfusus es, uerum tamen et ipse per somnium iugulari uisus sum *mihi*. nam et iugulum istum dolui et
60 cor ipsum mihi auelli putaui, et nunc etiam spiritu defi-

F 128ab. φ 26b 27a. 1 obiter *Burm* ociter *Hild cf. 23,24 222,23* 3 denuo *del. Beyte cf. praef. 54* 8 curiose *del. Havet cf. 26,23 31,14 155,2* sedulo *del. Novák cf. 24,24 48,25 155,3*; *aut scribend.* curiose et *vel* seduloque *cf. 109,8 sq. 129,19* 9 me cū | tū (cū *al. m. ut. vid.*) *em.* φ 10 quin (φ) *em. Bursian cf. 134,23 sq. 144,5* 11/12 ubi uuln; ſpongia.⁄ ubi (*al. m. post* ſpongia *add. signum distinct., tertia post* uuln;) ubi uulnus? ſpongia ubi? *v* ubi uulnus? ⟨ubi⟩ ſpongia? ubi *Bursian* 13 ne (φ) nec *Seyffert* non *Rossbach cf. 15,13* ⟨dei⟩ medici filii *Haupt* medicum filii *Sciopp* medici sciti *Hild* medius fidius *Rossbach sed cf. Hor. epist. I 8,9:* fidis offendar medicis 16 ymagineſ *em.* φ 21 nichil nā et (φ) nihil non *v* nonnihil etiam *vd Vl* nam et nonnihil *Novák* mihi. nam et *ed. Bas. I Haupt cf. 95,18*

Oud.

cior et genua quatior et gradu titubo et aliquid cibatus refouendo spiritu desidero."

"En", inquam, "paratum tibi adest ientaculum" et *c*um dicto mantica⟨*m*⟩ mea⟨*m*⟩ humero exuo, caseum cum pane propere ei porrigo et "iuxta platanum istam residamus" aio.

19 Quo facto et ipse aliquid indidem sumo eumque auide essitantem aspiciens aliquanto intentiore macie atque pallore buxeo deficientem uideo. sic denique eum uitalis color
61 turbauerat, ut mihi prae metu, nocturnas etiam Furias illas imaginanti, frustulum panis, quod primum sumsera*m*, quamuis admodum modicum mediis fa⟨*u*⟩cibus inhaereret ac neque deorsum demeare neque sursum remeare posset. nam et breuitas ipsa commeantium metum mihi cumulabat. quis enim de duobus comitum alterum sine alterius noxa *p*eremtum crederet? uerum ille ut satis detruncauerat cibum, sitire inpatienter coeperat; nam et optimi casei bonam partem auide deuorauerat; et haud ita longe radices platani lenis fluuius in speciem placidae paludis
62 ignauus ibat argento uel uitro aemulus in colorem.||

F 128ᵇ. φ 27ᵃ 3 tũ (φ) *em. v* 4 mantica mea (φ) *em. v cf. praef. 47 Ov. met. II 419* humeros *Hild* (*servat. lect. cod.*) 8 eſ°itantẽ (*ead. m. add.*°) φ: eſitantẽ *cf. 230,21* intentiorẽ acie (φ, *sed* aciẽ) *recte distinct. v cf. 5,15* (*semper erat misera macie, tunc intentiore*) *Liv. II 23,3:* pallore ac macie *Iuv. 15,101* 9 eum] tum *Stewech* uitaliſ *Petron. 42,6 (27,27 B. H.) 77,7 (54,15) Sen. ep. 99,22 (460,15 H.) cft. Prescott* letalis *Markland* 10 turpauerat *Markl cf. Gell. XIX 1,6 Plaut. Epid. 560* prae metu *post* imag. *transpos. vd Vl* 11 ſũſerãt (t *deleta al. m.*˜ *add. supra* a) *radendo ex falsa rectam lection. eff.* φ 12 facib; *em.* φ 13 rursum *v* 14 breuitas (φ) *an paucitas interpretand.?* crebritas *Wower* crebitas? *Leo* celebritas *Heins sed cf. Cic. de inv. I 43,80* cõmantiũ (e *ras. supra* m,° *add. m. rec.*) φ: cõmeantiũ 15 comitum *vid. var. lect. ad* commeant. *add.; del. He; aliter 2,18; an* comitem? 16 ſerẽtũ (ſe *indux.*, pe *add. al. m.*) φ: pemtũ 17 nam et *cf. 2,5 21,13 60,4 al.* 19 fluuiuſ *ex* fluuiſ *ead. m.* ſpeciẽ (˜ *prorsus evan.*) 19/20 *acc.* radic. *def. Plasberg coll.* prope; ⟨praeter⟩ibat (*vel* radicum — ibat *cf. 110,2:* longe parentum) *He*

Oud. *E*

“en”, inquam, “explere latice fontis lacteo”. adsurgit ille et oppertus paululum planiorem ripae marginem complicitus in genua adpronat se auidus adfectans poculum. necdum satis extremis labiis summum aquae rorem attigerat, | et iugulo eius uulnus de⟨*h*⟩iscit in profundum patorem et illa spongia de eo repente deuoluitur eamque paruus admodum comitatur cruor. denique corpus exani-
63 matum in flumen paene cernuat, nisi ego altero eius pede retento uix et aegre ad ripam superiorem adtraxi, ubi defletum pro tempore comitem misellum arenos*a* humo in amnis uicinia sempiterna contexi. ipse trepidus et eximie metuens mihi per diuersas et auias solitudines *13*
aufugi et quasi conscius mihi caedis humanae relicta patria et lare ultroneum exilium amplexus nunc Aetolia⟨*m*⟩ nouo contracto matrimonio colo.’

Haec Aristomenes. at ille comes eius, qui statim
20 initio obstinata incredulitate sermonem eius respuebat: ‘nihil’, inquit, ‘hac fabula fabulosius, nihil isto mendacio
64 absurdius’ et ad me conuersus: ‘tu autem’, inquit, ‘uir ut habitus et habitudo demonstrat ornatus, accedis huic fabulae?’.

‘Ego uero’, inquam, ‘nihil impossibile arbitror, sed utcumque fata decreuerint, ita cuncta mortalibus prouenire: nam et mihi et tibi et cunctis hominibus multa usu uenire mira et paene infecta, quae tamen ignaro relata fidem perdant. sed ego huic et credo hercules et gratas gratias
65 memini, quod lepidae fabulae festiuitate nos auocauit,

F 128ᵇ φ 27ᵃ. 1 adſurgit ille (ille *punctis delet. et linea induct.*) φ: ille *sed cf. 19,10. 11 106,23.* 2 paululum (*pro* lu *scripserat antea* ll, *sed emendav. inter scribend.*) 5 deiſcit *em.* φ 10 arenoſe (φ) *em v* 11 contexi* (*eras.* t *antea induct.*) contexi. at *Cast* 14 aetolia *em. m. rec. et* φ 17 incredulitate (φ) du *in ras. al. m.*, credu *supra voc add. m. rec.* respuerat *Bluemner* 18 inqt nichil *sed lineis ord. restituit ead. m.* φ: nichil inquit en, inquit, nihil *Mueller* 20 hornatuſ *induct.* h cordatus *Stewech cf. apol. 101* (*112,8 H.*) accredis *Petsch cf. 161,24:* accedunt sententiae 24 uenere *Kroll* 27 fabulę f *ead. m. eff. ex* e

asperam denique ac prolixam uiam sine labore ac taedio
euasi. quod beneficium etiam illum uectorem meum
credo laetari, sine fatigatione sui me usque ad istam
ciuitatis portam non dorso illius, sed meis auribus per-
uecto.'

Is finis nobis et sermonis et itineris communis fuit. 21
nam comites uterque ad uillulam proximam laeuorsum
abierunt. ego uero quod primum ingressu*i* stabulum con-
spicatus sum, accessi || et de quadam anu caupona ilico
66 percontor: 'estne', inqua<*m*>, 'Hypata haec ciuitas?' ad-
nuit. 'nostine Milonem quendam e primoribus?' adrisit
et: 'uere', inquit, 'primus istic perhibetur Milo, qui extra
pomerium et urbem totam colit.' 'remoto', inquam, 'ioco,
parens optima, dic oro et cuiatis sit et quibus deuersetur
67 aedibus?' 'uidesne', inquit, 'extremas fenestras, quae foris
urbem prospiciunt, et altrinsecus fores proxumum respi-
cientes angiportum? inibi iste Milo deuersatur ampliter
nummatus et longe opulentus, uerum extremae auaritiae et
sordis infimae infamis homo, foenus denique copiosum
sub ar|rabone auri et argenti crebriter exercens, exiguo
Lare inclusus et aerugini semper intentus, cum uxore<*m*> *14*
etiam calamitatis suae comite<*m*> habeat. neque praeter
unicam pascit ancillulam et habitu mendicant[h]is semper
incedit.'

68 Ad haec ego risum subicio: 'benigne', inqua<*m*>, 'et

F 128ᵇ 129ᵃ. φ 27ᵃᵇ. 2 etiã (φ) *supra lineam add. pr. m.* 4 cruribus *Rohde sale non cognito; cf. de deo Socr. 19 (29,13 Th.)* 7 utq̃; comiteſ *lineis ord. mut.* φ: comiteſ utq̃; 8 ingreſſuſ (φ) ingressui *Elmenh* ingressu *Colv cf. 4,14 praef. 46* 10 in qua *em. m. recentiss.* 15 extrema[s] ([s] *evan., scripseritne ead. m. dubium*) *cf. vdVl Arch f. lat. Lex. X 386* 18 longe *cf. 133,23* 21/22 uxore — comite (φ) *em. m. rec.* habeat ([+] habitat *add. m. rec.*) φ: habitat cum uxore . . . . comite habitat (*deleto* deuers. *v. 17*)? *Leo* 23 ancillã *ead. m. add.* [lu] φ: ancillulã mdico***hiſ (*fuit* mendicant hiſ) φ: m̄dicohiſ (*in mg.* c[e] iſ) mendicantis *edd. ante Colv* mendico *Colv* mendici *Vulcan* mendicabuli *Novák* 25 riſũ (φ) *post* ũ *eras.* ſ *antea in-*

Oud. *E*

prospicue Demeas meus in me consuluit, qui peregrinatur[c]um tali uiro conciliauit, in cuius hospitio nec fumi
22 nec nidoris nebulam uererer'; et cum dicto modico secus progressus [h]ostium accedo et ianuam firmiter opp[r]essulatam pulsare uocaliter incipio. tandem adulescentula quaedam procedens: 'heus tu', inquit, 'qui tam fortiter fores uerberasti, sub qua specie mutuari cupis? an tu solus ignoras praeter aurum argentumque nullum nos
69 pignus admittere?' 'meliora', inquam, '[n]ominare et potius responde, an intra aedes erum tuum offenderim.' 'plane', inquit, 'sed quae causa quaestionis huius?' 'litteras ei a Corinthio Demea scriptas ad eum reddo.' 'dum annuntio', inquit, 'hic ibidem me op⟨*p*⟩erimino', et cum dicto rursum foribus oppessulatis intro capess*iuit.* modico deinde regressa patefactis aedibus: 'rogat te', inquit.

Intuli me eumque accubantem exiguo admodum grabat-
70 tulo et commodum cenare incipientem inuenio. assidebat pedes uxor et mensa uacua ‖ posita, cuius monstratu 'en' inquit 'hospitium.' 'bene' ego, et ilico ei litteras Demeae trado.

---

ducta cf. 40,19 risu *v* cum risu *Koziol cf. 15,23 19,10 90,6* inqua *em. m. recentiss.*

F 129[a]. φ 27[b]. 1/2 peregrinat^a cū (φ, *sed in mg. m. recentiss.* c̊ p̊egnatu4) *cf. 21,2.24* peregrinantem cum *Colv.* 2 c̄cilia*|uit (*quid eras. sit non liquet*) 3 nebulā̃ (φ) *sed ˜ eras.* modicū *em. ead. m.* φ: modico 4 hoſtiū (φ) opp̄ſſulatā φ: oppe^s ſulatā (e *in ras.*) 5 uocalit̃ (l *corr. vid. ex* b) φ: uocabilit̃ 6 fortit̃ (φ) fo *corr. ex* fi, *supra voc.* ^firm *add. ead. m.* 9 nominare (φ, *sed prior* n *punctis delet.*) 13 operimino (φ, *sed m. rec. eff.* — no^r) *cf. Plaut. Pseud. 859* 14 oppeſſulatuſ *em. ead. m. et* φ capeſſū (φ) facessit *Oud* capessit *v cf. Plaut. Rud. 178* capessiuit (*falso lectum* -ssum) *He* capessit uiam *Petsch* se intro capessiuit *Hild* introcessit *Novák .coll. 105,12* 15 forib; (edib; *eras.*) (*Rob*) φ: edib; 17 exiguo (φ) xi *in ras.* grabattulo (φ) b *ex* u *eff.* 20 ej[s] (j *in ras.*, [s]*add. al. m., fuit ut vid.* ej, *sed lineola in* j *inducta*) φ: ej[s]

Oud. *E*

quibus pro[s]periter lectis: 'amo', inquit, 'meum Demean,
qui mihi tantum conciliauit hospitem' et cum dicto iubet 23
uxorem decedere utque in eius locum adsidam iubet
meque etiam nunc uerecundia cunctantem *ad*repta lacinia
detrahens: 'adside', inquit, 'istic. nam prae metu latro-
71 num nulla ⟨*s*⟩es[c]sibula ac ne sufficientem supellectilem
parare nobis licet.' feci. et sic 'ego te', inquit, 'etiam
de ista corporis speciosa habitudine deque hac uirginali
prorsus uerecundia, generosa stirpe proditum et recte
conicerem. sed et meus Demeas eade⟨*m*⟩ litteris pro-
nuntiat. ergo breuitatem gurgustioli nostri ne spernas
peto. erit tibi adiacens et ecce illud cubiculum honestum
receptaculum. fac libenter deuerseris in nostro. nam et
maiorem domum dignatione tua feceris et tibi specimen
gloriosum adrogaris, si contentus lare paruulo Thesei
72 illius cognominis patris tui uirtutes aemulaueris, qui non
est aspernatus ⟨*Hec*⟩ales anus hospitium tenue', et uocata
ancillula: 'Fotis', inquit, 'sarcinulas hospitis susceptas cum
fide conde in illud | cubiculum ac simul ex promptuario
oleum unctui et lintea tersui et cetera hoc eidem usui
profer[s] ociter et hospitem meum produc ad proximas
73 balneas; satis arduo itinere atque prolixo fatigatus est.'

His ego auditis mores atque parsimoniam ratiocinans 24
Milonis uolensque me artius ei conciliare: 'nihil', inquam,

F 129ᵃ. φ 27ᵇ. 1 ꝑſperit (φ) *em. v* 4 ap̄repta (φ) *em. v cf. 23,3* 6 eſcſibula φ: eſcibula sessibula *Beroald* anne (φ) *em. Colv* ac nec *Bursian cf. 56,24* 7 hic *Burmann* sic *i. e. 'eo facto' cf. 52,11 63,2 al.* 8 ʰ ac (ʰ *ead. m.*) 9 recte ⟨eruditum⟩ *Damsté* 10 eade *em. al. m. et* φ 12 et] ⟨conclaue⟩ et *He* en *Haupt, aut delend. Luetj; aliter 219,17* 17 aleſ (φ) *anteced. lac. trium litt. em. Politian* 20 *cf. 6,16* hoc (φ) *i. e. huc; an latet hic pars nominis ex v. 17?* huic *v* haec *Beroald* 21 ꝑferſ (φ) *def. Luetj Sommer Handb.² 543 Baehrens Glott. V 82 cf. 30,1 138,12 sed 104,24 249,16 Val. Flacc. IV 336 Ott annal. phil. 109 (1874) p. 839 Roensch Itala u. Vulg. 294 ad Plaut. Asin. 254 revocat Leo* profer *v* proferas *dett; de* ſ *falso adiecta cf. 68,24 praef. 47* perduc *vdVl* 23 hii* *corr. in* hiſ φ: his ratiocinaſ (n *supra*) *ead. m. em.* 24 ei *supra vers. add. ead. m.*

rerum istarum, quae itineris ubique nos comitantur, indigemus. sed et balneas facile percontabimur. plane quod est mihi summe praecipuum, equo, qui me strenue peruexit, faenum atque ordeum acceptis istis nummulis tu, Photis, emito.'

His actis et rebus meis in illo cubiculo conditis pergens ipse ad balneas, ut prius aliquid nobis cibatui prospicerem, forum cupidinis peto inque eo piscatum opiparem expositum uideo et percontato pretio, quod centum || nummis indicaret, aspernatus uiginti denari*i*s praestinaui. inde
74 me commodum egredientem continatur Pythias condiscipulus 16
apud Athenas Atticas meus, qui me post aliquantum multum temporis amanter agnitum inuadit amplexusque ac comiter deosculatus: 'mi Luci', ait, 'sat pol diu est, quod intervisimus te, at hercules exinde cu*m* a *Cly*tio magistro
75 digressi sumus. quae autem tibi causa peregrinationis huius?' 'crastino die scies', inquam, 'sed quid istud? uoti gaudeo. nam et lixas et uirgas et habitum prorsus magistratui congruentem in te uideo.' 'annonam curamus', ait, 'et aedilem gerimus et siquid obsonare cupis, utique
76 commodabimus.' abnuebam, quippe qui iam cenae affatim piscatum prospexeramus. sed enim Pythias uisa sportula succussisque in aspectum planiorem piscibus: 'a*t* has quis-

---

F 129[a b] φ 27[b]. **5** photiſ (φ) *corr. ex* fo —, *in mg. add.* pho **6** cond[i]tiſ (nd[i] *ex* mi *eff. ead. m.*) φ: conditiſ **8** cupedinis *v cf. 23,4 25,12 Varro de ling. Lat. V 146* **10** indicaret *sc piscarius cf. 23,9* φ: indicaret[2] denariоſ (φ) *em. Oud* denarium *Hild coll. 23,2 35,25* **11** c̄tinat[u 2] [u] *add. m. recentior* (φ) *cf. 127,26 270,14 142,1 173,17 284,4 Schuchardt Vokal. d. Vulgärlat., Lps. 1867, II 468 Heraeus Sprache d. Petron, Offenb. 1899, p. 25* **12** aliquam *Colv cf. 123,12 287,19 apol. 6,4 80,14 108,1 flor. 16 (23,20)* **13** agnitum amanter *vd Vl* **14** quom *Seyffert cf. Quint. X 3,14 Plin. ep. IV 27,1* **15** cũ *al. m. add.* ¯ (φ) adſtio (φ) *em. Seyffert cf 11,12 52,3 66,7* **18** uoti *cf. Hofmann Syntax 408* **20** ⟨operam⟩ utique *vd Vl* **22** piſcatũ *em. ead. m.* piscatus *Stewech* piscatu *Bluemner cf. 162,6* **23** ad φ: at

Oud. *E*

quilias quanti parasti?' 'uix', inquam, 'piscatori extorsimus
accipere uiginti den*a*rium.'

25 Quo audito statim adrepta dextera postliminio me in
forum cupidinis reducens: 'et a quo', inquit, 'istorum
77 nugamenta haec comparasti?' demonstro seniculum: in
angulo sedebat. quem confestim pro aedilitatis imperio
uoce asperrima increpans: 'iam iam', inquit, 'nec amicis
quidem nostris uel omnino ullis hospitibus parcitis, quod
78 tam magnis pretiis pisces friuolos indicatis et florem
Thessalicae regionis ad instar solitudinis et scopuli edulium
caritate deducitis? sed non | impune. iam enim faxo
scias, quem ad modum sub meo magisterio mali debe*a*⟨*nt*⟩
79 coherceri' — et profusa in medium sportula iubet officialem
suum insuper pisces inscendere ac pedibus suis totos
obterere. qua contentus morum seueritudine meus Pythias
ac mihi, ut [h]abirem, suadens: 'sufficit mihi, o Luci',
inquit, 'seniculi tanta haec contumelia.'

His actis consternatus ac prorsus obstupidus || ad
balneas me refero prudentis condiscipuli ualido consilio
et nummis simul priuatus et cena lautusque ad hospitium
Milonis ac dehinc cubiculum me reporto.

26 Et ecce Photis ancilla: 'rogat te', inquit, 'hospes.'
at ego iam inde Milonis abstinentiae cognitor excusaui *17*
comiter, quod uiae uexationem non cibo, sed somno censerem diluendam. isto accepto pergit ipse et iniecta
dextera clementer me trahere adoritur. ac dum cunctor,
dum modeste renitor, 'non prius', inquit, 'discedam, quam

F 129ᵇ. φ 27ᵇ28ᵃ. **2** deneriū φ: denarioſ *cf. 35,24* **3** abrepta *em. ead. m. cf. 21,4* **8** parcitiſ (r *ex* c *ead. m.*) φ: pa^oi^rtiſ (*em. ead. m.*) **9** friuoliſ (i *in* o *mut. et supra litt.* ° *add. ead. m.*) φ: fribotoſ **12** debeo (φ) debēt *eff. al. m. em. v* **16** habirem (φ, *sed eras.* h) hauerem *vdVl* sat haberem *Bluemner* o *supra* luci *add. ead. m.* **21** cubiculo *v cf. 4,21 37,9 51,13 al.* **22** photiſ (φ) ph *ex* fo *ead. m. inter scribend. eff.* **25** pergit] surgit *Nolte* **27** p^iv^oſ *em. ead. m.* φ: priuſ

Oud. *E*

80 me sequaris' et dictum iure iurando secutus iam ob-
stinationi[s] suae me ingratis oboedientem perducit ad
illum· suum grabattulum et residenti: 'quam salue agit',
inquit, 'Demeas noster? quid uxor? quid liberi? quid
uernaculi?' narro singula. percontatur accuratius causas
etiam peregrinationis meae. quas ubi probe *pro*tuli, iam
et de patria nostra et eius primoribus ac denique de ipso
praeside scrupulosissime explorans, ubi me post itineris
tam saeui uexationem sensit fabularum quoque serie
fatigatum in uerba media somnolentum desinere ac nec-
81 quicquam, defectum iam, incerta uerborum salebra balbut-
tire, tandem patitur cubitum concederem. euasi aliquando
rancidi senis loquax et famelicum conuiuium somno, non
cibo grauatus, cenatus solis fabulis et in cubiculum reuersus
optatae me quieti reddidi.

LIBER II

1 *82* Vt primum nocte discussa sol nouus diem fecit et
somno simul emersus et lectulo, anxius alioquin et nimis
cupidus cognoscendi quae rara miraque sunt, reputansque
me media Thessaliae loca tenere, qu*a* artis magicae natiua
cantamina totius orbis consono ore celebrentur, fabulam-
que illam optimi comitis Ari|sto||menis de situ ciuitatis
huius exortam, suspensus alioquin et uoto simul et studio,
curiose singula considerabam. nec fuit in illa ciuitate
83 quod aspiciens id esse crederem, quod esset, sed omnia
prorsus ferali murmure in aliam effigiem translata, ut et

F 129^{b} 130^{a}. φ 28^{a}. 1 obſtinationi^{s} (^{s} *ead. m.*) (φ) *em. Wower* 6 ptuli (φ) *em. v.* 10 acnecqcquā *cf. 93,4 108,15* [ac] .... iam ⟨nisi⟩ *vdVl* 11 refectum *Havet cf. 77,10 129,8 211,25* φ: balbu*|tire *eras.* t *cf. 244,11* 14 *Plaut. Poen. 8 cft. Leo* 16 METAMORPHOSEON. LIB. I. Expł. | INCIP. II. FELICITER 19 miraque ($^{q;}$ *m. recent.*) 20 quo (φ), *def. Baehrens* qua *He cf. 79,11*

Oud. *E*

lapides, quos offenderem, de homine duratos et aues, quas
audirem, indidem plumatas et arbores, quae pomerium *18*
ambirent, similiter foliatas et fontanos latices de corporibus
humanis fluxos crederem; iam statuas et imagines inces-
suras, parietes locuturos, ·boues et id genus pecua dicturas
praesagium, de ipso uero caelo et iubaris orbe subito
uenturum oraculum.

Sic attonitus, immo uero cruciabili desiderio stupidus 2
84 nullo quidem initio uel omnino uestigio cupidinis meae
reperto cuncta circumibam tamen. dum in luxu⟨*m*⟩ nepo-
talem similis ⟨*otioso*⟩ ostiatim singula pererro, repente me
nescius forum cupidinis intuli, et ecce mulierem quampiam
frequenti stipatam famulitione ibidem gradientem ad-
celerato uestigio comprehendo; aurum in gemmis et in
85 tunicis, ibi inflexum, hic intextum, matronam profecto
confitebatur; huius adhaerebat lateri senex iam grauis in
annis, qui ut primum me conspexit, 'est', inquit, 'Hercules,
Lucius' et offert osculum et statim incertum quidnam in
aurem mulieris obganniit; 'quin', inquit, 'etiam ipse paren-
86 tem tuam accedis et salutas?' 'uereor', inquam, 'ignotae

F 180ᵃ. φ 28ᵃ. 3 ambirent (φ) nt *add. m. recentior eraso ut vid.* nt & *inter scribend. eff. ex* f cruoribus *Wower* 8 *a voce* stupidus *usque ad* quampiam *v. 12 omnia al. m. scrips. non scriptura Langobardica usa, exstant in* φ 9 inicio 10 rep(e)orto *em. ead. m.* *ante* tamen *dist. v, post* tamen *graviter distinx. Bursian, leviter He cf. 54,14* 10/11 in luxu nepotalẽ ſimiľ in luxu nepotali simul *v* in luxu nepotali esuriens *Rohde* in luxu n. misellus *? Leo* ita lixae (lixae *Scal*) nepotali similis *Bursian* in luxum nepotalem ⟨intentus potulento⟩ similis *Luetj* in luxum n. sim. *Rossbach coll. 261,19 sq.* in luxum nep. (*i. e. luxus causa*) sim. ⟨otioso⟩ *He* ⟨oscitanti⟩ *Damsté cf. 29,22 154,15 196,23* 12 neſciu' (*v. adnot. ad. v. 8*) φ: neſciũ *cf. 241,4* se festinus immittit *Verg. Aen. I 314 II 388 III 310. 598 al.* cupidinis *cf. 22,8* 13 φ: famul(i)atione *em. ead. m.* famulitio *? He cf. 134,1, sed 31,16. 194,3* 14 deprehendo *Nolte* comis *Hild* 15 infleſũ (φ) *em. v* implexum *Lips* 16 adeherebat (*prima* e *induct.*) φ: adherebat *cf. 94,23* 19 ipſe (φ) e *corr. ex* a, *supra voc. al. m. add.* ł ipse 20 *cf. Non. 496,35 M.*

Oud. *E*

mihi feminae' et statim rubore suffusus deiecto capite
87 restiti. at illa optutum in me conuersa: 'en', inquit, 'sanctissimae Saluiae matris generosa probitas, sed et cetera corporis execrabiliter ad [regulam qua diligenter aliquid adfingunt] ⟨*amus*⟩ sim congruentia: inenormis pro-
88 ceritas, suculenta gracilitas, rubor temperatus, || flauum et inadfectatum capillitium, oculi cae[ci]si*i* quidem, sed
89 uigiles et in aspectu micantes, prorsus aquilini, os quoquouersum floridum, speciosus et immeditatus incessus.'
3 et adiecit: 'ego te, o Luci, meis istis manibus educaui, quidni? parentis tuae non modo sanguinis, uerum alimoniarum etiam socia[m]. nam et familia Plutarchi ambae prognatae sumus et eandem nutricem simul bibimus et in nexu *19*
ger|manitatis una coaluimus. nec aliud nos quam dignitas discernit, quod illa clarissimas, ego priuatas nuptias
90 fecerimus. ego sum Byrrena illa, cuius forte saepicule nomen inter tuos educatores frequentatum retines. accede itaque hospit*i*um fiducia, immo uero iam tuum proprium larem.'

Ad haec ego, iam sermonis ipsius mora rubore digesto: 'absit', inquam, 'parens. ut Milonem hospitem sine ulla querela deseram; sed plane, quod officiis integris potest effici, curabo sedulo. quoties itineris huius ratio nascetur, numquam erit, ut non apud te deuertar.'

Dum hunc et huius modi sermonem altercamur,

F 180ª. φ 28ªᵇ. 1 reiecto (φ) *em. Colv cf. 53,3 71,13 102,20* 4 exaequabiliter *v* inexplicabiliter *Gruter* ex(amus)sim *Heraeus* 4/5 ad reg. *cf.* adamussim *Vitruv I 6,6 Non. 9,3 M.* ad reg. — adfing. *ut interpretam. del. Heraeus*, qua — adfing. *Wower*, reg. — adfing. *Plasberg* 5 ſĩ (φ, *sed al. m. add.* ſūt) sunt *v* execr. (*def. E. Thomas*) ad (amus)sim congr. *Plasberg* 7 cęci|ſiqdẽ (φ) caesii *v scripsitne* caesi? *cf. Phil. suppl. IX 570* 8 aquilinioſ (φ) *recte distinct. v* 10 ° luci ° *vid. ead. m. add.* φ: luci (° *m. rec., quae etiam in apol. omnes vocativos notavit*) 12 ſociā (φ) *em. v.* 16 fecimus *vdVl cf. 5,1* 17 nomen saepicule *Luetj cf. 65,5* ″frequentatū ″educatoros (φ, *sed lineis quib. ordo mutatur omiss.*) 18 hoſpiciū 23 *m. rec. et* φ: quotienſ

Oud.

paucis admodum confectis passibus ad domum Byrrenae
peruenimus.

Atria longe pulcherrima columnis quadrifariam per
91 singulos angulos stantibus a*t*tolerabant statuas, palmaris
deae facies, quae pinnis explicitis sine gressu pilae uolubilis
instabile uestigium plantis roscidis de*tin*entes nec ut
maneant inhaerent⟨*es*⟩ etiam uolare creduntur. ecce lapis
Parius in Dianam factus tenet libratam totius loci medie-
92 tatem, signum perfecte luculentum, ueste reflatum, pro-
cursu uegetum, introeuntibus obuium et maiestate numinis
uenerabile; can*e*s utrimquesecus deae latera muniunt, qui
canes et ipsi lapis erant; hi⟨*s*⟩ oculi minantur, aures
rigent, nares hiant, ora saeuiunt et sicunde de proximo
latratus ingruerit, || eum putabis de faucibus lapidis exire
et, in quo summum specimen oper*ae* fabrilis egregius ille
93 signife*x* prodidit, sublatis canibus in pectus arduis pedes
imi resistunt, currunt priores. pone tergum deae saxum
insurgit in speluncae modum mus*c*is et herbis et foliis
et uirgulis et *al*icubi pampinis et arbusculis alibi de
lapide florentibus. splendet intus umbra signi de nitore
lapidis. sub extrema saxi margine poma et uuae faber-

F 180ᵃᵇ. φ 28ᵇ. 4 . ac tolerabant (φ, *sed* c *mut. in* t *cf. 64,19*) attollebant *v cf. 37,14* statuas *del. Leo* 4/5 statiuas—facies quae *Haupt* 5 ⟨in⟩ faciem *Oud* quę φ: q̄ (*in mg. m. rec.* $\overset{e}{c}$ q;) utraque *Hild* quattuor *E* explicitiſ q (q *induct., om.* φ) s. gr.] ingressu *Hild* in gressu *vd Vl* in degressu *Cast* 6 fastigium *Haupt* roseis *Haupt cf. 38,19 99,15* decitanteſ (φ) delibantes *Colv* deuitantes *Luetj* detinentes *He cf. eund. error. 50,6* 7 inherent etiā (*non* & iam) (φ) inhaerentes *He* 11 caniſ (φ, *sed al. m. em.*) 12 hi∗ (*potest eras. esse* ſ) φ: hij (*in mg.* $\overset{e}{c}$ hiſ) auriſ (φ, *sed al. m. em.*) 14 lapideis *Elmenh* 15 opera (φ, *sed* e *ex* a *eff.*) 16 ſignifer (φ) *em. v* sublatis *del. Roald cf. 172,16:* ardua . . . sublimiter eleuata 17 primores *Oud cf. 166,17 250,2* 18 muſtiſ (φ) *em. v* 19 ſicubi (φ) *em He* 21 extrema∗ (*eras.* ſ, *prima litt. verbi sequent. falso adiecta cf. 40,19*)

Oud. *E*

94 rime politae dependent, quas ars aemula naturae ueritati
similes explicuit. putes ad cibum inde quaedam, cum
mustulentus autumnus maturum colorem adflauerit, posse
decerpi et, si fonte⟨m⟩, | qui deae uestigio discurrens in
lenem uibratur undam, pronus aspexeris, credes illos ut
95 rure pendentes racemos inter cetera ueritatis nec agitationis
officio carere. inter medias frondes lapidis Actaeon
□ simulacrum curioso optutu in deam [sum] proiectus,
iam in ceruum ferinus et in saxo simul et in fonte
loturam Dianam opperiens uisitur.

5 Dum haec identidem rimabundus eximie delector, 'tua
sunt', ait Byrrena, 'cuncta, quae uides' et cum dicto
ceteros omnes sermone[s] secreto decedere praecipit. qui-
96 bus dispulsis omnibus: 'per hanc', inquit, 'deam, o Luci
carissime, ut anxie tibi metuo et ut pote pignori meo
longe prouisum cupio, caue tibi, sed caue fortiter a malis
97 artibus et facinorosis illecebris Panphiles illius, quae cum

---

F 130ᵇ. φ 28ᵇ. 2 ceu *Heins.* 4 fonte* (* *m. recentior add.*) φ: fonteſ fontem *Luetj cf. v. 9* ⟨sub⟩ deae *vdVl* (*coll. 284,28*) ⟨de⟩ deae *Bluemner* diſcurrent (φ, *al. m.* u *supra* e *add.*) discurrentes *v em. Luetj cf. 32,14* 5 uibra|t (2 supra t) (φ, *sed.* ā *eff. al. m., ut vid.*) n *in confinio versuum add. al. m.* 5/6 ut rure (φ) ut uere *Brant* (*cf. 263,4:* ueros) ut uite *Ald* superne *Hild* ut rupe *Putsch* interne *Rohde* ut rore *Bluemner* marmore *vdVl* 7 lapidiſ (φ) *pertinet ad* frond. *del. Luetj sed cf. 27,7,14,20* lapis *? He cf. 29,24 64,4; 27,12 de d. Socr. 5* (*13,9 Th.*) *Cic. ad fam. VII 12,2* lapideus *Oud* lapis Actaeonis sim. *Plasberg* 8 simulacrum *del. Scriver* optutu* *eras.*~ (φ) deā tu (ſū supra) (*ead. m.* ſū *add.*) φ: deā/· ſū (*in mg. al. m.* /· ū) reatum *? Leo* deam deorsum *Rossbach* deam uersum (*ut corr. in* φ) *Oud* deae uisum *Petsch* curiosum optutum in deam proiectus *Kirchhoff cf. 4,2 sq.* ſū *vid. irrepsisse ex falsa scriptione:* curioſū *sive in textu sive in mg. effecta, quemadmodum* tu *ad* obtutū *adscript. in text. inculcatum est; an legend.* indeūſū*? cf.* undique uersum *78,1 apol. 75* (*84,16*) pone u. *32,13* quoquou. *26,8; an* in deorsum *? cf. Th. l. L. V 560,47 Thiele Lat. Aesop fab. 4* (*16,9*) 11 identiden *posterior.* n *mut. in* m 13 ſermoneſ (φ) sermonis *vir doct. ap. Oud* sermoni *Florid* sermone *v* 14 inqd *em.* φ ° luci *vid. ead. m. addid.* °, *sed al. m. in* φ *cf. 26,10*

Milone isto, quem dicis hospitem, nupta est. maga primi nominis et omnis carminis sepulchralis magistra creditur, quae surculis et lapillis et id genus friuolis inhalatis omnem istam lucem mundi sideralis imis Tartari et in uetustum chaos submergere nouit. nam simul quemque
98 conspexerit speciosae formae iuuenem, uenustate eius sumitur et ilico in eum et oculum et animum detorquet. serit blanditias, inuadit spiritum, amoris profundi pedicis aeternis alligat. tunc minus || morigeros et uilis fastidio in saxa et in pecua et quoduis animal puncto reformat, alios
99 uero prorsus extinguit. haec tibi trepido et cauenda censeo. nam et illa urit⟨*ur*⟩ perpetuum et tu per aetatem et pulchritudinem capax eius es.' haec mecum Byrrena satis *21*
anxia.

At ego curiosus alioquin, ut primum artis magicae **6**
semper optatum nomen audiui, tantum a cautela Pamphiles a[f]fui, ut etiam ultro gestirem tali magisterio me uolens ampla cum mercede tradere et prorsus in ipsum barat⟨*h*⟩rum saltu concito praecipitare. festinus denique et uecors animi manu eius uelut catena quadam memet expedio et 'salue' propere addito ad Milonis hospitium perniciter
100 euolo. ac dum amenti similis celero uestigium, 'age', inquam, 'o Luci, euigila et tecum esto. habes exoptatam occasionem: *ex* uoto diutino poteris fabulis mi[se]ris ex-

---

F 130[b]. φ 28[b]. **6** conspexit *Oud; iterativ. cognovit Novák coll. 170,1* **9** illigat *Nolte* et] ut *Stewech* uiliſ (φ) li *ex* le *corr. et quo magis liqueret,* ᴵᴵ *supra voc. add. ead. m.* **11** trepida *Haupt* & cauenda (φ *om.* &) *al. m. eff.* ex *cf. 122,9* **12** urit (φ) *em. Bluemner* prurit *Purser* **14** anxia (φ) io *eff. al. m.* **15** at *ead. m. supra lin. addid.* **16** ad cautela* (d *induct.,* ˜*eras.*) φ: a cautela **17** affui (φ, *sed* ᵘ *supra* a *add. al. m.*) abfui *v* afui *vd Vl coll. 288,25* uolenſ (φ) uel *vd Vl cf. 66,9 68,16 158,5 215,1 263,23* **18** ãpla* (*eras. vid.*˜ *antea induct.*) φ: ãpla **18** baratrũ (φ) **21** addito (o *ex* a *ead. m. corr.*) **22** dũ *ead. m. add.* ᵛ **23** ͦluci (° *pr. m. add.*) φ: luci *cf. 28,14* **24** & (φ) ex *Burman* miſeriſ (φ) *em. Wower* Milesiis *Beroald* mysticis *Rossbach* esuriens *Leo*

Oud. *E*

plere pectus. aufer[s] formidines pueriles, com⟨*m*⟩mus
101 cum re ipsa nauiter congredere et a nexu quidem uenerio
hospitis tuae tempera et probi Milonis genialem | torum
religios⟨*us*⟩ suspice, uerum enim uero Fotis famula petatur
enixe. nam et forma scitula et moribus ludicra et prorsus
argutula est. uesperi quoque cum somno concederes, et
in cubiculum te deduxit comiter et blande lectulo collo-
cauit et satis amanter cooperuit et osculato tuo capite,
quam inuita discederet, uultu prodidit, denique saepe
retrorsa respiciens substitit. quod bonum felix et faustum
102 itaque, licet salutare non erit, Photis illa temptetur.'

7 Haec mecum ipse disputans fores Milonis accedo et,
quod aiunt, pedibus in sententiam meam uado. nec tamen
domi Milonem uel uxorem eius offendo, sed tantum caram
meam Fotidem: sui⟨*s*⟩ parabat uiscum fartim concisum
103 et pulpam frustatim consectam [ambacu pascuae iurulenta]
104 et, quod naribus iam inde ariolabar, tuccetum perquam
sapidissimum. ipsa linea tunica || mundule amicta et 22
russ[uss]ea fasceola praenitente altiuscule sub ipsas papillas
succinctula illud cibarium uasculum floridis palmulis rotabat
105 in circulum et in orbis flexibus crebra succutiens et simul
membra sua leniter inlubricans, lumbis sensim uibrantibus,
spinam mobilem quatiens placide decenter undabat. isto
aspectu defixus obstupui et mirabundus steti, steterunt et

F 130^{b} 131^{a}. φ 28^{b} 29^{a}. 1 auferſ φ: aufer *cf. 21,21* ſ *vid. orta ex* f *falso ex verbo sequenti adiuncta cf. 27,21 28,13 32,1* cominuſ (φ) *em.* v *cf. 39,3 112,4* 4 religioſ9 (φ)9 *al. m. add.* p̊uero *ut nunc vid., sed librar. vid. scripturus fuisse* fo, *deinde errore cognito recta addidisse* φ: ∗uero (*eras.* p) *cf. tamen apol. 98 (108,13)* 5 lubrica *Heins* 10 *cf. 290,26* 15 ſui^{s} (^{s} *al. m. vid. addid.*) φ: ſuiſ uiſcū (φ) isicium *Voss* uiscus *Salm* congestum *vd Vl v. Apic. 43 (p. 13) G-V.* 16 .ambacupa|ſcuę iurulenta (φ) *viror. doct. coniecturas afferre non tanti est* [ambacti pascua iur.] *He del. ut schol. ad* tuccetum *addit.* 17 iam ⟨longius⟩ inde *vd Vl coll. 151,24 refut. Novák cf. 23,23 126,13 apol. 47.56 (54,15 63,17)* 19 rurſuſ ſe a (φ) *em.* v russeola *Spanhem*

Oud. *E*

membra quae iacebant ante. et tandem ad illam: 'quam pulchre quamque festiue', inquam, 'Fotis mea, ollulam istam cum natibus intorques. quam mellitum pulmentum apparas. felix et ⟨*certo*⟩ certius beatus, cui permiseris illuc digitum intingere.'

Tunc illa lepida alioquin et dicacula puella: 'discede', inquit, 'miselle, quam procul a meo foculo, discede. nam
106 si te uel modice meus igniculus afflauerit, ureris intime nec ullus extinguet ardorem tuum nisi ego, quae dulce condiens et ollam et lectulum suaue quatere noui.'

Haec dicens in me respexit et risit. nec tamen ego 8
prius inde discessi, quam diligenter omnem eius explorassem habitudinem. uel quid ego de ceteris aio, cum semper mihi unica cura fuerit caput capillumque sedulo et puplice prius intueri et domi postea per*f*rui sitque iudicii huius apud me certa et statuta ratio[ne], uel quod praecipua pars ista corporis in aperto et perspicuo posita prima
107 nostris luminibus occurrit et quod in ceteris membris floridae uestis hilaris color, hoc in capite nitor natiuus operatur; denique pler*ae*que indolem gratiamque suam probaturae lacinias omnes exuunt, | amicula dimouent, nudam pulchritudinem suam praebere se gestiunt magis de cutis roseo rubore quam de uestis aureo colore placiturae. at uero — quod nefas dicere, nec quod sit ullum huius rei tam dirum exemplum! — si cuiuslibet eximiae

F 131^{a}. φ 29^{a}. 2 mea (φ) *super. pars litterae* a *in ras., eras.*˜ 4 certiuſ (φ) ⟨certo⟩ certius *Oud coll. 235,8 259,9 Plaut. Capt. 644* centies *vel* ter *Pric cf. 278,10* caelitus *Rohde* ꝑmiſeriſ (φ) *prior* ſ *in ras., fort ex* r *eff.* 7 a me. ofuculo (*φ, sed. em. al. m.*) 13 uel (φ) sed *v* et *Kroll cf. Phil. suppl. IX 567* 15 ꝑſtrui φ: ꝑfrui 16 apud (d *ex* t *ead. m.*) ratione (*vid.* n, *non* u) *em.* φ ratione ⟨regula⟩ *Kaibel* 20 pleraq; (φ) pleraeque *v* 21 ꝓbatur∗ (*vid. fuisse* ã, *mut. in* e; *qui erasit praetermisit litteram restituere*) φ: ꝓbaturã 22 se *del. Luetj* 24 nec qđ ſit φ: nec ꝗ ſit *coniunctiv. est optantis* neque sit *v sed* quod ullum *coniungitur ut* nemo quisquam, nihil quicquam, ulla aliqua *Gell. XIII 24,4 Fronto 18,17 Nab. Plaut. Most. 256*

Oud. *E*
108 pulcherrimaeque feminae caput capillo spoliaueris et faciem *23*
natiua specie nudaueris, licet illa caelo deiecta, mari edita,
fluctibus educata, licet inquam Venus ipsa fuerit, licet
omni Gratiarum choro stipata et toto Cupidinum populo ||
comitata et balteo suo cincta, cinnama fraglans et balsama
rorans, calua processerit, placere non poterit nec Vulcano
9 suo. quid *cum* capillis color gratus et nitor splendidus
inlucet e⟨*t*⟩ contra solis aciem uegetus fulgurat uel placi-
dus renitet a⟨*u*⟩t in contrariam gratiam uariat aspectum
et nunc aurum coruscans in lene⟨*m*⟩ mellis deprimitur
109 umbram, nunc coruina nigredine caerul*o*s columbarum ⟨*e*⟩
collis flosculos aemulatur uel cum guttis Arabicis obunctus
110 et pectinis arguti dente tenui discriminatus et pone uersum
coactus amatoris oculis occurrens ad instar speculi reddit
imaginem gratiorem? quid cum frequenti subole spissus
cumulat uerticem uel prolixa serie porrectus dorsa per-
111 manat? tanta denique est capillamenti dignitas, ut
quamuis auro ueste gemmis omnique cetero mundo exornata
mulier incedat, tamen, nisi capillum distinxerit, ornata
non possit audire.

Sed in mea Foti*de* non operosus, sed inordinatus
112 ornatus addebat gratiam. uberes enim crines leniter
emissos et ceruice dependulos ac dein per colla dispositos

F 131ᵃ. φ 29ᵃ. 1 capillo* *eras.* ſ 2 deiecta* (*eras.* ˜ *?*) deuecta *Bluemner* 5 φ: flagranſ 7 tunc (φ) cum *v* 8 ∈ contra (φ) *em. Becichem* 9 renidet *ed. Vic. cf. 75,12* at (φ) *em. Groslot* 10 ⟨ut⟩ aurum *edd. vett.* lene (φ, *sed em. al. m.*) 11 cerul*uſ (*eras.* e *antea induct.; in mg. ead. m. add.* cerulu[s]) φ: cerule9 caerulos *v* ⟨e⟩ *He cf. Plin. n. hist. XXXVII 72* ⟨in⟩ *Bursian* 12 colli *v* collis ⟨dispersos⟩ *Novák* 13 diſcriminat' φ: diſcriminat[s] discriminatus *v* 14 amatoribus *Salm cf. 122,8* occurrent (φ) *em. v cf. 28,4* 15 ſubole *corr. in* ſobole 18 gemmis ueste *vd Vl* 20 *adire *corr. ex* audire φ: uideri abire *Colv* haberi *Sciopp. cf. 116,4 134,25 266,1* 21 fotię φ: fotie[d] inornatus *post Lips vd Vl coll. de mundo 2 (138,12 Th)* 23 demissos *Pric* remissos *Hild*

Oud. *E*

sensimque sinuato patagio residentes paulisper ad finem
conglobatos in summum uerticem nodus adstrinxerat.

Nec diutius quiui tantum cruciatum uoluptatis eximiae 10
sustinere, sed pronus in eam, qua fine summum cacumen
capillus ascendit, mellitissimum illud sauium impressi.
113 tum illa ceruicem intorsit et ad me conuersa limis et 24
morsicantibus oculis: 'heus tu, scolastice', ait, 'dulce et
amarum gustulum carpis. caue ne nimia mellis dulcedine
diutinam bilis amaritudinem contrahas.'

114 'Quid istic', inquam, 'est, mea festiuitas, cum sim
paratus uel˙ uno sa*u*iolo interim recreatus super istum
ignem porrectus assari' et cum dicto artius eam complexus coepi sauiari. iamque aemula libidine in amoris
parilitatem | congermanescenti mecum, iam patentis oris
inhalatu cinnameo et occursantis linguae inlisu nectareo
prona cupidine || adli*b*escent*i*: 'pereo', inquam, 'immo iam
dudum perii, nisi tu propitiaris'. ad haec illa rursum
me deosculato: 'bono animo esto', inquit. 'nam ego tibi
mutua uoluntate mancip[i]ata sum nec uoluptas nostra
differetur ulterius, sed prima face cubiculum tuum adero.
115 abi ergo ac te compara, tota enim nocte tecum fortiter
et ex animo proeliabor.'

His et talibus obgannitis sermonibus inter nos disces- 11
sum est. commodum meridies accesserat et mittit mihi
Byrrena xeniola *p*or*c*um op[t]imum et quinque gallinulas

F 131[ab]. φ 29[a]. 1 sinuatos *Kronenberg* 2 ădtraxerat (*in mg.* ădſtrinxerat) φ: adtraxerat (*supra addito ab al., ut vid., m.* ł adſtrinx̄at) 4 φ: protinuſ 5 mellitillum *Leo coll. 68,26* illuc *Luetj* illico *Plasberg cf. 205,27* ſabiū (b *ex* u *m. rec. eff.*) 7 morsitantibus *v cf. 43,8 71,1 170,8 253,23* 8 *cf. Apic. IV 181 (p. 34 G.-V.)* 10 *cf. 206,21* 11 ſabiolo (φ, *sed* b *corr. in* u) 13 ſauiari (u *in* b *corr. al. m.*) 14 congerminascenti *Jordan ut Salm ad Non. 90,16 M.* 16 adliueſcente (φ) b *ex* u *corr. m. rec. em. Pric cf. 162,26* 19 mancipiata (φ) *em. v cf. 49,10 67,2 213,23 243,6* 25 p⁹ortū (φ, *sed al. m. add.* porcū) optimū (φ) *em. Stewech cf. 17,17; 35,17*

Oud. *E*

et uini cadum in aetate pretiosi. tunc ego uocata Fotid*e*: 'ecce', inquam, 'Veneris hortator et armiger Liber aduenit ultro. uinum istud hodie sorbamus omne, quod nobis restinguat pudoris ignauiam et alacrem uigorem libidinis incutiat. h*ac* enim sitarchia nauigium Veneris indiget
116 sola, ut in nocte peruigili et oleo lucerna et uino calix abundet.'

Diem ceterum lauacro ac dein cenae dedimus. nam Milonis boni concinnaticiam mensulam rogatus adcubueram, quam pote tutus ab uxoris eius aspectu, Byrrenae monitorum memor, et perinde in eius faciem oculos meos ac si in Auernum la*cu*m formidans deieceram. sed adsidue respiciens praeministrantem Fotidem inibi recreabar animi,
cum ecce iam uespera lucernam intuens Pamphile: 'quam *25*
largus', inquit, 'imber aderit crastino' et percontanti marito, qui comperisset istud, respondit sibi lucernam prae-
117 dicere. quod dictum ipsius Milo risu secutus: 'grandem', inquit, 'istam lucern*a*⟨*m*⟩ Sibyllam pa*s*cimus, quae cuncta caeli negotia et solem ipsum de specula candelabri contuetur.'

12 Ad haec ego subiciens: 'sunt', aio, 'prima huiusce diuinationis experimenta; nec mirum, licet modicum istu*m*
118 igniculum et manibus humanis laboratum, memorem tamen illius maioris et caelestis ignis uelut sui parentis, qui*d* *is* s*i*t editurus in aetheris uertice, diuino praesagio et

---

F 131ᵇ. φ 29ᵃᵇ. 1 ī etate φ: ī ā | etate (ā *al. m. add.*) *cf. 25,16* fotide (de *ex* diſ *al. m. corr.*) φ: fotide (de *ex* di *corr. m. rec.*) 5 incutiat (φ) cut *iam non comparet* hęc φ: h̄ *em. v cf. Phil. suppl. IX 550,24* 8 *inter* cete|rū *et* lauacro *lacuna, in qua nihil script. vid.* 12 *Herond. 3,17 cft. Prescott* latū (φ, *sed supra add.* c̄u *ead. [?] m.*) 17 Grandē (φ) *ras.* G *mut. in* g 18 lucerne *posterior.* e *ab al. m. eff. ex litt. quae dubium utrum fuerit* c *an* o φ: lucernō̄ (*em. al. m.*) lucernam *v* ista in lucerna *Walter* [lucerna]? *He* parcim; (φ) *em. v* 21 plurima *Bluemner sed interpretand. 'eminentia' cf. 79,18* 22 iſtud *ex* iſtū *eff. ead. m., compend.* ˜ *eras. al. m.* φ: iſtū* *eras.* d 24 qſ (φ) quid *v* quid is *Rohde* 25 esset (φ) is sit *vd Vl*

Oud. *E*

ipsum scire et nobis enuntiare. nam et Corinthi nunc apud nos passim Chaldaeus quidam hospes miris || totam ciuitatem responsis turbulenta⟨*t*⟩ et arc[h]ana fatorum stipibus emerendis edicit in uulgum, qui dies copulas nuptiarum adfirmet, qui fundamenta moenium perpetuet, qui negotiatori commodus, qui uiatori celebris, qui nauigiis oportunus. mihi denique prouentum huius peregrinationis inqui|renti multa respondit et oppido mira et satis uaria; nunc enim gloriam satis floridam, nunc
119 historiam magnam et incredundam fabulam et libros me futurum.'

13 Ad haec renidens Milo: 'qua', inquit, 'corporis habitudine praeditus quoue nomine nuncupatus hic iste Chaldaeus est?' 'procerus', inquam, 'et suffusculus, D*io*phanes nomine.' 'ipse est', ait, 'nec ullus alius. nam et hic apud nos multa multis similiter effatus non paruas stipes, immo uero mercedes op[t]imas iam consecutus fortunam scaeuam an saeuam uerius dixerim miser incidit.

Nam die quadam cum frequentis populi circulo conseptus
120 coronae circumstantium fata donaret, Cerdo quidam nomine 26
negotiator accessit eum, diem commodum peregrinationi cupiens. quem cum electum destinasset ille, iam deposita crumina, iam profusis nummulis, iam dinumeratis centum denarium, quos mercedem diuinationis auferret, ecce quidam de

---

F 131b φ 29b. 3 tbulenta (φ) *em. v cf. 211,21* archana 4 uulgũ (φ) *al. m. eff.* -gus 5 nuptialeſ *ead. m. ex* nuptia2̶ φ: nuptialiſ 6 salubris *Cornelissen Petsch* celeris *Nolte* 8 anquirenti *v* 9 [satis] flor. *Leo* 11 futurũ (φ) *in* f°aturũ *corr. m. rec.* 14 ſuffulculuſ (φ, *sed* fuḷ) *em. v* dyophaneſ (φ) 17 optimaſ (φ) *em. de Rhoer cf. 33,25* 18 ſeuã (ſ *in ras. al. m. scrips., fuit* ſ*euã) φ: ſeuã (c *add. ead. m.*) an ſeuã ueriuſ dixerĩ (φ) *induct.* 21 enodaret *Wower* sonaret *Bluemner* 22 eũ *induct.* φ: eũ (*al. m. add.* eo) 23 crumina i *in* e *mut. m. rec.* (φ) 24 ninumeratiſ *ut vid., sed em. ead. m.* 25 auferret (φ) *mut. al. m. in* aff—

Oud. *E*

nobilibus adulescentulus a tergo adrepens eum lacinia prehendit
121 et conuersum amplexus exosculatur artissime. at ille ubi primum consauiatus eum iuxtim se ut adsidat effecit, attonitus [et] repentinae uisionis stupore et praesentis negotii, quod gerebat, oblitus infit ad eum: "quam olim equidem exoptatus nobis aduenis?". respondit ad haec ille alius: "commodum uespera oriente. sed uicissim tu quoque, frater, mihi memora, quem ad modum exinde, ut de Euboea insula festinus enauigasti, et maris et uiae confeceris

14 iter." ad haec Diophanes ille Chaldaeus egregius mente uiduus necdum suus: "hostes", inquit, "et omnes inimici nostri tam diram, immo uero Vlixeam peregrinationem incidant.
122 nam et nauis ipsa, ⟨*qua*⟩ uehebamur, uariis || turbinibus procellarum quassata, utroque regimine amisso aegre ad ulterioris ripae marginem detrusa praeceps demersa est et nos omnibus amissis uix enatauimus. quodcumque uel ignotorum miseratione uel amicorum beniuolentia contraximus, id omne latrocinalis inuasit manus, quorum audaciae repugnans etiam Ari*g*notus unicus frater meus sub istis
123 oculis miser iugulatus est." haec eo adhuc narrante maesto Cerdo ille negotiator correptis nummulis suis, quos diuinationis mercedi destinauerat, protinus aufugit. ac dehinc tunc demum Diofanes expergitus sensit im- p⟨*r*⟩uden|tiae suae la*b*em, cum etiam nos omnis circumsecus adstantes in clarum cachinnum uideret effusos.

Sed tibi plane, Luci domine, soli omnium Chal- 27
daeus ille uera dixerit, sisque felix et iter dexterum porrigas.'

F 131[b] 132[a]. φ 29[b] 30[a]. 3 ɔſauit; ([a] *add. ead. m., al. mut.* u *in* b) φ: c̄ſauiat⁹ 4 et *del. Luetj cf. 68,18* ex *Petsch* 5 negotii (φ) *post* ii *ras.* 13 ipſa φ: ipſa[q] ([q] *add. al. m.*) in qua *Bursian* ipsa in qua *v* ipsa ubi *Beyte* 19 ariſnotuſ (*φ, sed in mg. al. m.* Trisnot⁹) *em. Jungermann* 23 impudentię (φ) *em. v cf. 182,19* 24 lauẽ *em. m. rec. et* φ 28 peragas *Nolte cf. 130,26*

Oud. *E*

124 Haec Milone diutine sermocinante tacitus ingemescebam 15
mihique non mediocriter suscensebam, quod ultr*o* inducta
serie inoportunarum fabularum partem bonam uespera<*e*>
eiusqu*e* gratissimum fructum amitterem. et tandem denique deuorato pudore ad Milonem aio: 'ferat sua<*m*> Diophanes ille fortunam et spolia populorum rursum co*n*ferat
mari pariter ac terrae; mihi uero fatigationis hesternae
etiam nunc saucio da ueniam, maturius concedam cubitum'; et cum dicto facesso et cubiculum meum contendo
atque illic deprehendo epularum dispositiones satis concinnas. nam et pueris extra limen, credo ut arbitrio
nocturni gannitus ablegarentur, humi quam procul distra-
125 tum fuerat et gra*b*attulum meum adstitit mensul*a* cenae
totius honestas reliquias tolerans et calices boni iam infuso latice semipleni solam temperiem sustinentes et la*goe*na iuxta orificio caesim deasce*a*to patescens facilis
126 <*h*>auritu, prorsus gladiatoriae Veneris antecenia.

Commodum cubueram et ecce Fotis mea, iam domina 16
cubitum reddita, la*e*ta proximat ros*a* serta et rosa soluta
127 in sinu tuberante. ac me pressim deosculato et corollis
reuincto ac flore persperso adripit poculum ac desuper ||
aqua calida iniecta porrigit bibam, idque modic*o* prius,
quam totum exsorberem, clementer inuadit ac relictum

F 132ᵃ. φ 30ᵃ. 2 ultra (φ) *em. v* 3 uefpera (φ) *em. v* 4 ej q (φ) *em. v* 5 fuā ˜ *add. al. m. et* φ 6 cōferat *sed littera* f *per compend.˜ ducta* φ: cōferat 12 diftra***˜ (*vid. fuisse* diftrato, o *in* ũ *mutat. et quia non satis liquidum erat, supra voc. add.* ˇ; *virgulam* ˜ *certe add. m. pr.*) φ: diftractū *cf. 265,12* 13 grabattulũ b *ex* u *corr. al. m.* (φ) m̄fulę (φ) *em. v* 14 totius] lotioris *Leo cf. 45,3 92,1* bini *Lips* 15 solitam . . . sustinente *Leo* laguena 16 deafcento (n *refict., fort. fuit* a) φ: deafcento *em. Luetj* facili *Luetj* 17 auritu (φ, *m. rec. add.* h) 18 *cf. 61,21 Λούκ. 8: ἡ δὲ ἐπειδὴ κατέκλινε τὴν δέσποιναν* 19 lacta (φ) *em. Haupt cf. 61,22 del. E* tacita *Schikerad* lecto *Hild* rofę (φ) *em. v* rosa et s. et [rosa] s. *Leo fort. recte cf. 98,2 263,10* 21 fore (*add. ead. m.*) 22 modicū (φ) *em. Brant cf. 7,5 apol. 20,8 flor. 26,15* 23 clementer *ex* —tif *corr. ead. m.*

□

Oud. *E*

128 p⟨*a*⟩ullulatim labellis minuens meque respiciens sorbilla⟨*t*⟩ dulciter. sequens et tertium inter nos uicissim et frequens alternat poculum, cum ego iam uino madens nec animo tantum, uerum etiam corpore ipso ⟨*pronus*⟩ ad libidinem, inquie[n]s alioquin et petulans et iam saucius paulisper, 28 inguinum fine lacinia remota inpatientiam ueneris Fotidi meae monstrans: 'miserere', inquam, 'et subueni maturius. nam, ut uides, proelio, quod nobis sine fetiali officio in-129 dixeras, iam proximante uehementer intentus, ubi primam sagittam saeui Cupidinis in ima praecordia mea delapsam excepi, arcum meum et ipse uigorat⟨*e*⟩ tetendi[t] et oppido formido, ne neruus rigoris | nimietate rumpatur. sed ut mihi morem plenius gesseris, in effusum laxa crinem et capillo fluente[r] undanter ede complexus amabiles.'

17 Nec mora, cum omnibus illis cibariis uasculis raptim 130 remotis laciniis cunctis suis renu[n]data crinibusqu*e* dissolutis ad hilarem lasciuiam in speciem Veneris, quae marinos fluctus subit, pulchre reformata, paulisper etiam gla*b*ellum femina*l* rosea palmula potius obumbrans de

---

F 182ᵃ. φ 30ᵃ. 1 pullulatĩ (φ) *em. v cf. 118,20* ſorbilla (φ) b *corr. ex* u *em. v cf. 62,23; 35,3 40,1* 2 dulciter, sequens *v* dulciter. Sequens *Bursian* sequensque *Oud* 3 alternarat *vd Vl* .cũ (φ), cum *Bursian* tum *Petsch cf. 42,16 67,15* 4/5 ⟨pronus⟩ *Leo* ad libid. — pet. *ante* iam uino (*v. 3*) *transp. Bursian* inquienſ (φ) *cf. Heraeus Arch. f. l. Lex. X 512 Roensch Ital. u. Vulg. 458 sq.;* inquietus *Beroald* inquies *Oud* inhians *Colv* 5 etiã (*non* &iã) (φ) *ut falso repetit. ex v. 4 del. vd Vl* et iam *Bluemner* iam *Bursian* *ante* paulisper *interpunx. Bursian, post* fine *v, post* paulisper *Petsch cf. Luc. conv. 16:* παρεγύμνου ἑαυτὸν . . . ἄχρι πρὸς τὸ αἴσχιστον 6 fine] sanie *Lips cf. Sall. hist. fr. 52* 9 proximanti *vd Vl* 11 uigor attetendit (φ) uigore tetendi *Ald em. Bursian cf. 219,10:* uigorati 13 effuſṽ (v *in ras., fuit* a) φ: effuſũ 14 fluent̃ undant̃ (φ, *in mg. add.* c̊ fluẽte) fluente undanter *Ald cf. 268,9 Verg. Aen. IV 147* fluenter undante *Colv* fluente [undante] *Novák* fluenter undante redde *Wiman cf. Th. l. L. III 2103,52* 16 renundata *em.* φ quã (φ) *em. v; aliter loci se habent quales 31,7 34,10 37,12 55,23 cf. Becker Stud. Apul. diss. Regiom. 1879 p. 29* 18 ſubit* *eras. a* (φ) 19 glauellũ femina uł φ: glabellũ femina ⸸ *em. Lips cf. apol. 33 (39,20)* obũbraſ (n *sup.*) *em. ead. m.*

Oud. *F*

131 industria quam tegens uerecundia: 'proeliare', inquit, 'et fortiter proeliare, nec enim tibi cedam nec terga uortam; comminus in aspectum, si uir es, derige et grassare nauiter et occide moriturus. hodierna pugna non habet missionem.' haec simul dicens inscenso grabattulo super *132* me sessim residens ac crebra subsiliens lubricisque gestibus mobilem spinam quatiens pendulae Veneris fructu me satiauit, usque dum lassis animis et marcidis artibus defatigati simul ambo corruimus inter mutuos amplexus animas [h]an*h*elantes. his et huius modi conluctationibus ad confinia lucis usque peruigiles egimus poculis interdum *133* lassitudinem refouentes et libidinem incitantes et uolup- *29* tatem integrantes. ad cuius noctis exemplar similes adstruximus alias pluscu‖las.

18 Forte quadam die de me magno opere Byrrhena contendit, apud eam cenulae ⟨*festi*⟩uae interessem, et cum impendio excusarem, negauit ueniam. ergo igitur Fotis erat adeunda deque nutu eius consilium uelut auspicium petendum. quae quamquam inuita, quod a se ungue latius digrederer, tamen comiter amatoriae militiae breuem commeatum indulsit. sed 'heus tu', inquit, 'caue regrediare cena maturius. nam uesana factio nobilissimorum

---

F 132ᵃᵇ. φ 30ᵃ. **3** in aspectum *interpretament. putat Colv* in os spatham *Elmenh* *verb.* derige *ex sermone militari sumpt. cf. Woelfflin Arch. f. lat. Lex. X 4* **6** ſenſĩ (φ) *def. Weyman Arch. II 266 falso coll. Plin. n. hist. XXXVI 96 em. Bursian cf. 107,24* crebra (φ) a *mut. in* o *cf. 30,21 59,19 73,7, sed 156,21 apol. 15 (17,15)* **7** *cf. 30,23* **8** φ: artib; (ᵛ *al. m.*) *cf. Neue-Wagener Lat. Formenl. I³ p. 553* **9** defetigati *em. ead. m.* **10** hanelanteſ **12** refouenteſ (φ) fou *ex* ou *corr. pr. m.* incitāteſ (n *supra*) *em. ead. m. ex* incitatã φ: incitanteſ **15** qũdã (a *supra*) ᵃ*add. ead. m.* **16** cenulęue φ: ceuleue (n *supra*) ⁿ *al. m. add.* cenulae eius *v* cenulae suae *E* cenulae ut *Rohde* cenae lautae *Bluemner* cenulae[ue] *Novák* cenulae ⟨festi⟩uae *He de coniunctiv. cf. 37,22 46,15 al.* **17** ⟨me⟩ impedimento *Bluemner* **18** uelut *ex* uelud *em. ead. m.* **19** quae] q; φ: q̄ **21** caue *i. e. cura cf. 43,31*

Oud. *E*

iuuenum pacem publicam infesta⟨*t*⟩; passim trucidatos per *134* medias plateas uidebis iacere, nec praesidis auxilia longinqua leuare ciuitatem tanta clade possunt. tibi uero fortunae splendor insidias, contemptus etiam peregrinationis poterit adferre.'

'Fac sine cura', inquam, 'sis, Fotis mea. nam praeter quod epulis alienis uoluptates meas anteferrem, metum etiam istum tibi demam maturata regressione. nec tamen incomitatus ibo. nam gladiolo solito cinctus altrinsecus ipse salutis meae praesidia gestabo.'

Sic paratus | cenae me committo.

19 Frequens ibi numerus epulonum et utpote apud prima- *135* tem feminam flos ipse ciuitatis. ⟨*mens*⟩ae opipares citro et ebore nitentes, lecti aureis uestibus intecti, ampli calices uariae quidem gratiae, sed pretiositatis unius. *136* hic uitrum fabre sigillatum, ibi crustallum inpunctum, argentum alibi clarum et aurum fulgurans et sucinum *137* mire cauatum et lapides ut bibas et quicquid fieri non potest ibi est. diri*b*itores plusculi splendide amicti fercula copiosa scitule subministrare, pueri calamistrati *138* pulchre indusiati gemma⟨*s*⟩ formatas [s]in pocula uini uetusti frequenter offerre. iam inlatis luminibus epularis

---

F 182b. φ 30b. 1 infecta (φ) *em. Oud cf. 35,3 38,1* infecit *Beroald cf. 14,2 188,27* 4/5 contemptum — peregrinatio *Pric* peregrinationis ⟨fama⟩ *Luetj* ⟨periculum⟩ poterit *vd Vl* contemptus per. etiam ⟨uitae periculum⟩ *Novák malim:* splendor, contemptus e. peregr. insidias 8 maturanṭẹ[ta] ([ta] *ead. m. superscr.*) φ: maturata (a *in ras. ex* r *litt. prima voc. sequentis*) maturante *def. Petsch* 13 ciuitatiſę (ẹ *vid. eras.*) φ: ciuitatiſ ⟨mens⟩ae *Rohde* et *v* opipare *Oud* citro] cibi *v* 18 et lap.] in lap. *v* in capides *Gruter* bibas ⟨inuitantes⟩ *Brakman* ⟨paene⟩ non *Kirchhoff* ⟨potest et⟩ non *vd Vl* [non] *Seyffert cf. Luc. Phars. VI 437* 19 ibi est] .ibi et *Kirchhoff cf. 104,17 sq.* diriuitores (φ) *em. v* pluſculi* (*eras.* ſ; *librar. primo voces falso distinxerat ut saepe*) 20 copioſa* ſcitule* (*eras.* ſ) 21 gēmaſ (ſ *al. m. add.*) formataſ* (*eras.* ſ)in φ: gēma formata° ſinpocula (n *ex* m *corr. al. m.*)

Oud. *E*

sermo percrebuit, iam risus adfluens et ioci liberales et ca*u*illus hinc inde.

Tum infit ad me Byrrhena: 'quam commode uersaris in nostra patria? quod sciam, templis et lauacris et ceteris operibus longe cunctas ciuitates antecellimus, utensilium prae-
139 terea pollemus || adfatim. certe libertas otiosa, et negotioso quidem aduenae Romana frequentia, modesto uero hospiti quies uillatica: omni denique prouinciae uoluptarii secessus sumus.'

20 Ad haec ego subiciens: 'uera memoras nec usquam gentium magis me liberum quam hic fuisse credidi. sed oppido formido caecas et ineuitabiles latebras magicae disciplinae. nam ne mortuorum quidem sepulchra tuta
140 dicuntur, sed e*x* bustis et rogis reliquiae quaedam et cadauerum praesegmina ad exitiabiles uiuentium fortunas petuntur. et cantatrices anus in ipso momento chor[o]agi fune⟨*b*⟩ris praepeti celeritate alienam sepulturam anteuortunt.'

His meis addidit alius: 'immo uero istic nec uiuentibus quidem ullis parcitur. et nescio qui simile passus ore undique omnifariam deformato truncatus est.'

Inter haec conuiuium totum in licentioso*s* cachinno*s*
141 effunditur omniumque ora et optutus in unum quempiam angulo secubantem con*f*eruntur. qui cunctorum obstinatione confusus indigna murmurabund*u*s cum uellet

---

F 132[b]. φ 80[b]. 1 φ: pcreb[r]uit ([r] *al. m. add.*) [d]affluenſ [d] *ead. m. add.* φ: affluenſ 2 cabilluſ *em. al. m. et* φ 3 cum *Kronenb* 5 ciuitates ⟨Thessaliae⟩ *Rohde* utensilibus *v* 6 otioſa (φ) otioso *Beroald* copiosa *Haupt* speciosa *He* negotioso ⟨pariter et pecunioso⟩ *vd Vl* 9 memoras, ⟨inquam⟩ *vd Vl coll. 34,21* 12 me (*prima hasta eras.* n *eff.*) 13 & (φ) ex *vir doct. apud Oud* et ⟨a⟩ *Pric* 15 choroagi (φ) *em. v* 16 funeriſ (φ) *em. Wower an ut interpretam. delend.? He cf. Fulgent. serm. ant. p. 121,10 H. cf. 16,8 42,13* 20 truncato deformatus *Bluemner* 21 inlicentioſuſ cachinn; (φ) *em. Iunt. post. cf. 36,25* 23 anguloſe cubantē c̄ſerun[z]t (φ) *em. v* 24 'indignum!' *Rohde* murmurabundaſ (φ, *sed. in mg. add.* duſ)

Oud. E

exsurgere, 'immo mi Thely⟨*ph*⟩ron', Byrrhena inquit, 'et subsiste paulisper et more tuae urbanitatis fabulam illam 31
tuam remetire, ut et filius meus iste Lucius | lepidi[s] sermonis tui perfruatur comita*te*.'

At ille: 'tu quidem, domina', ait, 'in officio *ma*nes sanctae tuae bonitatis, sed ferenda non est quorundam insolentia.' sic ille commotus. sed instanti⟨*a*⟩ Byrrhenae, quae eum adiuratione suae salutis ingratis cogebat effari, perfecit, ut uellet.

21 Ac sic aggeratis in cumulum stragulis et effult*us* in
142 cubitum suberectusque in torum porrigit dexteram et ad instar orator[i]um conformat articulum duobusque infimis conclusis digitis ceteros eminens [porrigens] et infesto
143 pollice clementer subrigens infit Th*elyph*ron:

'Pupillus ego Mileto profectus ad spectaculum Olympicum cum haec etia⟨*m*⟩ loca prouinciae famigerabilis adire cuperem, peragrata cuncta Thessalia fuscis auibus Larissam accessi. ac dum singula pererrans tenuato admodum uiatico paupertal‖ti meae fomenta conquiro, con-

---

F 182[b] 183[a] φ 30[b] 1 exurgere (*ead. m. add.* ſ) theliron (φ) *cf. v. 14 50,20* 3 lepidiſ (φ, *sed* ſ) *cf. 40,19.20* 4 comitare (φ, *sed em. ead. m.*) 5 moneſ (φ) *em. Ald cf. 117,18* 7 inſtanti (φ) *em. v cf. 163,11* 10 et *ante* effult. *del. Bluemner; sed cf. 48, 1:* que *53,7:* et *100,15:* et *204,4:* mutuoque *259,11:* et populi; *Madvig Cic. de fin. 804* effultiſ (φ) *def. Oud. coll. 252,8:* cubitum praestruunt *et Sil. XIII 814* effultus *Fulv; Verg. Aen. VII 94 VIII 368 Mart. III 82, 7 cft. vd Vl* effultus suberectusque in cubitum [in torum] *vd Vl* suffultus — in toro *Nolte* 12 oratoriū (φ) *em. v cf. 82,19 121,3* 13 eminenſ (en *in ras.*) φ: eminenſ (*in mg.* emin[9] *m. rec.*) *def. Leo coll. Koziol Stil d. Apul. 312* eminentes *v* eminulos *Oud* eminans? (*cf. 162,13 223,11 Corp. gloss. IV 48,42*) *an* emicans? (*cf. 228,22 268,13*) *He* porrigit (*poster.* i *mut. in* e, *supra* it *ras., in qua nescio an fuerit* nſ; t *puncto infra posito delet. erat*) φ: porrigenſ *del. Leo* infesto] iniecto *Volkmann cf. Quint. XI 3,119* 14 subridens *Pric* thleſron (φ) *em. v* 16 cū *ex* Tū φ Tū (*sed vid.* T *mutat. esse in* C) etia *em. al. m.* 19 papertati *em. ead. m.*

Oud. *E*

spicor medio foro procerum quendam senem. insistebat lapidem claraque uoce praedicabat, siqui mort⟨*u*⟩um seruare uellet, de pretio liceretur. et ad quempiam praetereuntium: "quid hoc", inquam, "comperior? hicine mortui solent aufugere?".

144 "Tace" respondit ille. "nam oppido puer et satis peregrinus es meritoque ignoras Thessaliae te consistere, ubi sagae mulieres ora mortuorum passim demorsicant, eaque sunt illis artis magicae supplementa."

Contra ego: "et quae, tu", inquam, "dic sodes, custo- 22
dela ista feralis?". "iam primum", respondit ille, "perpetem 11
noctem eximie uigilandum est exertis et inconiuis oculis semper in cadauer intentis nec acies usquam deuertenda, immo ne obliquanda quidem, quippe cum deterri*m*ae uersipelles in quoduis animal ore conuerso latenter adre-
145 pant, ut ipsos etiam oculos Solis et Iustitiae facile fru- *32*
strentur; nam et aues et rursum canes et mures, immo uero etiam muscas induunt. tunc diris cantaminibus somno custodes obruunt. nec satis quisquam definire poterit, quantas latebras nequissimae mulieres pro libidine sua comminiscuntur. nec tamen huius tam exitiabilis operae merces amplior quam quaterni uel seni ferme offeruntur aurei. ehem, et, quod paene praeterieram, siqui non integrum corpus mâne restituerit, quidquid inde decerptum deminutumque | fuerit, id omne de facie sua desecto sarcire compellitur."

146 His cognitis animum meum conmasculo et ilico acce- 23
dens praeconem: "clamare", inquam, "iam desine. adest custos paratus, cedo praemium."

„Mille", inquit, "nummum deponentur tibi. sed heus iuuenis, caue diligenter principum ciuitatis filii cadauer a malis Harpyis probe custodias."

F 133ᵃ. φ 30ᵇ 31ᵃ. 2 mortũ *em.* φ 3 diceret *Oud* se pretio locaret *Hild* 6 *cf. Hom. Od. IX 273* 7 medioque *Pric cf. 24,20* 8 *cf. 33,7* 9 illiſ (φ) ; *ex* e *ut vid.* 14 deterrinę *em.* φ taeterrimae *Kroll* 28 et *del. Leo coll. Plaut. Poen. 118* 31 *cf. 39,21* cadauera maliſ harpyiſ

Oud. *E*

"Ineptias", inquam, "mihi narras et nugas meras. uides hominem ferreum et insomnem, certe perspicaciorem ipso Lynceo uel Argo et oculeum totum."

Vix finieram, et ilico me perducit ad domum quampiam, cuius ipsis foribus obseptis per quandam || breuem posticulam intro uocat me et conclaue quoddam obseratis
147 luminibus umbrosum ⟨*aperiens*⟩ demonstrat matronam flebilem fusca ueste contectam, quam prop⟨*t*⟩er adsistens: "hic", inquit, "auctoratus ad custodiam mariti tui fidenter accessit." at illa crinibus antependulis hinc inde d*i*motis etiam in maerore luculentam proferens faciem meque respec-
148 tans: "uide oro", inquit, "quam expergite munus obeas."

"Sine cura sis", inquam, "modo corollarium idoneum compara."

24 Sic placito [o]c*o*nsurrexit et ad aliud me cubiculum inducit. ibi corpus splendentibus linteis coopertum intro- *33*
ductis quibusdam septem testibus manu revelat et diutine
149 [u]super fleto obtestata fidem praesentium singula demonstrat anxie, uerba concepta de industria quodam tabulis praenotante. "ecce", inquit, "nasus integer, incolumes oculi, saluae aures, inlibatae labiae, mentum solidum. uos in hanc rem, boni Quirites, testimonium perhibetote", et cum dicto consignatis illis tabulis facessit.

At ego: "iube", inquam, "domina, cuncta, quae sunt usui necessaria nobis exhiberi."

---

oa
F 183^a. φ 30^b 31^a. 2 pſpiciorẽ *em. ead. m.* 3 uel] uigiliorem *Leo* *cf. Plaut. Aul. 555* 6 me & (φ) me ad *Gruter* 6/7 et — umbrosum ⟨intrans⟩ *vd Vl* ⟨aperiens⟩ *Leo* 6 luminaribus *Bluemner* matronamque *Florid* 8 ꝑper φ: ꝑpe *em. v cf. 125,11 Fulgent. p. 8,16 H.* hinc (φ) n *induct.*
o n
10 demotis (φ) *em. v* 11 reſpetaſ (eta *corros., pr. m. add.* on) φ: reſpicienſ *cf. 30,10 31,11 34,13 38,1 45,9 sed 59,14* 14/5 cõparaſ Ic φ: cõparaſ Ic compara *Scal* compares *Oud* sic *Iunt. post.* 15 ocin ſurrexit (φ, *sed* n *corr. in* ú *ead. m.*) ocius surr. *v* consurrexit *Leo* 17/8 diutine uſu perfleto (φ) insuper *vel* superfleto *Heins* 17 fidẽ (φ)˜ *eras.*

"At quae", inquit, "ista sunt?"

"Lucerna", aio, "praegrandis et oleum ad lucem luci
150 sufficiens et calida cum oenophoris et calice cenarumque reliquiis discus ornatus."

Tunc illa capite quassanti: "abi", inquit, "fatue, qui in domo funesta cenas et partes requiris, in qua totiugis iam diebus ne fumus quidem uisus est ullus. an istic comisatum te uenisse credis? quin sumis potius loco con-
151 gruentes luctus et lacrimas?" haec simul dicens respexit ancillulam et: "Myrrh*i*ne", inquit, "lucernam et | oleum trade confestim et incluso custode cubiculo protinus facesse."

Sic desolatus ad cadaueris solacium perfrictis ⟨*o*⟩culis 25
e*t* obarmatis ad uigilias animum meum permulcebam cantationibus, cum ecce crepusculum et nox prouecta et nox altior et dein concubia altiora et iam nox intempesta. mihique oppido formido cumulatior quidem, cum repente introrepens mustela contra me constitit optutum-
152 que acerrimum in me destituit, ut tan||tillula animalis prae nimia sui fiducia mihi turbarit animum. denique sic ad illam: "quin abis", inquam, "inpurata bestia, teque ad tuos similes in hortulos recondis, antequam nostri uim praesentariam experiaris? quin abis?".

F 183[ab]. φ 31[a]. 2/3 luci sufficiens *a librario add. putat Faber* ad lucem *aut* luci *del. Nolte* 3 oenophoro *Leo* 5 quaſſato (φ) ato *eras.; in mg.* ſanti *ead. m. adscrips. cf. 71,13 98,6 192,3* 6 *cf. vdVl Arch. f. lat. Lex. X 388* 7 iſtic (φ) istuc *Oud* 8 comiſatū∗ (*vid. eras.* ſ) φ: comeſatū 10 myrrhene (φ) *em. Beroald* 13 ſit (φ) *em. v*

pſrictiſculi. ſed (φ, *sed in mg.* c̊ pſricatiſ oculiſ) *em. v* 15 *ante* cum *graviter distinct. v, leviter dist. He* cum] iam *Seyffert cf. 34,14 65,20* 16 altiora *del. Novák* etiã (φ) et iam *v* iam *del. vdVl* 17 ⟨iam⟩ oppido ⟨formidanti⟩ formido *vdVl* oppido forti cumulatior qu. ⟨constantia⟩ *Novák cf. 138,6* cumulatur *Elmenh* oppido . . . cumulatior *coniungit Leo (v. 65,5)* *cf. 17,14* 17/18 tum repente *Luetj* 22 ac (φ) ad *v* maculoſ *mut. ead. m. in* moſculoſ φ: maſ- □

Oud. *E*

153 Terga uortit et cubiculo protinus exterminatur. nec *34* mora, cum me somnus profundus in imum barathrum repente demergit, ut ne deus quidem Delficus ipse facile discerneret duobus nobis iacentibus, quis esset magis mortuus. sic inanimis et indigens alio custode paene ibi non eram.

26 Commodum noctis indutias cantus perstrepebat cristatae cohortis. tandem expergitus et nimio pauore perterritus cadauer accur⟨*r*⟩o et a⟨*m*⟩moto lumine reuelataque eius facie rimabar singula, quae cuncta conuenerant: ecce uxor *154* misella flens cum ⟨*h*⟩esternis testibus introrumpit anxia et statim corpori superruens multumque ac diu deosculata sub arbitrio luminis recognoscit omnia. et conuersa Philodespotum requiri*t* actorem, ei praecipit, bono custodi redderet sine mora praemium. et oblato statim: "summas", inquit, "tibi, iuuenis, gratias agimus et hercules ob sedulum istud ministerium inter ceteros familiares dehinc numera*b*imus."

Ad haec ego insperato lucro diffusus in gaudium et in aureos refulgentes, quos identidem manu mea uentilabam, attonitus: "immo", inquam, "domina, de famulis tuis unum putato, et quotiens operam nostram desiderabis, fidenter impera."

Vix effatum me statim familiares omnes nefarium exsecrati raptis cuiusque modi telis insecuntur; pugnis ille *155* malas offendere, scapulas alius cubitis inpingere, palmis

---

culoſ musculos *v* in hortulos *He cf. 73,22 74,19 75,4 al. l.*

F 133[b]. φ 31[ab] 3 φ: nec 4 ⟨e⟩ duobus *Lips* ⟨de⟩ d. *vdVl* 9 accuro (*φ, sed* r *add. ead. m.*) amoto (*φ, sed* d *supra* a *ead. ut vid. m. add.*) ammoto *vdVl* 10 quae cuncta] quaecumque *Cornelissen* ⟨ut⟩ conuenerant ⟨comparebant⟩ *vdVl* 11 ext̃niſ (*φ, sed in mg. al. m.* c̊ heſterniſ) *cf. apol. 64 (72,13)* 12 ac (φ) *corr. ex* ad 14 requiri cactorẽ (φ) *em. v* 18 ⟨te⟩ dehinc? *He* numerauim; *em. al. ut vid. m. et φ* 24 oẽs (φ) omen (*scil. quod in extremis verbis inest*) *Gruter* ominis *Walter* 25 exſecrati (φ) *post* i *eras.* ſ 26 scapulis — cubitos *Nolte*

Oud. E

infestis hic latera suffodere, calcibus insultare, capillo⟨*s*⟩ distrahere, uestem discindere. sic in modum superbi iuuenis A[d]oni uel Mus*ic*i uatis Piple*i*[is] laceratus atque
156 discerptus domo proturbor.

Ac dum in proxima platea refouens animum | infausti 27
atque inprouidi sermonis mei sero reminiscor dignumque 6
me || pluribus etiam uerberibus fuisse merito consentio, 35
ecce iam ultimum defletus atque conclamatus processerat mortuus rituque patrio, utpote unus de optimatibus,
157 pompa funeris publici ductabat⟨*ur*⟩ per forum. occurrit a*tr*atus quidam maestus in lacrimis genialem canitiem reuellens senex et manibus ambabus inuadens torum uoce contenta quidem, sed adsiduis singultibus impedita: "per fidem uestram", inquit, "Quirites, per pietatem puplicam perempto ciui subsistite et extremum facinus in nefariam scelestamque istam feminam *s*eueriter uindicate. haec
158 enim nec ullus alius miserum adulescentem, sororis meae filium, in adulteri gratiam et ob praedam hereditariam extinxit ueneno."

Sic ille senior lamentabiles questus singulis instrepebat. saeuire uulgus interdum et facti uerisimilitudine ad criminis cred*u*litatem impelli. conclamant ignem, requirunt saxa, par*ent* lor⟨*a*⟩ ad exitium mulieris hortantur. □

F·138^{b}. φ 31^{b}. 1 infeſtiſ *ex* infetiſ *corr. ead. m.* capillo (φ) *em. v* 3 adoni uł muſtejuatiſ pipletiſ (φ) Adonei *Colv* Edoni *Markland* Adonis *Oud* Aonii (*sc. Penthei*) *Heins* (*cf. 108,4*) Actaeonis *Plasberg* Musaei *Beroald interpretat.* '*Musicus*' musici *Oud cf. Hieron. chron.* 42^{1} *Helm* Piplei dislac. *Purser* Pimpleidos *Beroald* Pimplei *vd Vl* Pipleii *Leo* 10 ductabat *em. m. recentiss. et* φ 11 adhſatuſ (φ) adanxius *edd. vett.* atratus *Hild cf. 57,18* ad ·latus *v* adgnatus? *E* anhelus *Haupt* 14 puplicā (φ) *sed al. m. eff.* publ 16 ſeuerit̃ (φ, *em. fort. ead. m.*) ſ *m. recentiss. superscr.* 20 singulis ⟨cunctis⟩ *vd Vl coll. 54,5 sq.* ⟨uniuersis⟩ *Novák* singultim *Sciopp fort. recte an* ⟨supplicans⟩ singulis? *He* singultibus interstr. *Stewech* 22 crudelitatẽ (φ) *em. v* 23 paruuloſ (φ) parent lora (*vel* loros) *He cf. 76,18 sqq. Bernhard 52* populos *Petsch* pars mutuo *Cast* famulos *Giarr*

Oud. *E*

emeditatis ad haec illa fletibus quamque sanctissime poterat adiurans cuncta numina tantum scelus abnuebat.

28 Ergo igitur senex ille: "ueritatis arbitrium in diuinam prouidentiam reponamus. Zatchlas adest Aegyptius propheta primarius, qui mecum iam dudum grandi praemio
159 pepigit reducere paulisper ab inferis spiritum corpusque istud postliminio mortis animare", et cum dicto iuuenem quempiam linteis amiculis iniectum pedesque palmeis baxeis inductum et adusque deraso capite producit in medium. huius diu manus deosculatus et ipsa genua
160 contingens: "miserere", ait, "sacerdos, miserere per caelestia sidera, per inferna numina, per naturalia elementa, per nocturna silentia et ad*operta* *C*optitica et per incrementa
161 Nilotica et arcana Memfitica et sistra Fariaca. da breuem solis usuram et in aeternum conditis oculis modica⟨*m*⟩ *36*
lucem infunde. non obnitimur nec terrae rem suam denegamus, sed ad ultionis solacium exiguum uitae spatium deprecamur."

Propheta sic propitiatus herbulam quampiam ob os corporis || et aliam pectori eius imponit. tunc orientem
162 obuersus incrementa solis augusti tacitus imprecatus uenerabilis scaenae facie[s] studia praesentium ad miraculum tantum certatim adrexit.

29 Immitto me turbae socium et pone ipsum lectulum editiorem quendam lapidem insistens cuncta curiosis oculis | arbitrabar. iam tumore pectus extolli, iam salubris uena pulsari, iam spiritu corpus impleri: et adsurgit cadauer et profatur adulescens: "Quid, oro, me post Lethaea

---

F 133b. φ 31b. 4 φ: Zacha⁸ Calchas *Gruter* Tachos *Salm* Zachthalias *vel* Zalachthes *Rohde cf. Plin. n. hist. XXXVII 169 Alexand. Trall. I 15 (I 567 Puschm.)* pph̃a 8 intectum *Beroald cf. 198,14 212,5 274,1 288,15 sed 218,6:* intectis 9 adusque ⟨ad cutem⟩ *Elmenh* a. ⟨cutem⟩ *vdVl coll. Plaut. Bacch. 242, sed cf. Plaut Bacch. 1125* 13 adepacooeptitica (φ) *prior* p *vid. eff. ex* t *aut* a operta *v* adoperta *Roald* adyta *Scal* Coptica *vel* Coptitica *v* 15 *cf. apol. 18 (22,24)* modica *em.* φ 16 obnitimur ⟨fato⟩ *vel* ⟨neci⟩ *Rohde* 22 facieſ (φ) *em. Colv* 26 salebris *Prescott*

pocula iam S*ty*giis paludibus innatantem ad momentariae uitae reducitis o⟨*f*⟩ficia? desine iam, precor, desine ac me in meam quietem permitte."

163 Haec audita uox de corpore, sed aliquanto propheta commotior: "quin refers", ait, "populo singula tuaeque mortis illuminas arcana? an non putas deuotionibus meis posse Diras inuocari, posse tibi membra lassa torqueri?"

Suscipit ille de lectulo et imo *cum* ge*m*itu populum sic adorat: "malis nouae nuptae peremptus artibus et addictus noxio poculo torum tepente⟨*m*⟩ adultero mancipaui."

164 Tunc uxor egregia capit praesentem audaciam et mente sacrilega coarguenti marito resistens altercat. populus aestuat, diuersa tendentes, hi[i] pessimam feminam uiuentem statim cum corpore mariti sepeliendam, alii mendacio cadaueris fidem non habendam.

Sed hanc cunctationem sequens adulescentis sermo **30**
distinxit; nam rursus altius ingemescens: "dabo", inquit, "dabo uobis intemeratae ueritatis documenta perlucid*a* *e*t quod prorsus alius nemo cogno*ue*rit indicabo". tunc digito *37*
me demonstrans: "nam cum corporis mei custos hic sagacissimus exertam mihi teneret uigiliam, cantatrices anus exu*u*iis meis inminentes atque ob id reformatae frustra saepius cum industriam sedulam eius fallere nequiuissent, postremum iniecta somni nebula eoque in profundam quietem sepulto me nomine ciere non prius desierunt,
165 quam dum hebetes artus et membra frigida pigris conatibus ad artis magicae nituntur obsequia. hic utpote

---

F 133ᵇ134ᵃ. φ 31ᵇ. 1 ſcigiiſ *em. al. m. et φ* 2 oficia *em. φ* 6 illumina'∗ (*eras.* ſ) φ: illuminaſ 8 c̄ gestu (φ) cum gemitu *Schikerad cf. v. 18* cum questu *Hild* congemitu? *He cf. 101,15:* congemebat 10 *cf. 254,20:* bestiis addicta, *255,22* tepente *em. φ* 13 popłoſ (φ, *sed poster.* o *in ras.*) *em. v* 14 aestuant *Oud* tendens *Novák* hij 19 plucide∗ *eras.* t (φ) *em. v* 20 cognominarit (φ) cognouerit *v* cognorit *Novák* 21 mei (φ) *post* i *eras.* ſ 22 exubiiſ (φ, *sed corr.*) 27 hebeteſ h *vid. ex* n *em. ead. m.*

Oud. *E*

uiuus quidem, sed tantum sopore mortuus, quod eodem mecum uocabulo nuncupatur, || ad suum nomen ignarus exsurgit et in exanimis umbrae modum ultroneus gradiens, quamquam foribus cubiculi diligenter obclusis, per quoddam foramen prosectis naso prius ac mox auribus uicariam pro me lanienam sus*tin*uit. utque fallaciae reliqua conuenissent, ceram in modum prosectarum formatam aurium ei adplicant examussim nasoque ipsius similem comparant. et nunc adsistit miser hic praemium non industriae, sed debilitationis consecutus."

166 His dictis perterritus temptare for*m*am adgredior. iniecta manu nasum prehendo: sequitur; aures per|tracto: deruunt. ac dum directis digitis et detortis nutibus praesentium denotor, dum risus ebullit, inter pedes circumstantium frigido sudore defluens euado. nec postea debilis ac sic ridiculus Lari me patrio reddere potui, sed capillis hinc inde laterum deiectis aurium uulnera celaui, nasi uero dedecus linteolo isto pressim adglutinato decenter obtexi.'

31 Cum primum Thel*y*phron hanc fabulam posuit, conpotores uino madidi rursum cachinnum integrant. dum-
167 que bibere solitarias postulant, sic ad me Byrrhena:

'Sollemnis', inquit, 'dies a primis cunabulis huius urbis conditus crastinus aduenit, quo die soli mortalium
sanctissimum deum Risum hilaro atque gaudiali ritu pro- *38*
pitiamus. hunc tua praesentia nobis efficies gratiorem.

F 184ᵃ. φ 31ᵇ32ᵃ. 1 et tantum *Wasse* sed tamen *vd Vl* s. tantum ⟨non⟩ *Oud* tanto? *He* 3 exurgit (s *suprascr.*) *em. ead. ut vid. m. et* φ 5 praesectis *Oud* 6 ſuſcitauit (φ) susceptauit *Ald* sustentauit *Wower* sustinuit *He cf. 98,11 sq. simil. error 27,5 290,7* 7 c̄ueniſſent (φ) *corr. in* c̄uenirent *cf. apol. 61 (69,23)* praesectarum *vd Vl* 8 nasumque *vd Vl*

11 tētare (p *suprascr.*) *em. ead. m.* fortunā (φ) *em. Gruter* 14 ebullit b *ex* u *corr.* (φ) 15 defluenſ (φ) *cf. 12,3* diffluens *Heins* 20 theliphron 22 bibereſ (ſ *erad. conati sunt*) φ: bibere ſolitariaſ (φ) *def. Heraeus cf. Festschr. f. Vahlen 433* solita Risui *Lips* 24 conditae *v*

Oud. *E*

atque utinam aliquid de proprio lepore laetificum honorando deo comminiscaris, quo magis pleniusque tanto numini litemus.'

'Bene', inquam, 'et fiet, ut iubes. et uellem hercules materiam repperire aliquam, quam deus tantus affluenter
168 indueret.' post haec monitu famuli mei, qui noctis admonebat, iam et ipse crapula distentus, protinus exsurgo et appellata pro[s]pere Byrrena titubante uestigio domuitionem capesso.

Sed cum primam plateam uadimus, uento repentino 32
lumen, quo nitebamur, extinguitur, ut uix inprouidae
169 noctis caligine liberati digitis pedum detunsis ob lapides hospitium defessi rediremus. dumque iam iunctim proximamus, ecce tres quidam uegetes et || uastulis corporibus fores nostras e*x* summis uiribus inruentes ac ne praesentia
170 quidem nostra tantillum conterriti, sed magis cum aemulatione uirium crebrius insultantes, ut nobis ac mihi potissimum non immerito latrones esse et quidem saeuissimi uiderentur. statim denique gladium, quem ueste mea contectum ad hos usus extuleram, sinu liberatum adripio. nec cunctatus medios latrones inuolo ac singulis, ut quem-
171 que conluctantem offenderam, altissime demergo, quoa*d* tandem ante ipsa uestigia mea uastis et crebris perforati uulneribus spiritus efflauerint. sic proeliatus, iam tumultu

---

F 134[ab]. φ 32[a]. 6 inbueret *Haupt* 8 ꝓſpere (φ, *sed in mg.* ċ propere) 10 uadim; (φ) *def. Loefstedt Syntact. I 187* 12 liberati] turbati *Cornelissen* librati *Sciopp cf. v. 8:* titubante uestigio, *de deo Socr. 10 (17,20 Th.)* 13 iunctim] ianuam *Scriver* 14 uegeteſ (φ) *cf. Corp. gloss. VII 396* uegetis *v* uegentes *Hild* uegetos *E* 15 ex] & *om.* φ *em. Colv cf. apol. 74 (83,4)* 16 magiſ** (*eras. vid.* q;) φ: magiſq' (*al. m. eff.* magiſ magiſq' *cf. 58,18 121,6 178,11 217,27*) cumulatione *cod. Bertin* 20 hoc (φ) *corr.* hoſ *cf. 127,1* 21 latroneſ (φ) *priores quinque litt. ab ead. m. emendando eff.* φ: īuado inuolo ac] inuolans *vdVl* ſinguliſ (φ) *posterior* i *in ras.* 22 quoat (φ, *sed* t *corr. in* d) 24 efflauerint (φ) *m. recentior vid. efficere voluisse* rūt tumul! ũ eo (˜ *delet. est*) φ: tumultu eo

Oud. E

eo Fotide suscitata, patefactis aedibus anhelans et sudore perlutus inrepo meque statim utpote pugna⟨*t*⟩rium latronum in uicem Ger*y*oneae caedis fatigatum, lecto simul et somno tradidi. |

LIBER III

1 *172* Commodum punicantibus phaleris Aurora roseum qua- *39*
tiens lacertum caelum inequitabat, et me securae quieti reuulsum nox diei reddidit. aestus inuadit animum uesper-
173 ⟨*ti*⟩ni recordatione facinoris; complic⟨*i*⟩tis denique pedibus ac palmulis in alternas digitorum uicissitudines super genua conexis sic grabattum cossim insidens ubertim flebam, iam forum et iudicia, iam sententiam, ipsum denique carnificem imaginabundus. 'an mihi quisquam tam mitis tamque beniuolus iudex obtinget, qui me trinae caedis cruore perlitum et tot ciuium sanguine delibutum innocentem pronuntiare poterit? hanc illam mihi gloriosa⟨*m*⟩ peregrinationem fore Chaldaeus Diophanes obstinate praedicabat.'

174 haec identidem mecum replicans fortunas meas heiulabam. quati fores interdum et frequenti clamore ianuae
2 nostrae perstrepi; nec mora, cum magna inruptione patefactis aedibus magistratibus eorumque ministris et turbae miscellaneae ⟨*frequentia*⟩ cuncta completa statimque || lictores duo de iussu magistratuum immissa manu trahere me sane non renitentem occipiunt. ac dum primum

---

F 184ᵇ. φ̇ 32ᵃ. 1 eo] mea *Petsch* 2 pugnariũ (φ) *em. Salm* pugnacium *Lips* 3 gerſoneę (φ) *em. v cf. 22,15* Ego ſaluſtiuſ legi & em̄daui rome felix. | METAMORPHOSEON · LIB · II · EXPLIC | INCIPIT LIBER · III · 6 punicantibuſ (φ) *corr. al. m. ex* poni contibuſ 8 ueſperni (φ, *em. al. m.*), *sed ras. supra vocem cf. 266,8* 9 cõplictiſ (φ, *sed. em. ead. m.*) *cf. Th. l. L. III 2104* 11 cõnexiſ (*lineolam al. m. add.*) 13 quisquam] inquam *cod. Dorv cf. 13,12* 16 glorioſã (φ) *lineolam al. m. add.* 18 praedicebat *v cf. 96,14* 19 *cf. 13,18* 22/23 turba — nea *Vulcan* ⟨frequentia⟩ *He cf. 89,5* ⟨conuentu⟩ *Cast* 25 renitentẽ (φ) *in ras. eff. al. m. ex* retinentẽ, *sed antea supra* tin *addit. erat* nit *quod nunc eras.*

Oud. E

angiportum insistimus, statim ciuitas omnis in *publicum*
effusa mira densitate nos insequitur. et quamquam capite
175 in terram, immo ad ipsos inferos iam deiecto maestus
incederem, obliquato tamen aspectu rem admirationis
maximae conspicio: nam inter tot milia populi circum-
se⟨*cus ua*⟩dentis nemo prorsum, qui non risu dirumperetur,
aderat. tandem pererratis plateis omnibus et in modum
eorum, quibus lustralibus piamentis minas portentorum
hostiis circumforaneis expiant, circumductus angulatim, 40
176 forum eiusque tribunal adstituor. iamque sublimo
suggestu magistratibus residentibus, iam praecone publico
silentium clamante repente cuncti consona uoce flagitant,
propter coetus multitudinem, quae pressurae nimia densi-
tate periclitaretur, iudicium tantum theatro redderetur.
nec mora, *cum* passim populus procurrens caueae con-
septum mira celeritate conpleuit; aditus etiam et tectum
omne fartim stipauerant, plerique columnis implexi, alii
statuis dependuli, nonnulli per fenestras et lacunaria
177 semiconspicui, miro tamen omnes studio uisendi pericula
salut[ar]is neclegebant. tunc me per proscaenium medium
uelut quandam uictimam publica ministeria producunt et
orchestrae mediae sistunt. sic rursum praeconis amplo 3
boatu citatus | accusator quidam senior exsurgit et ad
dicendi spatium uasculo quodam in uicem coli graciliter

F 134ᵇ135ᵃ. φ 32ᵃᵇ. 1 popłm (φ) publicum *Gruter* 5 circũſedentiſ (φ) circumstrepentis *Hild* -fluentis *Pric* -ſepientis *Kronenb em. He cf. 36,24 116,21 278,18* 7 pererratiſ (φ) rr *in ras ead. m. ex* ri *em.* 8 qb; (φ) qui *v* 9 [hostiis] *Leo post* angul. *distinx. He* 10 eiuſque (φ) usque *Stewech* et usque *Sciopp* reusque (*lac. post* forum *statuta*) *vdVl* denique *Bluemner* mediumque *E* iuxta *Leo cf. apol. 99* (*109,10*) φ: ſublimi 11 ſuggeſtu* (*prior* g *ex* b *corr., eras.* ˜) 15 cum] cŏ (φ) *em. v* 16 celebritate *Kronenb* 18 lacubaria *em. ead. m. et* φ 19 ōſ 20 ſalutariſ (φ) *em. v* ꝓſcẹniũ (*vid. fuisse* ẹ) 21 ꝑducunt (*sed ras. supra et infra* p, *ut videatur fuisse* ꝑ) φ: ꝓducunt 22 medio *Kroll cf. 102,11* 24 spatium ⟨dimetiendum⟩ *vdVl* uaſculo (φ) u *mut. in* b *et* ſ *indux m. rec.* quoidam *Leo cf. 87,13 156,3 183,14*

Oud. *E*

fistulato ac per hoc guttatim defluo infusa aqua populum sic adorat:

'Neque parua res ac praecipue pacem ciuitatis cunctae 178 respiciens et exemplo serio profutura tractatur, Quirites sanctissimi. quare magis congruit sedulo singulos atque uniuersos uos pro dignitate publica prouidere, ne nefarius homicida tot *c*aedium lanienam, quam cruenter exercuit, inpune commisserit. nec me putetis priuatis simultatibus instinctum odio proprio saeuire. sum namque nocturnae custodiae praefectus nec in hodiernum credo quemquam peruigilem || diligentiam meam culpare posse. rem denique ipsam et quae nocte gesta sunt cum fide p*ro*feram. nam cum fere iam tertia uigilia scrupulosa diligentia cunctae ciuitatis ostiatim singula considerans circumirem, conspicio istum crudelissimum iuuenem mu-
179 crone destricto passim caedibus operantem iamque tris 41
numero saeuitia eius interemptos ante pedes ipsius spirantes adhuc, corporibus in multo sanguine palpitantes. et ipse quidem conscientia tanti facinoris merito permotus statim profugit et in domum quandam praesidio tenebrarum elapsus perpetem noctem delituit. sed prouidentia deum, quae nihil impunitum nocentibus permittit, priusquam iste clandestinis itineribus elaberetur, mane praestolatus ad grauissimum iudicii uestri sacramentum eum curaui perducere. habetis itaque reum tot caedibus impiatum, reum coram deprensum, reum peregrinum. constanter itaque in hominem alienum ferte sententias de eo crimine, quod etiam in uestrum civem seueriter uindicaretis.'

4 Sic pro*f*atus accusator a[c]ce*rr*imus immanem uocem

F 135ᵃ φ 32ᵇ. 7 totā (¯ *al. m. vid. addid.*) ędiū (φ) *em. v* 8 *cf. Neue Lat. Formenl.*³ *III 407* 13 ꝑferā φ: ꝓfera *cf. 13,11 242,24* 15 mucrone (c *corr. ex* ſ *aut* r) 16 diſtricto *mut. pr. m. in* de, *etiam in mg. addito* de φ: deſtricto 17 spirantibus *vd Vl* 18 palpitantibus *Florid* 22 *post* permittit ⟨inueni hominis latibulum⟩ *vel sim. intercidisse putat Leo* 26 constanter *cf. 64,10* 30 ꝓphat; *em* φ acceſſim; (φ) *em. al. m.*

Oud. *E*

180 repressit. ac me statim praeco, si quid ad ea respondere
uellem, iubebat incipere. at ego nihil tunc temporis
amplius quam flere poteram, non tam hercules trucu-
lentam accusationem intuens quam meam miseram con-
scientiam. sed tamen oborta diuinitus audacia sic ad illa:

'Nec ipse ignoro, quam sit arduum trinis ciuium cor-
poribus expositis eum, qui caedis arguatur, quamuis uera
dicat et de facto confiteatur ultro, tamen tantae multitu-
dini, quod si*t* innocens, persuadere. se*t* si paulisper
audientiam publica[m] mihi tribuerit humanitas, faci||le
uos edocebo me discrimen capitis non meo merito, sed
rationabilis indignationis euentu fortuito tantam criminis
inuidiam frustra sustinere.

Nam cum a cena me serius aliquanto reciperem, potu- 5
lentus alioquin, quod plane uerum crimen meum non
diffitebor, ante ipsas fores hospitii — ad bonum autem
Milonem ciuem uestrum deuorto — uideo quosdam sae-
181 uissimos || latrones aditum temptantes et domus ianuas
cardinibus obtortis euellere gestientes claustrisque omni-
bus, quae accuratissime adfixa fuerant, uiolenter euulsis
secum iam de inhabitantium exitio deliberantes. unus
denique et manu promptior et corpore uastior his adfa-
tibus et ceteros incitabat: "heus pueri, quam maribus *42*
animis et uiribus alacribus dormientes adgrediamur. omnis
182 cunctatio, ignauia omnis facess*a*t e pector*e*: stricto mucrone
per totam domum caedes ambulet. qui sopitus iacebit,
trucidetur; qui repugnare temptauerit, feriatur. sic salui

F 135ᵃ. 32ᵇ. 1 reſpondere (*vid. fuisse* rẽ, *sed* ˜ *eras.*) 3 *cf. 190,19* 6 ⟨inquam⟩ quam *vdVl.* 7/8 quamuis uera dicat *post* ultro *transpos. vdVl* 9 ſic (φ) *em. v* pſuadereſ ea ſi (φ) sed *v* set *He* 10 publicā (φ) *em. Gruter cf. 57,4* humanitas ⟨uestra⟩ *ed. Bas.* 11 ⟨mereri⟩ merito *Purser* merito* (o *ex* a *aut* oſ [*Giarr*] *corr.*) φ: merito ⟨subire⟩ sed *Rohde* 12 euentu (φ) *post* u *eras.* ſ tanti *Rohde coll. 54,19* 23 ⟨se⟩ et *Hild* pueri quã *em. ex* puer Inquã, *sed olim in mg. lectio emendata addit. erat, cuius nihil iam apparet* φ: pueri inquit maiorib: quin *Wower cf. 77,1 116,6 118,24* 25 faceſſet (φ) *em. v cf. praef. 43*

Oud. *E*

recedemus, si saluum in domo neminem reliquerimus." fateor, Quirites, extremos latrones — boni ciuis officium arbitratus, simul et eximie metuens et hospitibus meis et mihi — gladiolo, qui me propter huius modi pericula comitabatur, armatus fugare atque proterrere eos adgressus sum. at illi barbari prorsus et immanes homines neque fugam capessunt et, cum me uiderent in ferro, tamen audaciter resistunt.

6 Dirigitur proeliaris acies. ipse denique dux et signifer ceterorum ualidis me uiribus adgressus ilico manibus am-
183 babus capillo *adreptum* ac retro reflexum effligere lapide gestit. quem dum sibi porrigi flagitat, certa manu percussum feliciter prosterno. ac mox alium pedibus meis mordicus inhaerentem per scapulas ictu temperato tertiumque inprouide occurrentem pectore offenso peremo. sic pace uindicata domoque hospitum ac salute communi protecta non tam impunem me, uerum etiam laudabilem publice credebam fore, qui ne tantillo quidem umquam crimine postulatus, sed probe spectatus apud meos semper innocentiam commodis cunctis antetuleram. nec
184 possum repperire, cur iustae ultionis, qua contra latrones deterrimos commotus sum, nunc istum reatum sustineam, cum nemo possit monstrare uel proprias inter nos inimicitias | praecessisse ac ne omnino mihi notos illos latrones

---

F 135b. φ 32b 33a. 1 ſi ſaluum *in ras. ead. m.* φ: sic ſaluū 2 extremoſ (φ) *cf. 77,5 79,17 99,8 122,2 al.* exterminare *Hild* extremos ⟨exterminare⟩ *Luetj* (*sed v. 46,1 116,1 229,22*) ⟨extirpare⟩ extremos *vdVl* latrones ⟨arcere⟩ *Novák; cf. pronomen repetit. 59,22* ciuis] uiri? *Leo* 3 arbitrat*; (*ead. ut vid. m. add.* ;) φ: arbitrat' (*corr. ex.*[1] *ead. m.*) *cf. 18,12* 6 ꝑrſuſ *ead. m. supra lin. add.* 7 in⟨ferri⟩, ferro *Luetj* 11 abrectū* (*litt. eras. antea induct.*) φ: abreptū *em. v cf. 21,4* ⟨caput⟩ effligere *vdVl* 14 ſcapulaſ (φ) aſ *ex* ā *corr. ead. m.* 17 tā (φ) *def. Kronenb coll. 251,13 sq. d. d. Socr. 20 (31,4)* tantum *ed. Basil cf. 151,20* iam *Stewech* 24 ac nec *Bursian cf. 21,6 60,5* ullos *vdVl falso coll. Cic. pro Roscio Amerin. 94* [latrones]? *Leo*

usquam fuisse; uel certe ulla praeda monstretur, || cuius
cupidine tantum flagitium credatur admissum.'

Haec profatus rursum lacrimis obortis porrectisque in 7
preces manibus per publicam misericordiam, per pignorum *43*
caritatem maestus tunc hos, tunc illos deprecabar. cum-
que iam humanitate commotos, misericordia fletuum ad-
fectos o⟨*m*⟩nis satis crederem, Solis et Iustitiae testatus
oculum casumque praesentem meum commendans deum
prouidentiae, paulo altius aspectu relato ⟨*laetum*⟩ conspicio
185 prorsus totum populum — risu cachinnabili diffluebant —
nec secus illum bonum hospitem parentemque meum Mi-
lonem risu maximo dissolutum. at tunc sic tacitus mecum:
'en fides', inquam, 'en conscientia; ego quidem pro hospitis
salute et homicida sum et reus capitis inducor, at ille
non contentus, quod mihi nec adsistendi solacium per-
hibuit, insuper exitium meum cachinnat.'

Inter haec quaedam mulier per medium theatrum 8
lacrimosa et flebilis atra ueste contecta paruulum quen-
186 dam sinu tolerans decur*r*it ac pone eam anus alia pannis
horridis obsita paribusque maesta fletibus, ramos olea-
gineos utraeque quatientes, quae circumfusae lectulum,
quo peremptorum cadauera contecta fuerant, plang[u]ore
sublato se lugubriter eiulantes: 'per publicam misericor-
diam, per commune ius humanitatis', aiunt, 'miseremini
indigne caesorum iuuenum nostraeque uiduitati ac solitu-
dini de uindicta solacium date. certe paruuli huius in
primis annis destituti fortunis succur⟨*r*⟩ite et de latronis
187 huius sanguine legibus uestris et disciplinae publicae litate.'

F 135[b]. 83[a]. **4** publicū *em. ead. m. supra add.* [a], *deinde al. m. ex* u *corr.* a φ: puplicā **6/7** adfecto ſonis *corr. al. m. in* adfectos oñiſ *em.* φ **8** oculuſ *corr. ead. m. in* lum φ: oculu' **9** elato *Rohde, refut. Novák coll. 110,13* ⟨laetum⟩ *He* **10** *parenthesin effec. He* diffluentem *Vulcan* **18** constantia *vd Vl fort. recte* **19** decuſſit (φ) *em. v* **21** circ̄fuſę (u *quia non liquida erat, librar.* ˇ *add.*; *in mg.* ſu (*sic*)) **22** coniecta *vd Vl* *planguore* (*pro* p *scripturus erat* l *vel* b, *post* e *eras.* ſ) φ: plāgore **27** ſuccurite *em.* φ

Oud. E

Post haec magistratus, qui natu maior, adsurgit et ad populum talia: 'de scelere quidem, quod serio uindicandum est, nec ipse, qui commisit, potest diffiteri; sed una tantum subsiciua sol⟨l⟩icitudo nobis relicta est, ut ceteros socios tanti facinoris requiramus. nec enim ueri simile est hominem solitarium tres tam ualidos euitasse
188 iuuenes. probinc tormentis ueritas eruenda. nam et qui comitabatur eum puer clanculo profugit || et res ad hoc
deducta est, ut per quaestionem sceleris sui participes 44
indicet, ut tam dirae factionis funditus formido perematur.'

9 Nec mora, cum ritu Graeciensi ignis et rota, cum omne flagrorum | genus inferuntur. augetur oppido, immo duplicatur mihi maestitia, quod integro saltim mori non licuerit. sed anus illa, quae fletibus cuncta turbauerat: 'prius', inquit, 'optimi ciues, quam latronem istum miserorum pignorum meorum peremptorem cruci adfigatis,
189 permittite corpora necatorum reuelari, ut et formae simul et aetatis contemplatione magis magisque ad iustam indignationem ar⟨r⟩ecti pro modo facinoris saeuiatis.'

His dictis adplauditur et ilico me magistratus ipsum iubet corpora, quae lectulo fuerant posita, mea manu detegere. luctantem me ac diu rennuentem praecedens facinus instaurare noua ostensione lictores iussu magistratuum quam instantissimè compellunt, manum denique ipsam e regione lateris *tru*dentes in exitium suum super ipsa
190 cadauera porrigunt. euictus tandem necessitate succumbo

F 135b. φ 33a. 4 ſolicitudo *em.* φ 11/12 tum omne *v* 12 flag[i]icorũ ([i] *vid. ead. m. add., in mg.* ·l· *cf. praef. 34*) φ: flagitio꜉ *cf. 105,6* flagrorum *Beroald* flagellorum *Oud Hild* flagitorium *He cf. Corp. gloss. VI 454 s. v.* flagitor *Leumann Lat. Laut- u. Formenl. 179 Cyprian. ad Demetr. 12 (I 359,23 Hartel) Usener Mus. Rhen. LVI (1901) p. 15* ge[i]n; (*al. m. add.* [i]*; quid sibi velit nescio*) 16 cruci adfigatiſ (φ) *in mg. ead. m. vel certe vetustiss.* cruciatui datiſ *add.* 19 arecti *em. m. recentiss. et* φ 21 lectulo (φ) *posterior* l *ex* c *aut* o *corr.* 22 reluctantem *vd Vl* φ: renitentẽ *cf. 133,3 169,24 203,12 Corp. Gloss. Lat. VII 198* 25 tundenteſ (φ) *em. He* tendentes *Gruter*

Oud. *E*

et, ingratis licet, abrepto pallio retexi corpora. dii boni, quae facies rei? quod monstrum? quae fortunarum mearum repentina mutatio? quamquam enim iam in peculio Proserpinae et Orci familia numeratus, subito in contrariam faciem obstupefactus haesi nec possum nouae illius imaginis rationem idoneis uerbis expedire. nam cadauera illa iugulatorum hominum erant tres utres inflati uariisque secti foraminibus et, ut uespertinum proelium meum recordabar, his locis hiantes, quibus latrones illos uulneraueram.

Tunc ille quorundam astu paulisper cohibitus risus **10** libere iam exarsit in plebem. hi[i] gaudii nimietate graculari, illi dol*o*rem uentris manuum compressione sedare. *191* et certe laetitia delibuti meque respectantes cuncti theatro facessunt. at ego ut primum illam laciniam prenderam, fixus in lapide⟨*m*⟩ steti gelidus nihil secus quam una[m] *45* de ceteris theatri statuis uel columnis. nec prius ab inferis emersi, quam || Milon hospes accessit et iniecta manu me re*nit*entem lacrimisque rursum promicantibus crebra singultientem clementi uiolentia secum adtraxit et obseruatis ui⟨*ae*⟩ solitudinibus per quosdam amfra⟨*c*⟩tus domum *192* suam perduxit, maestumque me atque etiam tunc trepidum uariis solatur affatibus. nec tamen indignationem iniuriae, quae inhaeserat altius meo pectori, ullo modo permulcere quiuit.

F 135ᵇ. 33ᵃ. 1 adrepto *vd Vl coll. 56,11 121,20* boniq; (; *vid. delet., supra* q *add. ead. m.* ᵉ) *em.* φ 3 quā quā *em. ead. m.* 4 ꝓſerpinee torci (*supra add.* & orci *m. vetustiss.*) 12 hii (φ) gratulari (φ) gracillare *Brakman* graculari *Armini* crapulari *He cf.* delibuti *v. 14* 13 dolerē *em. al. m. et* φ 16 lapide (φ) *em. Stewech cf. 28,9 139,7* unā (φ, *sed postea em.*) 18 Milon (n *atramento recentiore, sed dubium an fuerit ante*) φ: milo *cf. 61,4.8* 19 retinentē (φ) *em.* v *cf. 23,27* 20 ſingultientē∗ *eras.* ſ, *sed virgul.˜ pr. m. add.* (φ, *sed al. m. em.*) obſeruati‿ſuie∗ (*eras.* ſo, *al. m. recte distinx. et* e *add.*) φ: obſeruatiſui 21 āfrat; φ: amfract⁹ (m *mut. in* n) 22 me *del. Elmenh cf. 150,16 172,24*

11 Ecce ilico etiam ipsi magistratus cum suis insignibus domum nostram ingressi | talibus me monitis delenire gestiunt: 'Neque tuae dignitatis uel etiam prosapiae tuorum ignari sumus, Luci domine; nam et prouinciam totam inclitae uestrae familiae nobilitas conplectitur. ac ne istud, quod uehementer ingemescis, contumeliae causa perpessus es. omnem itaque de tuo pectore praesentem
193 tristitudinem mitte et angorem animi depelle. nam lusus iste, quem publice gratissimo deo Risui per annua reuerticula sollemniter celebramus, semper commenti nouitate florescit. iste deus auctorem et ⟨*ac*⟩torem suum propitius ubique comitabitur amanter nec umquam patietur, ut ex animo doleas, sed frontem tuam serena uenustate laetabit adsidue. at tibi ciuitas omnis pro ista gratia honores egregios obtulit; nam et patronum scribsit et ut in aere stet imago tua decreuit.'

Ad haec dicta sermonis uicem refero: 'tibi quidem', inquam, 'splendidissima et unica Thessaliae ciuitas, honorum talium parem gratiam memini, uerum statuas et
194 imagines dignioribus mei[s]que maioribus reseruare suadeo.'

12 Sic pudenter allocutus et paulisper hilaro uultu renidens quantumque poteram laetiorem me refingens comiter abeuntes magistratus appello. et ecce quidam intro currens famulus: 'rogat te', ait, 'tua parens Byrrhena et *46*
conuiuii, cui te sero desponderas, iam adpropinquantis

F 135ᵇ136ᵃ. φ 33ᵃᵇ. 4 et ⟨nostram⟩ *Bluemner* 5 ac nec *Bursian cf. 21,6 56,24 78,1* 9 dõ riſui (° *add. ead. m. et in mg. adscrips.* deo risui) φ: dõriſui (° *eras.*) 11 auctorẽ & (& *induct.*) | torẽ ſuũ (torẽ *induct.*) φ: auctorẽ & tutorẽ auctorem suum *v* auctorem et actorem *s. Vollgraff cf. Cic. pro Sest. 28,61* 14 at (φ) ac *v* 15 φ: ſcribit 15/6 *ere (*ni fallor, fuit* a) st*st& (*postquam scribere coepit* ſt& [ſta *Giarr.*], *librar. induxit et add.* ſt& φ: e*re (*eras.* a?) ſt**& (*vid. fuisse* ſt&ſt& [ſtaſ& *in F et* φ *Rob*]) staret *vd Vl* 20 meiſq; (φ) meique *Beroald* (*cf. 199,8* sui meliores *232,8:* sui molliorem) meritisque *vd Vl* 24 parenſ (φ) *vid. pr. m. emend. ex* potenſ *v. 26,21* 25 *cf. 14,10*

Oud. *E*

admonet.' ad haec ego formidans et procul perhorrescens etiam ipsam domum eius: 'quam uellem', inquam, 'parens, iussis tuis obse||quium commodare, si per fidem liceret id facere. hospes enim meus Milon per hodierni diei praesentissimum numen adiurans effecit, ut eius hodiernae
195 cenae pignerarer, nec ipse discedit nec me digredi patitur. prohinc epulare uadimonium differamus.'

Haec adhuc me loquente manu firmiter iniecta Milon iussis balnearibus adsequi producit ad lauacrum proximum. at ego uitans oculos omnium et, quem ipse fabricaueram, risum obuiorum declinans lateri eius adambulabam obtectus. nec qui lauerim, qui terserim, qui domum rursum reuerterim, prae rubore memini; sic omnium oculis, nutibus ac denique manibus denotatus inpos animi stupebam.

196 Raptim denique paupertina Milonis cenula perfunctus **18**
causatusque capitis acrem dolorem, quem mihi lacrimarum adsiduitas incusserat, concedo cubitum uenia facile tributa et abiectus in lectu|lo meo, quae gesta fuerant, singula maestus recordabar, quoad tandem Fotis mea dominae suae cubitu procurato sui longe dissimilis aduenit; non enim laeta facie nec sermone dicaculo, sed uultuosam frontem rugis insurgentibus adseuer*a*bat. cunctanter ac timide denique sermone prolato: 'ego', inquit, 'ipsa,
197 confiteor ultro, ego tibi huius molestiae ⟨*causa*⟩ fui', et cum dicto lorum quempiam sinu suo depromit mihique

---

F 136[a]. φ 33[b]. 2/3 parens *del. E 'obtemperans' interpr. Seyffert* praesens *Luetj* tuis]istius *Seyffert* parentis iussis piis *Oud* *vid. Apul. vertisse Graeca qualia ἀπεκρινάμην αὐτῇ scil. per nuntium* 6 *nec me (*fuit* m *pro* n) 8 milon (φ) *sed* n *eras. cf v. 4 et 59,18* 9 perducit *vd Vl* 14 *cf. 50,13* 18 ''cubitū uenia facile tributa ''c̄cedo (φ, *sed ord. non mutato*) 22 nonenſ lęta (*in mg.* ·l· *cf. praef. 34*)
ens
φ: nōleta (‾ *et* ens *add. m. recentior*) *em. cod. Dorv cf. praef. 46* non nitens laeta *Colv* nolens nec l. *E* 23 adſeuerebat (φ, *sed emend.*) 24 *ego (*nulla litt. vid. eras.*) 25 ego ⟨origo⟩ *Walter coll. 238,20* causa *add. v*

Oud. E

porrigens: 'cape', inquit, 'oro te, et ⟨*de*⟩ perfida muliere uindictam, immo uero licet maius quoduis supplicium sume. nec tamen me putes, oro, sponte angorem istum tibi concinnasse. dii mihi melius, quam ut mei causa uel 47
tantillum scrupulum patiare. ac si quid aduersi tuum caput respicit, id omne protinus meo luatur sanguine. sed quod alterius rei causa facere iussa sum, mala qua-
198 dam mea sorte in tuam reccidit iniuriam.'

14 Tunc ego familiaris curiositatis admonitus factique causam delitiscentem nudari gestiens susci*p*io: 'omnium quidem nequissimus audacissimusque lorus iste, quem tibi uerberandae destinasti, prius a me concisus atque laceratus interibit ipse, quam tuam plumeam lacteamque contingat cutem. sed mihi cum fide memora: quod tuum factum ‖ ⟨*fortunae*⟩ scaeuitas consecuta in meum conuertit exitium? adiuro enim tuum mihi carissimum caput nulli me prorsus ac ne tibi quidem ipsi adseueranti posse credere, quod tu quicquam in meam cogitaueris perniciem. porro meditatus innoxios casus incertus uel etiam aduersus culpae non potest ad⟨*d*⟩icere.'

199 Cum isto fine sermonis oculos Fotidis meae udos ac tremulos et prona libidine marcidos iamiamque semiadopertulos adnixis et sorbil⟨*l*⟩antibus sa*u*iis sitienter hauriebam.

15 Sic illa laetitia recreata: 'patere', inquit, 'oro, prius fores cubiculi diligenter obcludam, ne sermonis elapsi

---

F 136[ab]. φ 33[b]34[a]. 1 & (*φ, sed. ras. corr. in* e) de *v ex Petsch* et ⟨de⟩ *ed. Iunt. post.* et ⟨ex⟩ *Beyte* et perfida ⟨a⟩ *Haeberlin sed cf. Novák České mus. filol. X 36* 4 dū (*lineol. add. al. m.*) 7 ausa *Seyffert* 10 φ: delitefcntē fufpicio (φ) *em. v* 14 memora *ut vid. refictis litt. al. m. corr. in* mea ora φ: mea ora memora *v cf. 36,8* memora oro *Colv* 15 fcębitaf b *corr. in* u ⟨fortunae⟩ *vd Vl cf. 75,19 156,15* ⟨fati⟩ *Rohde* 20 adicere (φ) *em. Scriver* 22 *cf. 14,19 201,1* 23 forbilantib; *cf. 38,1 Funck Arch. f. lat. Lex. IV 224 sqq.* fabiif (φ) *em. v* labiis *cod. Dorv* 23 [h]auriebā (ri *ex* di *corr. m. ead.*)

Oud. *E*

pro*f*ana petulantia committam grande flagitium', et cum
dicto pessulis iniectis et uncino firmiter immisso sic ad
me reuersa colloque meo manibus ambabus inplexa uoce
tenui et admodum m[e]inuta: 'paueo', inquit, 'et formido
solide domus huius operta detegere et arcana dominae
200 meae reuelare secreta. sed melius de te doctrinaque tua
praesumo, qui praeter generosam natalium dignitatem,
praeter sublime ingenium sacris pluribus initiatus profecto
nosti sanctam silentii fidem. quaecumque itaque commi-
sero huius religiosi pectoris tui penetralibus, semper haec
intra | conseptum clausa custodias, oro, et simplicitatem
relationis meae tenacitate taciturnitatis tuae remunerare.
nam me, quae sola mortalium noui, amor is, quo tibi
201 teneor, indicare compellit. iam scies omnem domus nostrae *48*
statum, iam scies erae meae miranda secreta, quibus
obaudiunt manes, turbantur sidera, coguntur numina,
seruiunt elementa. nec umquam magis artis huius uio-
lentia nititur, quam cum scitulae formulae iuuenem quem-
piam libenter aspexit, quod quidem ei solet crebriter
euenire.

Nunc etiam adulescentem quendam Boeotium summe **16**
decorum efflictim deperit totasque artis manus, machinas
omnes ardenter exercet. audiui uesperi, meis *h*is, inquam,
auribus audiui, quod non celerius sol caelo ruisset noctique
202 ad exercendas inlecebras magiae maturius cessisset, ipsi

F 136^{b}. φ 84^{a}. 1 ꝑphana (φ) 4 me Inuta *vid. fuisse* (*in mg. add.* d *cf. praef. 34*), *m. recentior corr.* diminuta *refict. primis litt.* φ: mẹinuta minuta *Oud cf. 85,24* diminuta *v* 6 *cf. 283,18* 8 *cf. apol. 55 (62,20)* 10 hoc *Seibel* 11 ⟨cordis⟩ conseptum *vd Vl* 13 amoriſ (φ, *in mg. add.* c (e above) amor ł amoris ł amoris uis) iſ *indux. al. m.* ⟨uis⟩ amoris *v* amor is *He cf. Cic. de nat. deor. II 55,137:* sucus is quo alimur *de div. II 66,135:* draco is, quem mater Olympias alebat *de div. II 1,3:* liber is 15 ∗erẹ (*non* h *eras.*) φ: here 18 nitit (2 above t) (φ) *litt. refict., sed fuerunt* utıtur *ed. pr.* 19 crbrit̄ (e above) (*omnia ab ead. m. script.*) 22 manus ⟨strenue exserit⟩ *vd Vl* 23 meiſiiſ (φ, *in* mei°hiſ *corr. m. rec.*) meis istis *Koch*

Oud. *E*

Soli nubilam || caliginem et perpetuas tenebras comminantem. hunc iuuenem, cum e *b*alneis rediret ipsa, tonstrinae residentem hesterna die forte conspexit ac me capillos eius, qui iam caede cultrorum desecti· humi[di]iacebant, clanculo praecepit au[i]ferre. quos me sedulo furtimque colligentem tonsor inuenit et quod alioquin publicitus maleficae disciplinae perinfames sumus, adreptam inclementer increpat: 'tune, ultima, non cessas subinde lecto-
203 rum iuuenum capillamenta surripere? quod scelus nisi tandem desines, magistratibus te constanter obiciam.' et uerbum facto secutus immi⟨*s*⟩sa manu scrutatus e medi⟨*i*⟩s papillis meis iam capillos absconditos iratus abripit. quo gesto grauiter adfecta mecumque reputans dominae meae mores, quod huius ⟨*mo*⟩di repulsa satis acriter commoueri meque uerberare saeuissime consueuit, iam de fuga consilium tenebam, sed istud quidem tui[tui] contemplatione abieci statim.

17 Verum cum tristis inde discederem, ne prorsus uacuis manibus redirem, conspico⟨*r*⟩ quendam forficulis a*d*tondentem caprinos utres; quos cum probe constrictos inflatosque et iam pendentis cernerem, capillos eorum humi iacentes
204 flauos ac per hoc illi Boeotio iuueni consimiles plusculos aufero eosque dominae meae dissimulata ueritate trado. sic noctis initio, priusquam cena te reciperes, Pamphile mea iam uecors animi tectum scandulare conscendit,

---

F 136[b]. φ 34[a]. 2 eualneiſ *em. m. rec. et* φ 4 humi/di iacebant (*distinx. m. rec.*) φ: humi iacebant *cf. 64,21* humi di⟨spersi⟩ iac. *vd Vl* 5 p̄cipitaui*$^{\tau}$ ferre ($^{\tau}$ *add. m. rec., in ras. fuisse vid.* f) φ: p̄cipitauit ferre *em. Sciopp cf. 28,13* 8 ultima *cf. 215,15* 10 c̄ſtant̄ (φ) *cf. 54,26* 11 immiſa *em. m. rec. et* φ mediſ *em. m. rec. et* φ 12 arripuit (φ) *in mg. m. vetust.* abripit 13 adfecta (φ) d *vid. ex* r *corr. esse ab ead. m.* 14 hui;^{mo}di (^{mo} *add. m. vet.*) φ: h^{9}dī 16 tui | tui (φ, *sed alt.* tui *del.*) 18/19 ne — redirem *post* cernerem (*v. 21*) *transpos. vd Vl sed pendet a* tristis *cf. Th. l. Lat. II 203,2* 19 c̄ſpico φ: c̄oſpicio conspicor *He cf. 43,1 87,28* adtondentē (φ) *prior* d *ex* c *al. m. ut vid. corr.* 23 **aufero 25 Pamphile *del. vd Vl*

Oud. *E*

quod altrinsecus aedium patore perflabili nudatum, ad om-
nes, orientales ceterosque, aspectus peruium, maxime | his
205 artibus suis commodatum secreto colit. priusque appa-
ratu solito instruit feralem officinam, omne genus aro-
matis et ignorabiliter lamminis litteratis et infelicium
206 nauium durantibus damnis, defletorum, sepultorum etiam,
cadauerum expositis multis admodum membris; hic nares
et digiti, illic carnosi claui pendentium, alibi trucidatorum
seruatus cruor et extorta dentibus ferarum trunca cal-
uaria. tunc decanta||tis spirantibus fibris litat uario latice, 18
nunc rore fontano, nunc lacte uaccino, nunc melle mon-
tano, libat et mulsa. sic illos capillos *in* mutuos nexus
obditos atque nodatos cum multis odoribus dat uiuis car-
207 bonibus adolendos. tunc protinus inexpugnabili magicae
disciplinae potestate et caeca numinum coactorum uio-
lentia illa corpora, quorum fumabant stridentes capilli,
spirit*um* mutuantur humanum et sentiunt et audiunt et
ambulant et, qua nidor suarum ducebat exu*u*iarum, ueni-
unt et pro illo iuuene Boeotio aditum gestientes fores in-
siliunt: cum ecce crapula madens et inprouidae noctis de-
ceptus caligine audacter mucrone destricto in insani modum
Aiacis armatus, non ut ille uiuis pecoribus infestus
tota laniauit armenta, sed longe fortius qui⟨*dem*⟩ tres

F 136ᵇ 137ᵃ. φ 34ᵃ. 1 perflabili b *corr. ex* u *ut vid.* φ: pfla-tili o̅e̅ſ φ: om̅iſ oras *Colv* 1/2 orient. omnesque ceteros *transponendo eff. Pric et* ceterosque omnes *Florid* orient. ceterosque *del. Luetj* ⟨ad⟩aspectus imperuium *vdVl* (*supra Floridum secut.*) 5 lamminis litteratis (φ) *sc. litteris Ephesiis completis quas nemo intellegit cf. 131,1* lamminis ignorab. *transpos. Luetj sed cf. 45,17 49,4 66,14 72,16 79,26* 6 auium *Passerat cf. apol. 58, sed Abt Apol. d. Ap. 222* *post* durant. et deflet. *distinx. Leo* dur. *interpretatus ossa vel rostra,* damn. defl. *membra prosecta in custodela ferali* (*43,8 50,5*), sepult. membra *cadaver. partes ex sepulcris petit.* (*41,12*) damnis ⟨et⟩ ? *Prescott* 10 *post* litat *dist. Leo, ne referatur ad laticem; sed cf. Flor. I 39* (*III 4*) *2* 12 mulſa (φ) *post* a *eras.* t immutuoſ (φ) *em. v* 15 numi|numinũ φ: numinũ 16 capilli* (*eras.* ſ) 17 ſpuũ (*vid. eras.* ˜, *m. recentior corr.* ſpum) φ: ſpuũ 18 exubiarũ (φ, *sed* b *mut. in* u) 22 Aiacis ⟨saeuis⟩ *Leo* 23 q ·(φ) *em. Kronenb*

Oud. E

inflatos caprinos utres exanimasti, ut ego te prostratis 50 hostibus sine macula sanguinis non homicidam nunc, sed utricidam amplecterer[es].'

19 At ⟨*ego plau*⟩si lepido sermone Fotidis et in uicem. cauillatus: 'ergo igitur iam et ipse possum', inquam, 'mihi
208 primam istam uirtutis adoriam ad exemplum duodeni laboris Herculei numerare uel trigemino corpori Geryonis uel triplici formae Cerberi totidem peremptos utres coaequando. sed ut ex animo tibi uolens omne delictum, quo me tantis angoribus inplicasti, remittam, praesta quod summis uotis expostulo, et dominam tuam, cum aliquid huius diuinae disciplinae molitur, ostende, cum deos inuocat, certe cum res ornat, u⟨*t*⟩ uideam; sum
209 namque coram magiae noscendae ardentissimus cupitor. quamquam mihi nec ipsa tu uideare rerum rudis uel expers. scio istud et plane sentio, cum semper alioquin spretorem matronalium amplexuum sic tuis istis micantibus oculis et rubentibus bucculis et renidentibus

---

F 137ᵃ. φ 34ᵃ. 1 ut *significat fati voluntatem cf. 122,6 sqq.* 3/4 ãplecte|reref atſi (φ, *sed eras.* eſ) *coniunx. librar. lection. fals. et emendat.* er—eſ *cf. praef. 54* sic *v* amplectar. recreatus *Leo coll. 62,24* amplecterer. Exarsi *Petsch* .at risi *Damsté* .adrisi *Walter* .erectus satis *Cast* .at ⟨ego ri⟩si *Giarr* ⟨ego plau⟩si *He cf. 112,18 d. d. Socr. 4 (10,15 Th.)* 5 michi (*ut semper*), *sed una hasta litt.* m. *evan.* 6 adorſã (φ) adoream *v* adoriam *He cf. 166,5 Corp. gloss. VI 27* 7 gerſoniſ *em. v* 8 triplici (φ) *in mg. m. vet.* tricipiti *cf. Cic. Tusc. I 5,10, sed Ov. met. IX 185 praef. 36* coęquando (ęqua *prorsus evan.*) 12 ostende *post* inuocat *transp. Cast,* ostende ⟨et⟩ *vd Vl* ostende. cum *Luetj* 13 ⟨uel⟩ certe *Luetj* cũ reſ ortatu *litt. refict.* φ: cũ reſ ornatu cum reformatur *Elmenh* (*cf. 68,16* et *Λούκ.* 11: *μαγγανεύουσαν ἢ μεταμορφουμένην*) *quem secut.* ⟨fac⟩ uideam *vdVl* eam reformatam *v* cum res ornat, ut *Leo cf. 65,4* cum sese ornatu ⟨induit, patere⟩ (*cf. 62,25 68,23*) *He* 14 coram *del. Elmenh, sed ad* nosc. *referend. cf. 65,5* ådentiſſim (r supra lin.); *em. ead. m.* 15 ⟨earum⟩ rerum *Cornelissen* 18 rẽnidentib; (*quid sibi velit lineola, nescio*)

Oud. E

210 crinibus et hiantibus osculis et fraglantibus papillis in ser|uilem modum addictum atque mancipatum teneas uolentem. iam denique || nec larem requiro nec d*o*muitionem paro et nocte ista nihil antepono.'

'Quam uellem,' [inquit] respondit illa, 'praestare, tibi, 20 Luci, quod cupis, sed praeter inuidos mores in solitudinem semper abstrusa et omnium praesentia uiduata solet huius modi secreta perficere. sed tuum postulatum praeponam periculo meo idque obseruatis opportunis temporibus sedulo perficiam, modo, ut initio praefata sum, rei tantae fidem silentiumque tribue.'

Sic nobis ga*rr*ientibus libido mutua et animo⟨*s*⟩ si- 211 mul et membra suscitat. omnibus abiectis amiculis ⟨*h*⟩actenus denique intecti atque nudati bacchamur in Vene- 51 rem, cum quidem mihi iam fatigato de propria liberalitate Fotis pueril*e* obtulit corollarium; iamque luminibus nostris uigilia marcidis infusus sopor etiam in al*t*um diem nos attinuit.

Ad hunc modum transactis uoluptarie paucis noctibus 21 quadam die percita Fotis ac satis trepida me accurrit indicatque dominam suam, quod nihil etiam tunc in suos 212 amores ceteris artibus promoueret, nocte proxima in auem sese plumaturam atque ad suum cupitum sic deuolaturam; proin memet a⟨*d*⟩ rei tantae speculam caute praepara-

---

F 137ª. φ 34ªᵇ. 1 φ: flagrantib; (r *corr. ex* l) 3 necdũ uitionẽ (doᵐ *ex* dũ *corr. al. m.*) *em.* φ 4 nocti istae *Oud* 5 inqt refpondit φ: inquit (*in mg.* refpondit *quod al. m. expunx.*) resp. illa *ante* quam *transpos. Giarr* 6 p̄t̃ (φ) propter *v cf. 63,7 sq.* 12 *vid. fuisse* gabientib; *ab al. m. corr. in* gānientib; φ: garrientib; *cf. 184,12, sed 253,22* animoˢ *em. al. m. et* φ 13/14 acten; (φ) hactenus *i. e. prorsus, scil. gestu significatum v cf. 141,22; Corp. Gloss. Lat. IV 303,27:* in totum *cft. Wiman* ac taeniis *Petsch cf. 252,16* ac tandem *He cf. 37,4; 42,10* 15 cũ (φ) *cf. Kuehner-St. Lat. Gr. II 2, 341/2* 16 puerilif (φ, *sed* if *inducto post* l *add.* ') *cf. Mart. IX 67,3* 17 aliũ (φ) *em. Sciopp cf. 39,11* 24 a rei *em. al. m. in* φ speculã (φ) *def. Petsch coll. 132,9* speculamen *Oud cf.* spectamen *89,24 163,25; apol. 59 (68,2)* spectaculum *v*

Oud. *E*

rem. iamque circa primam noctis uigiliam ad illud su-
perius cubiculum suspenso et insono uestigio me perducit
ipsa perque rimam [h]ostiorum quampiam iubet arbitrari,
quae sic gesta sunt. iam primum omnibus laciniis se
deuestit Pamphile et arcula quadam reclusa pyxides plus-
culas inde depromit, de quis unius operculo remoto atque
indidem egesta ungu*e*dine diuque palmulis suis adfricta
213 ab imis unguibus sese totam adusque summos capillos
perlinit multumque cum lucerna secreto conlocuta membra
tremulo succussu quatit. quis leniter fluctuantibus pro-
micant molles plumulae, crescunt et fortes pinnulae, du-
ratur nasus incuruus, coguntur ungues adunci. fit bubo
Pamphile. sic edito stridore querulo iam sui periclita-
bunda paulatim terra resultat, mox in altum sublimata
forinsecus totis alis euolat.

22 Et illa quidem mag*ic*is suis artibus uolens || refor-
214 matur, at ego nullo decantatus carmine, praesentis tan-
tum facti stupore defixus | quiduis aliud magis uidebar
215 esse quam Lucius: sic exterminatus animi, attonitus in
amentiam uigilans somniabar; defrictis adeo diu pupulis,
an uigilarem, scire quaerebam. tandem denique reuersus
ad sensum praesentium adrepta manu Fotidis et admota
meis luminibus: 'patere, oro te', inquam, 'dum dictat oc-
casio, magno et singulari[s] me adfectionis tuae fructu
perfrui et impertire nobis unctulum indidem per istas
tuas papillas, mea mellitula, tuumque mancipium inremu- *52*
216 nerabili beneficio sic tibi perpetuo pignera ac iam per-
fice, ut meae Veneri Cupido pinnatus adsistam tibi.'

F 137^{ab} φ 34^{b}. 3 ipsaque per *v* hoſtiorū 7 unguidine (φ) *litt. refict., sed idem fuit* 10 *cf. 30,21 sqq.* 14 reſultat r *corr. ex* ſ 15 motis *Nolte cf. Stat. Theb. II 209* 16 magniſ (φ) *def. Pric Oud coll. 81,18 em. v* ualens *Petsch* 18 qu(d)iſ *ead. m. add.* d 19 externatus *Colv cf. apol. 43 (50,8)* 24 ſingulariſ φ: ſingula[ri] (a[ri] *m. rec. scrips., post* i *nescio an* s *deleta sit*) 26 *cf. 113,22* pupillas *Fulv* pupulas *Bluemner* 28 pinnatuſ (φ) *prior* n *in ras.* tibi *del. vdVl*

Oud. *E*

'Ain', inqui*t*, 'uulpinaris, amasio, meque sponte asceam
217 cruribus meis inlidere compellis? sic inermem uix a lupulis conseruo Thessalis; hunc alitem factum ubi quaeram, uidebo quando?'

'A[u]t mihi scelus istud depellant caelites', inquam, 23
'ut ego, quamuis ipsius aquilae sublimis uolatibus toto caelo peruius et su[p]premi Iouis certus nuntius uel laetus armiger, tamen non ad meum nidulum post illam pinnarum dignitatem subinde deuolem. adiuro per du⟨*l*⟩cem istum capilli tui nodulum, quo meum uinxisti spiritum,
218 me nullam aliam meae Fotidi malle. tunc etiam istud meis cogitationibus occurrit, cum semel auem talem perunctus induero, domus omnis procul me uitare debere. quam pulchro enim quamque festiuo matronae perfruentur amatore bubone? quid, quod istas nocturnas aues, cum penetrauerint larem quempiam, sollicite prehensas foribus uidemus adfigi, ut, quod infaustis uolatibus familiae minantur exitium, suis luant cruciatibus. sed, quod sciscitari paene praeteriui, quo dicto factoue rursum exutis pinnulis illis ad meum redibo Lucium?'

'Bono animo es, quod ad huius rei curam pertinet', ait. 'nam mihi domina singula monstrauit, quae possunt rursus in facies hominum tales figuras reformare. nec istud factum putes ulla beniuolentia, sed ut ei redeunti
219 medela salubri possem subsistere. || specta denique, quam paruis quamque futtilibus tanta res procuretur her*b*ulis:

F 137^b. φ 34^b. 1 inqd (d *ex* t *corr.*) uulp.] *Non. 46,23 M. cft. Florid.* 2 ſiciner me* (*eras.* ˜) φ: sic me*mẽ (*vid. eras.* r *et* ¯) *locum varie temptarunt* ⟨quem⟩ sic inermem *Luetj Goldb* inermem *scil. immunitum* (*cf. 179,16*) *contra magas* 3 tunc *Beyte* 4 quando uidebo *Elmenh* 5 aut (φ) *nulla interpunctione antecedente em. Ald* 7 suppm̄i *em.* φ 8 pignarũ (g *induct.* n *add. ead. m.*) 9 ducẽ (φ, *sed al. m. em.*) 11 meȩ fotidi (φ) *cf. Woelfflin Arch. f. lat. Lex. VII 117* (*apol. 73 p. 82,10*) iſtud** (*vid. eras.* m) 15 notnaſ (c² *superscr.*) *em. ead. m. et* φ 26 φ: futilib; herculiſ (φ) *em. Lips.*

Oud. *E*

anethi modicum cum lauri foliis immissum rore fontano datur lauacrum et poculum.'

24 Haec identidem adseuerans summa cum trepidatione inrepit cubiculum et pyxidem depromit arcula. quam ego amplexus | ac deosculatus prius utque mihi prosperis faueret uolatibus deprecatus abiectis propere laciniis totis *53* auide manus immersi et haurito plusculo uncto corporis mei membra perfricui. iamque alternis conatibus libratis *220* brachiis in auem similem gestiebam: nec ullae plumulae nec usquam pinnulae, sed plane pili mei crassantur in setas *et* cutis tenella duratur in corium et in extimis palmulis perdito numero toti digiti coguntur in singulas ungulas et de spinae meae termino grandis cauda procedit. iam facies enormis et os prolixum et nares hiantes et labiae pendulae; sic et aures inmodicis horripilant auctibus. nec ullum miserae reformationis uideo solacium, nisi quod mihi iam nequ[e]eunti tenere Fotidem natura **25** crescebat. ac dum salutis inopia cuncta corporis mei considerans non auem me, sed asinum uideo, querens de facto Fotidis, sed iam humano gestu simul et uoce priuatus, quod solum poteram, postrema deiecta labia, umi*221* dis tamen oculis oblicum respiciens ad illam tacitus expostulabam. quae ubi primum me talem aspexit, percussit faciem suam manibus infestis et: 'occisa sum misera', clamauit; 'me trepidatio simul et festinatio fefellit et pyxidum similitudo decepit. sed bene, quod facilior reformationis hui⟨*u*⟩s medela suppeditat. nam rosis tantum

---

F 137[b]. φ 35[a]. 1 immiſſũ (φ) immistum *Wower cf. 80,1* □ rori *He* fontaano *altera* a *induct.* 5 utquę̄ (q; *al. m. add.*) 7 *cf. 138,12* uncto (φ) o *ex* a *corr.* cuncta *vdVl* 9 similẽ (φ) *scil. bubonem cf. 69,15; 80,11 161,16* simulari *Bursian* simul *Scriver* similem ⟨plumari⟩ (*cf. 25,2 67,23*)? *He* similem ⟨reformari⟩ *Vollgraff* 11 ſęta ſed (φ) *em. v* 16 miſere (φ) *poster.* e *ex* a *aut & corr. ead. m.* miser *Wower* 17 neq; eunti (φ, *sed em. m. rec.*) 19 c̄ſideranſ (φ) considero *v* 19/20 querens — Fotidis *del. vdVl* 26 reformationiſ (re *corr. ex* fre *ead. m.*) 27 huis φ: h'

Oud. *E*

demorsicatis exibis asinum statimque in meum Lucium
postliminio redibis. atque utinam uesperi de more nobis
parassem corollas aliquas, ne moram talem patereris uel
222 noctis unius. sed primo diluculo remedium festinabitur
tibi.'

Sic illa maerebat, ego uero quamquam perfectus asi- 26
nus et pro Lucio iumentum sensum tamen retine||bam
humanum. diu denique ac multum mecum ipse deliberaui,
an nequissimam facinerosissimamque illam feminam spissis
calcibus feriens et mordicus adpetens necare deberem.
223 sed ab incepto temerario melior me sententia reuocauit,
ne morte multata Fotide salutares mihi suppetias rursus
extinguerem. deiecto itaque et quassanti capite ac de-
mussata temporali contumelia durissimo casui meo ser-
viens ad equum illum uectorem meum probissimum in
stabulum concedo, ubi alium etiam Milonis quondam hos- *54*
pitis mei asinum stabulantem inueni. atque ego rebar,
si quod inesset mutis animalibus tacitum ac naturale sa-
cramentum, | agnitione ac miseratione quadam inductum
equum illum meum hospitium ac loca laut⟨*i*⟩a mihi prae-
224 biturum. sed pro Iuppiter hospitalis et Fidei secreta
numina! praeclarus ille uector meus cum asino capita
conferunt in meamque perniciem ilico consentiunt et
uerentes scilicet cibariis suis uix me praesepio uidere
proximantem: deiectis auribus iam furentes infestis cal-
cibus insecuntur. et abigor quam procul ab ordeo, quod
adposueram uesperi meis manibus illi g⟨*r*⟩atissimo famulo.
225 sic adfectus atque in solitudinem relegatus angulo stabuli 27
concesseram. dumque· de insolentia collegarum meorum

F 137[b] 188[a]. φ 85[a]. 1 demorsicatis *cf. 33,7 43,8* 8 *cf. Hom. Od. IX 299 sqq.* 12 prorsus *Beyte* 16 aliũ (φ) u *in ras. scrips. al. m., sed litt. erasa antea inducta aut emendata erat* 17 mei (φ) *post* i *eras.* ſ 20 lauta (φ) *em. v. cf. 211,2* 21 *in mg. m. vet.:* & fideſ & secreta sacrata *Brant* 24 uix] ut *v* 25 reiectis *Oud Λούκ. 15: τὰ ὦτα καταχλίναντες* ⟨et⟩ deiectis *Wasse cf. 44,4, sed 81,14 124,11* 27 illigatiſſimo (φ) *em. v* □

Oud. *E*

mecum cogito atque in alterum diem auxilio rosario Lu-
cius denuo futurus equi perfidi uindictam meditor, respicio
pilae *m*ediae, quae stabuli trabes sustinebat, in ipso fere
226 meditullio Eponae deae simulacrum residens aediculae,
quod accurate corollis roseis equidem recentibus fuerat
ornatum. denique adgnito salutari praesidio pronus spei,
quantum extensis prioribus pedibus adniti poteram, insurgo
ualide et ceruice prolixa nimiumque porrectis labiis,
227 quanto maxime nisu poteram, corollas adpetebam. quod
me pessima scilicet sorte conantem seruulus meus, cui
semper equi cura mandata fuerat, repente conspiciens in-
dignatus exurgit et: 'quo usque tandem', inquit, 'canthe-
rium patiemur istum paulo ante cibariis iu||mentorum,
nunc etiam simulacris deorum infestum? quin iam ego
istum sacrilegum debilem claudumque reddam'; et statim
telum aliquod quaeritans ⟨*t*⟩emere fascem lignorum po-
228 situm offendit rimatusque frondosum fustem cunctis ua-
stiorem non prius miserum me tundere desiit, quam sonitu
uehementi et largo st⟨*r*⟩epitu percussis ianuis, trepido
etiam rumore uicin⟨*i*⟩ae conclama[n]tis latronibus pro-
28 fugit territus. nec mora, cum ui patefactis aedibus globus 55
latronum inuadit omnia et singula domus membra cingit
armata factio et auxiliis hinc inde conuolantibus obsistit
229 discursus hostilis. cuncti gladiis et facibus instructi noctem
illuminant, coruscat in modum orti*ui* solis ignis et mucro.
tunc horreum quoddam satis ualidis claustris obseptum
obseratumque, quod mediis aedibus constitutum gazis |
Milonis fuerat refertum, securibus ualidis adgressi diffin-
dunt. quo passim recluso totas opes uehunt raptimque

F 138^{a}. φ 35^{ab}. 5 et quidem *Gruter* 14 qn iã (φ) *paene evan.* 16 querit anſ emere φ: q̄ritanſ temere (anſ t *in lac. m. rec. scrips.*) temere ⟨propter⟩ *ante* positum *transpos. vd Vl cf. 65,5* farcē (φ, *sed in mg. add.* $\overset{e}{\text{c}}$ faſcem) 17 frond. *cf. 165,19* (*152,4*) 19 ſtepitu *em.* φ 20 uicinę (φ) *em. v* c̄clamantiſ (φ) *em. Colv* 25 orti biſoliſ (φ) *em v* 26 obſeptū* 29 caesim *Bluemner* euehunt *vd Vl*

Oud. *E*

constrictis sarcinis singuli partiuntur. sed gestaminum modus numerum gerulorum excedit. tunc opulentiae nimiae
230 nimio ad extremas incitas deducti nos duos asinos et equum meum productos e stabulo, quantum potest, grauioribus sarcinis onerant et domo iam uacua minantes baculis exigunt unoque de sociis ad speculandum, qui de facinoris inquisitione nuntiaret, reli⟨*c*⟩to nos crebra tundentes per auia montium ducunt concitos.

Iamque rerum tantarum pondere et montis ardui uertice et prolixo satis itinere nihil a mortuo differebam. 29
231 sed mihi sero quidem, serio tamen subuenit ad auxilium ci*u*ile decurrere et interposito uenerabili principis nomine tot aerumnis me liberare. cum denique iam luce clarissima uicum quempiam frequentem et nundinis celebrem praeteriremus, inter ipsas turbelas Graecorum genuino sermone nomen augustum Caesaris inuocare temptaui; et O quidem tantum disertum ac ualidum clamitaui, reliquum autem Caesaris nomen enuntiare || non potui. aspernati
232 latrones clamorem absonum meum, caedentes hinc inde miserum corium nec cribris iam idoneum relinquunt. sed tandem mihi inopinatam salutem Iuppiter ille tribuit. nam cum multas uillulas et casas amplas praeterimus, hortulum quendam prospexi satis amoenum, in quo praeter ceteras gratas herbulas rosae uirgines matutino rore florebant. 24 his inhians et spe salutis alacer ac laetus prop[r]ius *56*

F 188[ab]. φ 35[b]. 1 pa^r^tiuntur *em. ead. m. et* φ 2 geruloñ *em.* *v cf. 86,28 142,1 200,6 al.* 3 metaſ (*sed* me *m. rec. scrips. supra litt. evanidas; spatium aptissimum voci* incitaſ) φ: incitaſ 6 ſpeculandũ (*in mg. ead. m. vel vet.* ſpectandũ) φ: ſpectandũ 7 relito *em.* φ crebra (φ) *sed ras.* a *in* o *mut. cf. 30,21 39,6* 11 ſerio (*in mg. ead. vel vet. man.* ſedulo) φ: ſedulo 12 cubile (φ) *em. v* 17 tantum *del. vdVl cf. 200,25* 18 cerariſ *em.* φ 22 p̄terimus (φ) *def. Cast coll. Hofmann Lat. Synt. 748/9* praeteriremus *Oud cf. v. 15* 24 herbulaſ (φ) *corr. ead. m. ut vid. ex* herbaſ uigentes *Cornelissen; sed cf. Bernhard Stil d. Ap. 190; Novák affert Perv. Ven. 22:* ut uirgines nubant rosae 25 ꝓpriuſ *em.* φ *versus 25— p. 74,7 magnopere evanidi nisi ductu calami cognosci iam nequeunt*

Oud. *E*

accessi, dumque iam labiis undantibus adfecto, consilium me subit longe salubrius, ne, si rursum asino remoto prodire⟨*m*⟩ in Luci[li]um, euidens exitium inter manus latronum offenderem uel artis magicae suspectione uel indicii futuri criminatione. tunc igitur a rosis et quidem necessario temperaui et casum praesentem tolerans in asini
233 faciem *fa*ena rodebam.

LIBER IIII

1 *235* Diem ferme circa medium, cum iam flagrantia solis caleretur, in pago quodam apud notos ac familiares latronibus senes de|uertimus. sic enim primus aditus et sermo prolixus et oscula mutua quamuis asino sentire praestabant. nam et rebus eos quibusdam dorso meo depromptis munerabantur et secretis gannitibus, quod essent latrocinio partae, uidebantur indicare. iamque nos omni sar-
236 cina leuigatos in pratum proximum passim libero pastui tradidere nec me cum asino uel equo meo conpascuus coetus attinere potuit adhuc insolitum alioquin prandere faenum. sed plane pone stabulum prospectum hortulum

---

F 138ᵇ. φ 35ᵇ. 1 dumque ⟨eas⟩ *Novák* 2 ꝓdire (φ) *supra* e *lineolam aut add. aut redintegr. m. rec* 3 luciliū* (‾ *m. recent., eras.* m) φ: luciliū (*in mg.* c̊ ꝓdirem ī luciū) 4 ſuſpectione* (*eras.* ‾, *antea induct.*) 4/5 suspect. *et* criminatione *locum inter se mutare iubet Rohde* 5 furti *v* [et] quidem *Elmenh* equidem *He cf. 72,5 76,1 104,10* 7 foena (φ) frena *Gruter cf. v. 18* rodebam; *em.* φ '*me rodere simulabam*' *recte interpretat. Leo* 8 Ego ſaluſtiuſ legi et em̄daui romę felix METAMORPIOSEON. LIB. III. EXPLIC. INCIP. LIB. IIII 10 *cf. Plaut. Capt. 80 Truc. 65* 11 primoſ (φ) *sed litt. refict., fuit* primuſ 13 eoꝝ (ꝝ *eras.*, ſ *supra voc. add., sed ea quoque eras.; omisit certe librar. eras. litt. locum emendare*) φ: eoſ 14 qđ φ: quod (*cf. 62,17*) quo *E* 16 leuigatoſ (φ) uig *punctis del., in mg. m. vet.* uatoſ *cf. 3,8 praef. 37* 18 [adhuc]? *Leo*

iam fame perditus fidenter inuado et quamuis crudis holeribus, adfatim tamen uentrem sagino deosque comprecatus omnes cuncta prospectabam loca, sicubi forte con-
237 terminis in ⟨*h*⟩ortulis candens repperirem rosarium. nam et ipsa solitudo iam mihi bonam fiduciam tribuebat, si deuius et *frutectis* absconditus sumpto remedio de iumenti quadripedis incuruo || gradu rursum erectus in hominem inspectante nullo resurgerem.

Ergo igitur cum in isto cogitationis salo fluctuarem, 2
238 aliquanto longius uideo frondosi nemoris conuallem um- 57
brosam, cuius inter uarias herbulas et laetissima uirecta fulgentium rosarum mineus color renidebat. iamque apud mea non usquequaque ferina praecordia Veneris et Gratiarum lucum illum arbitrabar, cuius inter opaca secreta floris genialis regius nitor relucebat. tunc inuocato hilaro atque prospero Euentu cursu me concito pro*rip*io, ut hercule ipse sentirem non asinum me, uerum etiam equum
239 currulem nimio uelocitati*s* e⟨*f*⟩fectum. sed agilis atque praeclarus ille conatus fortunae me⟨*ae*⟩ scaeuitatem anteire non potuit. iam enim loco proximus non illas rosas teneras et amoenas, madidas diuini roris et nectaris, quas rubi felices ⟨*et*⟩ beatae spinae generant, a*c* ne conuallem quidem usquam nisi tantum ripae fluuialis marginem densis arboribus septam uideo. hae arbores in lauri faciem prolixe foliatae pariunt in modum floris [in] odori porrectos

---

F 188ᵇ. φ 35ᵇ. 3 loca (φ) *post* a *vid. eras.* 4 ortuliſ (φ) *candenſ (*vid. eras.* ſ) 6 ꝓtectuſ (φ) *216,20 cft. Kronenb* frutectis *Elmenh; an delend.? He cf. 95,19* 7 quadripediſ (quadri *evan., sed ductus litt. cognoscuntur*) 12 roſarũ (φ) ſa *in ras.; in mg. add. m. vet.* ſa φ: niueuſ 16 euento *em. ead. m. et* φ ꝓprio φ: ꝓ(i)po *em. v* 17 etiam] iam *vdVl* 18 nimio uelocitati refectũ (φ) *al. m. corr. in* nimia uelocitate uelocitatis *Petsch cf. 73,2 sq. 171,16:* nimio libidinis *cf. praef. 45* effectum *Rohde* 19 me (φ) ᶜ *add. m. rec.* 20 proximans *Pric* ullas *vdVl* 22 felicis *Koziol* ⟨et⟩ *v cf. 31,4 87,5 278,9 sq.* beatae spinae *genet. a* felices *pendent. putat Bluemner* at (φ) ac *v* 25 inodori (φ) *em. v*

Oud. *E*

240 caliculos modice punicantes, quos equidem fraglantis mi-
nime rurest⟨*r*⟩i uocabulo uulgus indoctum rosas laureas
appellant quarumque cuncto pecori cibus letalis est. tali-
bus fatis implicitus etiam ipsam salutem recusans sponte
illud ue|nenum rosarium sumere gestiebam. sed dum cunc-
tanter accedo decerpere, iuuenis quidam, ut mihi uideba-
tur, hortulanus, cuius omnia prorsus holera uastaueram,
tanto damno cognito cum grandi baculo furens decurrit
a*d*reptumque me totum plagis obtundit adusque uitae
ipsius periculum, nisi tandem sapienter alioquin ipse mihi
tulissem auxilium. nam lumbis eleuatis in altum, pedum
posterior*um* calcibus iactatis in eum crebriter, iam mul-
241 cato grauiter atque iacente contra procliue montis attigui
fuga me liberaui. sed ilico mulier quaepiam, uxor eius
scilicet, simul eum prostratum et semianimem ex edito
despexit, ululabili cum plangore ad eum statim prosilit,
ut sui uidelicet miseratione mihi praesens crearet exitium. 58
cuncti enim || pagani fletibus eius exciti statim conclamant
canes atque, ad me laniandum rabie perciti ferrent im-
petum, passim cohortantur. tunc igitur procul dubio iam
morti proximus, cum uiderem canes et modo magnos et
numero multos et ursis ac leonibus ad conpugnandum
idoneos in me conuocatos exasperari, e re nata capto *con*-
242 *s*ilio fugam desino ac me retrorsus celeri gradu rursum in
stabulum, quo deuerteramus, recipio. at illi canibus iam

F 138ᵇ 139ᵃ. φ 35ᵇ 36ᵃ 1 punicanteſ (φ) e *ex* i *corr. ead. m.* fragl. min. *ante* quos *transpos. vd Vl* 2 ruresti *em.* φ uocabulo* (*vid. eras.* ſ *antea induct.*) 4 fatiſ ſ *in ras., sed fuit* ſ, *nisi quod coniunct. erat cum verbo seq.* (φ) 7 *cui; (*vid. eras* ſ) 8 baculo b *ex* u. *corr. ead. m.* 9 abreptũq; (φ) *em. v cf. 21,4* 10 nisi n *vid. ex* m *eff.* 12 poſteriorib; (φ) *em. Oud cf. 149,10* 12 mulcato (φ) *m. recentiss.* c *mut. in* t 13 iacentē (φ) ˜ *eras. antea, ut vid., induct.* 16 ululabili (φ) *litt. refict. eff.* eiulab (*Rob*) 19 utque *v* atque ⟨ut⟩ *Cast. cf. 46,15 53,12 sqq. 81,22. al. l.* ferrent (φ) *sed* nt *scissura aliqua evan.* 21 modo] mole *Rohde 73,2 cft. Novák* 23 cũ filio (φ) *al. m. corr. in* cõſilio 24 deſino (φ, *sed al. m. mut. in* deſtino)

Oud. E

aegre cohibitis adreptum me loro quam ualido ad ansulam quandam destinatum rursum caedendo confecissent profecto, nisi dolore plagarum al*u*us artata crudisque illis oleribus abundans et lubrico fluxu saucia fimo fistulatim excusso quosdam extremi liquoris aspergine, alios putore nidoris faetidi a meis iam quassis scapulis abegisse*t*.

243 Ne⟨*c*⟩ mora, cum iam in meridiem prono iubare rur- 4
sum nos ac praecipue me longe grauius onustum producunt illi latrones stabulo. iamque confecta bona parte itineris et uiae spatio defectus et sarcinae pondere depressus ictibusque fustium fatigatus atque etiam ungulis extritis iam claudus et titubans riuulum quendam serpentis leniter aquae propter insistens subtilem occasionem
244 feliciter nactus cogitabam totum memet flexis scite cruribus pronum abicere, certus atque obstinatus nullis uerberibus ad ingr*e*di*u*ndum exsurgere, immo etiam paratus non fusti tantum, sed machaera perfossus occumbere. rebar enim iam me prorsus exanimatum ac debilem | mereri causariam missionem, certe latrones partim inpatientia morae, partim studio festinatae fugae dorsi mei sarcinam duobus ceteris iumentis distributuros meque in altioris
245 uindictae uicem lupis et uulturiis praedam relicturos. sed 5
tam *b*ellum consilium meum praeuertit sors deterrima. namque ille alius asinus diuinato et antecapto meo cogi- 59
tatu statim se mentita lassitudine cum rebus totis || offudit[ur] iacensque in ⟨*modum*⟩ mortui non fustibus, non

---

F 139ᵃ. φ 36ᵃ 1 *cf.* 275,9 3 alu⁹ (u⁹ *in ras. al. m. scrips., vid. fuisse* b) φ: ·alb; 6 abegiſſē (φ) *em. v* 7 Neᶜ *em. al. m. et* φ 16 ingradiandū (φ) *em. v* immo*** etiā (*eras.* etiā). 17 tantum ⟨resistere⟩ sed ⟨ne⟩ *vdVl*

pfōſſuſ (*eras.* ᶜᵘ) φ: pcuſſ; 17/18 occumbere—iam *paulo diverso atramento scrips. ead. m. ceteris perfectis* 19 cauſari āmiſſionem *recte distinx. al. m.* (φ) 23 uellū (φ, *sed* u *corr. in* b) 25 ſe m̄tita (φ) *cf.* 123,20 181,22 211,13 240,28 258,9

scilicet mentita *Oud.* ⟨e⟩ re m. *Petsch* offudit φ: offundit offudit *Bursian* effudit *He cf.* 181,9 *sq.* 26 mortui nō (φ) *m. recentior eff.* mortuū n̄ inmotus *Bursian* in ⟨modum⟩ mortui *Colv cf.* 79,3

Oud.

stimulis ac ne cauda et auribus cruribusque undique 246 uersum eleuatis temptauit exsurgere, quoad tandem postumae spei fatigati secumque conlocuti, ne tam diu mortuo, immo uero lapideo asino seruientes fugam morarentur, sarcinis eius mihi equoque distributis districto gladio poplites eius tot*o*s amputant ac paululum a uia retractum per altissimum praeceps in uallem proxim*am* etiam nunc spirantem praecipitant. tunc ego miseri commilitonis fortunam cogitans statui iam dolis abiectis et fraudibus asinum me bonae frugi dominis exhibere. nam et secum eos animaduerteram conloquentes, quod in proximo nobis esset habenda mansio et totius uiae finis quieta eorumque esset sedes illa et habitatio. clementi denique transmisso cliuulo peruenimus ad locum destinatum, ubi rebus totis exsolutis atque intus conditis iam pondere liberatus lassitudinem uice lauacri puluer⟨*e*⟩is uolutatibus digerebam.

6 247 Res ac tempus ipsum locorum speluncaeque illius, ⟨*quam*⟩ latrones inhabita⟨*ba*⟩nt, descriptionem exponere flagitat. nam et meum simul periclitabor ingenium, et faxo uos quoque, an mente etiam sensuque fuerim asinus, sedulo sentiatis. mons horridus siluestribusque frondibus umbrosus et in primis altus fuit. huius per obliqua deuexa, qua saxis asperrimis et ob id inaccessis cingitur, conualles lacunosae cauaeque nimium spinetis aggeratae et quaqua uersus repositae naturalem tutelam praebentes ambiebant. de summo uertice fons afluens bullis in-

F 139ᵃ. φ 36ᵃ. 1 ⟨mulcatus⟩ ac *Leo sed cf. ablativ. 73,9* ne *cf. 60,5* 2 sursum eleuatus *vdVl cf. apol. 75 (84,16)* exurgere (ſ *supra*) *em. ead. m.* 5 *ſarciniſ 6 totaſ (φ) *m. recentiss. superscr.* totaſ *em. v cf. 120,9 172,15 180,5 201,13* 7 ꝓximũ (φ) *em. v* 13 clem̃ti *sed* c *mut. al. m. in* C, *ut videatur* Ĕlem̃ti φ: Clem̃ti 16 pulueriſ (φ) *em. Pric. cf. Tert. de pall. 4* 19 quam *supra lin. add. m. recentior, nescio an fuerit quid in mg.* φ: *in mg.* c (e *supra*) quã *al. m. add.* inhabitant (φ) *em. v* 20 flagitant *v cf. Cic. ad. Att. II 25,2 ad fam. XIV 21 Sall. Cat. 5,9 Iug. 19,2* 26 obsitae *vdVl* 27 afluenſ (*punct. utrum casu an consilio fact. sit,*

Oud.
gentibus scaturribat perque prona delapsus euomebat undas argenteas iamque riuulis pluribus dispersus ac ualles
248 illas agminibus stagnantibus inrigans in modum stipati maris uel ignaui fluminis cuncta cohibebat. insurgit speluncae, qua margines montanae desinunt, | turris ardua; *60*
249 caulae firma*e* solidis cratibus, || ouili stabulation*i* com- 6
mod*ae*, porrectis undique lateribus ante fores exigui tramit*i*s uice structi parietis attenduntur. ea tu bono certe meo periculo latronum dixeris atria. nec iuxta quicquam quam parua casula cannulis temere contecta, qu*a* speculatores e numero latronum, ut postea comperi, sorte ducti noctibus excubabant.

250 Ibi cum singuli d*e*repsissent stipatis artubus, nobis 7
ante ipsas fores loro ualido destinatis anum quandam curuatam graui senio, cui soli salus atque tutela tot numero iuuenum commissa uidebatur, sic infesti compellant: 'etiamne tu, busti cadauer extremum et uitae dedecus primum et Orci fastidium solum, sic nobis otiosa domi residens lusitabis nec nostris tam magnis tamque pericu-
251 losis laboribus solacium de tam sera refectione tribues? quae diebus ac noctibus nil quicquam rei quam merum saeu⟨*i*⟩enti uentri tuo soles auiditer ingurgitare.'

Tremens ad haec et stridenti uocula pauida sic anus: '*at* uobis, fortissimi f*i*delissimique mei hospitatores iuuenes, adfatim cuncta suaui sapore percocta pulmenta praesto sunt, panis numerosus, uinum probe calicibus exfricatis

---

nescio) φ: affluenſ afluens *def. Dombart ann. Fleckeisenian. 115 (1877) 343 cf. Thes. l. Lat I 1250* effluens *Nolte*
F 139ab. φ 36ab. **6** caule firmaſ (φ) *em. Luetj* caula firma *v* ſtabulatione (φ) *em. Oud* **7** cõmoda (φ) *em. He*
8 tramiteſ (φ) *em. Luetj* parietes *Leo* **9** me *evan.* o φ: meo *cf. apol. 28.57. 72 (32,21 65,1 80,20)* **11** quo (φ) qua *Oud. cf. 24,20* ∗e (*eras.* ſ ?) φ: e **13** direpſiſſent (φ) *em. Pric* stip. art. dir. *transpos. vdVl* **17** cadauer (φ) *post* r *del.* ſ *antea induct.* **19** Inſitab (*litt. refict., dub. fueritne* lu *an* In) φ: luſitabiſ **22** ſęuenti *em. m. rec. et* φ **24** Ad φ: At fędeliſſimiq; *em. m. rec. et* φ mei∗ (*eras. h*) hoſpitatoreſ (φ) *al. m. vid. correx. in* ſo h⟨ospites et s⟩ospitatores *vdVl* **26** cal. probe exfr. *Luetj cf. 65,5*

Oud. E

affluenter immissum et ex more calida tumultuario la-
uacro uestro praeparata.'

In fine sermonis huius statim sese deuestiunt nuda-
tique et flammae largissimae uapore recreati calidaque
perfusi et oleo peruncti mensas dapibus largiter instructas
8 accumbunt. commodum *cu*buerant et ecce quid*am* longe
plures numero iuuenes adueniunt alii, quos incunctanter
252 adaeque latrones arbitrarere. nam et ipsi praedas aure-
orum argentariorum⟨*que*⟩ nummorum ac uasculorum ue-
stisque sericae et intextae filis aureis inuehebant. hi[i] 61
simili lauacro refoti inter toros sociorum sese reponunt,
tunc *s*orte ducti ministerium faciunt. estur ac potatur
incondite, pulmentis aceruatim, panibus aggeratim, poculis
agminatim ingestis. clamore ludunt, strepitu cantilant, ||
conuiciis iocantur, ac iam cetera semiferis Lapithis *ce-*
253 *na*n⟨*t*⟩ibus Centaurisque similia. tunc inter eos unus, qui
robore ceteros antistabat: 'nos quidem', inquit, | 'Milonis
254 Hypatini domum fortiter expugnauimus. praeter tantam
fortunae copiam, quam nostra uirtute nacti sumus, et in-
columi numero castra nostra petiuimus et, si quid ad rem
facit, octo pedibus auctiores remeauimus. a*t* uos, qui
Boeotias urbes adpetistis, ipso duce uestro fortissimo La-
ma*c*ho deminuti debilem numerum reduxistis, cuius salutem
merito sarcinis istis, quas aduexistis, omnibus antetulerim.

F 139^{b}. φ 36^{b}. 1 immistum *de Rooy cf. 70,1* 6 cobuerant *em.* φ qdē (φ) *em. v cf. 44,17 51,14 246,5* 9 ⟨que⟩ *v* 10 hij 12 forte (φ,*sed* f *corr. in* ſ) *cf. 79,12 208,12* 13 incēdite *sed induct.* φ: eſtur ac p. īcōdite *in mg. al. m. add.* 14 cantilant (φ) *cf. Funck Arch. f. lat. Lex. IV 226 n.* 15/16 *ebanib; ***taurifq; (*litt. fere evanidae*) φ: tebaịnib; (a *m. rec. effect. ex* o *aut* c) centauriſq'

[Thebanibus] C. *Novák* euantibus C. *Heins* (euan^t^ib; *in archetypo script. putat Loefstedt*) cenantibus *He; sed nihil desideratur cf. Iul. Val. I 13 (24,18 K.) Lucian. conv. 45 Cic. in Pis. 10,22* 19/20 in| columinū ero *em. ead. m.* φ: incolumeſ numero 20 repetiuimus *Heins* ..d (φ, *sed corr. ex* at *aut* ac) 22 lamatho (φ) 24 ante antetulerī (*prius* ante *induct. et fere eras.*)

sed illum quidem utcumque nimia uirtus sua peremit;
inter inclitos reges ac duces proeliorum tanti uiri me-
moria celebrabitur. enim *u*os bonae frugi latrones inter
255 furta parua atque seruilia timidule per balneas et aniles
cellulas reptantes scrutariam facitis.'

Suscipit unus ex illo posteriore numero: 'tune solus 9
ignoras longe faciliores ad expugnandum domus esse
maiores? quippe quod, licet numerosa familia latis de-
uersetur aedibus, tamen quisque magis suae saluti quam
domini consulat opibus. frugi autem et solitarii homines
fortunam paruam uel certe satis amplam dissimulanter ob-
tectam protegunt acrius et sanguinis sui periculo muniunt.
res ipsa denique fidem sermoni meo dabit. uix enim
256 Thebas ⟨*h*⟩eptapy*l*os accessimus: quod est huic disciplinae *62*
primarium studium, [sed dum] sedulo fortunas inquire-
257 bamus populari⟨*s*⟩; nec nos denique latuit Chryseros
quidam nummularius copiosae pecuniae dominus, qui metu
officiorum ac munerum publicorum magnis artibus magnam
dissimulabat opulentiam. denique solus ac solitarius
parua, se⟨*d*⟩ satis munita domuncula contentus, pannosus
alioquin ac sordidus, aureos folles incubabat. ergo placuit,
ad hunc primum ferremus aditum, ut contempta pugna
258 manus unicae nullo negotio cunctis opibus otiose potire-
*m*ur. nec mora, cum noctis initio foribus eius praesto- 10
lamur, quas neque subleuare neque dimouere ac ne per-
fringere || quidem nobis uidebatur, ne ualuarum sonus

F 139ᵇ. φ 36ᵇ. 1 peremit (φ) *in mg. m. vet.* ꝑmitt& (*legerat certe* peremit &) 8 enim ⟨uero⟩ *v Luetj cf. 91,12 Phil. suppl. IX 573 Hey Arch. f. lat. Lex. XIV 270 sqq.* bos *em. m. rec. et* φ 13 sermoni* (*eras.* s) 14 theba septapilos *recte dist. m. rec.* *ante* quod *gravius distinx. He* 15 sed dũ (φ) *del. Salm cf. praef. 51* sectim *Gruter* 16 populari (φ, *sed* ī) *em. v* popularium *Pric* 20 se (φ, *sed in mg.* c̊ [e] sed) domũcula (*vid. ead. m.* ˜ *corr. in* ⁿ) 22 c̄tēpta (φ) concepta *Beroald* confecta *? He* 23 potiretur (φ) *em. v* 24 prestolatis (φ) tis *al. m. supra litt. vet. eff., quae nescio an fuerint* m̊ [2]; mur *supra lin. add. m. rec.*

Oud. *E*

cunctam uiciniam nostro suscitaret exitio. tunc itaque sublimis ille uexillarius noster Lama*ch*us specta[ta]tae
259 uirtutis suae fiducia, qua claui immittendae foramen patebat, sensim inmissa manu | claustrum euellere gestiebat. sed dudum scilicet omnium bipedum nequissimus Chryseros uigilans et singula rerum sentiens, lenem gradum et obnixum silentium tolerans paulatim adrepit grandique clauo manum ducis nostri repente nisu fortissimo ad [h]ostii tabulam offigit et exitiabili nexu patibul⟨*at*⟩um relinquens gurgustioli sui tectum ascendit atque inde contentissima uoce clamitans rogansque uicinos et unum quemque proprio nomine ciens et salutis communis admonens diffamat incendio repentino domum suam possideri. sic unus quisque proximi periculi confinio
11 territus suppetiatum decurrunt anxii. tunc nos in anci-
260 piti periculo constituti uel opprimendi nostri uel deserendi socii remedium e re nata ualidum eo uolente comminiscimus. antesignani nostri partem, qua manus umerum subit, ictu per articulum medium tem⟨*p*⟩erato prorsus
261 abscidimus atque ibi brachio relicto, multis laciniis offulto uulnere, ne stillae sanguinis uestigium proderent, ceterum *63*
Lama*ch*um raptim reportamus. ac dum trepidi re[li]gionis urguemur graui tumultu et instantis periculi metu terremur ad fugam nec uel sequi propere uel remanere tuto potest uir sublimis animi uirtutisque praecipuus, multis nos adfatibus multisque precibus querens adhortatur per dexteram Martis, per fidem sacramenti, bonum
262 commilitonem cruciatu simul et captiuitate liberaremus. cur enim manui, quae rapere et iu⟨*gu*⟩lare sola posset, fortem latronem superuiuere? sat se beatum, qui manu

F 139[b] 140[a]. φ 36[b] 37[a]. 2 lamathuſ (φ) *em. v* 3 claui (φ) *corr. ex* -is (*Rob*) ſpectata∗∗ (*eras.* te) φ: ſpecta|tatae 9 hoſtii *em.* φ patibulū (φ) *em. Vulc coll. Plaut. Most 56* 17 comminiscimur *Beroald* 19 temerato (φ) *em. v cf. 56,14* 22 lamathū (φ) trepidae *Pric* relig. *latron. in Lamachum officium interpret. Leo* regioniſ *v cf. 92,18* 29 manu *litt. refict. in spatio nimis magno; fuit sine dubio* manui φ: manui iulare (v *ex* l *corr. m. recentior*) φ: iugulare

Oud. *E*

socia uolens occumberet. cumque nulli nostrum spontale parricidium suadens persuadere posset, manu reliqua sumptum gladium suum diuque deosculatum per medium || pectus ictu fortissimo transadigit. tunc nos magnanimi
263 ducis uigore uenerato corpus reliquum ues[ti]te lintea diligenter conuolutum mari celandum commisimus. et nunc iacet noster Lamachus elemento toto sepultus.

Et ille quidem dignum uirtutibus suis uitae terminum **12** posuit. enim uero Alcimus sollertibus coeptis *tamen* saeuum Fortunae nutum non potuit adducere. qui cum dormientis anus perfracto tuguriolo conscendisset cubiculum superius
264 iamque protinus oblisis faucibus interstinguere eam debuisset, prius maluit rerum singula | per latiorem fenestram forinsecus nobis scilicet rapienda dispergere. cumque iam cuncta rerum nauiter emolitus nec toro quidem aniculae quiescentis parcere uellet eaque lectulo suo deuoluta uestem stragulam subductam scilicet iactare similiter destinaret, genibus eius profusa sic nequissima illa deprecatur: "quid, oro, fili, paupertinas pannosasque rescu-
265 las miserrimae anus donas uicinis diuitibus, quorum haec fenestra domum prospicit?" quo sermone callido deceptus astu et uera quae dicta sunt credens Alcimus, uerens scilicet, ne et ea, quae prius miserat, quaeque postea mi⟨*s*⟩surus foret, non sociis suis, sed in alienos lares *64*

F 140ᵃ. φ 37ᵃ 5 ueſtitū (ū *m. recentior, vid. fuisse* e) φ: ueſṭịte *cf. praef. 54* ueste *v* uesti *Kronenb* liⁿtea *em. ead. m.* uestitum linteo *Hild* uestitu linteo *Haupt* 6 *mare fingit ad Thebas situm ut Plaut. Amph.* 7 tuto *Petsch* 8/9 *cf. 81,1 sqq.* 9 eũ ſẹuũ (φ *sed* ſeçũ) uu *refict., sed vid. id. fuisse* tamen (= tñ) scaeuum *v* eum secutus *Rohde* minus saeuum *Bluemner* eum ⟨secutus minus⟩ saeuum *Novák* secundum *Leo* consonum *He cf. 76,23* consecuum *Heraeus cf. 140,11 169,9 255,18* 10 abducere *v* 11 tuguriolo (φ) *extrem.* o *vid. ex* a *corr.* 12 oblisiſ (φ) ſiſ *al. m. scrips., fuit* ſiˢ 13 altiorem *Pric* 15 [rerum] *Leo cf. 88,19* 19 reculas *v cf. Salv. ad eccl. I 26 IV 44 de gub. d. V 38.42* domuscula *94,25* 22 astu *post* quae *transpon. Leo* ficta *Bluemner* 24 miſuruſ *em. al. m.* alieõſ (eõſ *al. m. ref.*) φ: alienoſ

Oud.

iam certus erroris abiceret, suspendit se fenestra sagaciter perspecturus omnia, praesertim domus attiguae, *quam* dixerat illa, fortunas arbitraturus. quod eum strenue quidem, ⟨*s*⟩et satis inprouide conantem senile illud facinus, quanquam inualido, repentino tamen et inopinato pulsu nutantem ac pendulum et in prospectu alioquin attonitum praeceps inegit. qui praeter altitudinem nimiam super quendam
266 etiam uastissimum lapidem pr*op*ter iacentem decidens perfracta diffusaque crate costarum riuos sanguinis uomens imitus narratisque nobis, quae gesta sunt, non diu cruciatus uitam euasit. quem prioris exemplo sepulturae traditum bonum secutorem Lamacho dedimus. ||

13 Tunc orbitati⟨*s*⟩ duplici plaga petiti iamque Thebanis conatibus abnuentes Plataeas proximam conscendimus ciuitatem. ibi famam celebrem super quo[n]dam Demochare munus edituro gladiatorium deprehendimus. nam uir et
267 genere primarius et opibus pluri*m*us et liberalitate praecipuus digno fortunae suae splendore publicas uoluptates instruebat. quis tantus ingenii, qui⟨*s*⟩ facundiae, qui singulas species apparatus multiiugi uerbis idoneis posset explicare? gladiatores isti famosae manus, uenatores illi probatae pernicitatis, alibi noxii perdita securitate suis
268 epulis bestiarum saginas instruentes; confixil*e*s machinae, sublic⟨*i*⟩ae turres s⟨*tructae*⟩ tabularum nexibus ad instar circumforaneae domus, floridae picturae, decora futurae uenationis receptacula. qui praeterea numerus, | quae facies

---

F 140[ab]. 37[ab]. 1 certuſ (ce *refict., sed vid. id. fuisse*) φ: uirtuſ abiceret *ante* iam certus erroris *transp. Bluemner* 2 attiguant *litt. refict.*, nt *in ras.* φ: attinget quā dixerat *em. v* 3 et (φ) ſet *Oud* 8 p̄t (φ) *em. Iunt* decidenſ (φ) *m. refingentis eff.* rec 9 diffissa *Beroald* 13 orbitati (φ, *sed in mg.* c̊ tis) *infra* petiti — plateaſ *linea ducta* 15 quondā (φ) *em. v* 17 plurib; (φ, *sed em. rec. m. in mg.*) *em. Rohde* 19 q (φ) quis *v* 21 istic — illic *Florid* 23 confixiliſ (φ) *em. Leo* 24 ſublicae (φ) sublimes *Pric* subliciae *Iunt Ald* sublicae ⟨tolerantes⟩ turres s⟨tructas⟩ *He* ſtabularū (φ, *sed* ſ *puncto del.*) s⟨tructae⟩ *Leo*, tabularum nexibus *ante* confix. *transpos. vd Vl*

Oud. *E*

269 ferarum! nam praecipuo studio for*insecus* etiam aduexerat generosa illa damnatorum capitum funera. sed prae⟨*ter*⟩ ceteram speciosi muneris sup[p]ellectilem totis utcumque patrimonii uiribus immanis ursae comparabat numerum copiosum. nam praeter domesticis uenationibus captas, praeter largis emptionibus partas amicorum etiam donationibus uariis certatim oblata⟨*s*⟩ tutela sumptuosa sollicite nutrieba[n]t. nec ille tam clarus tamque splendidus 14

270 publicae uoluptatis apparatus Inuidiae noxios effugit 65
oculos. nam diutina captiuitate fatigatae simul et aestiua flagrantia maceratae, pigra etiam sessione languidae, repentina correptae pestilentia paene ad nullum rediuere numerum. passim per plateas plurimas cerneres iacere semiuiuorum corporum ferina naufragia. tunc uulgus ignobile, quos inculta pauperies sine delectu ciborum tenuato uentri cogit sordentia supplementa et dapes gra-

271 tuitas conquirere, passim iacentes epulas accurrunt. tunc e re nata suptile consilium ego et iste Babulus tale comminiscimur. unam, quae ceteris sarcina corporis ⟨*p*⟩rae‖ualebat, quasi cibo parandam portamus ad nostrum receptaculum eiusque probe nudatum carnibus corium seruatis sollerter totis *un*guibus, ipso etiam bestiae capite

272 adusque confinium ceruicis solido relicto tergus omne rasura studiosa tenuamus et minuto cinere perspersum soli siccandum tradimus. ac dum caelestis uaporis flammis examurgatu*r*, nos interdum pulpis eius ualenter sagi-

---

F 140ᵇ. φ 37ᵇ. 1 forenſiſ (φ) *em. Heins* 2 γῦπες ἔμψυχοι τάφοι (*Longin. de subl. 3,2*) *cft. Leo* p̄ (φ) *em. v* 3 ſuppellectilẽ *cf. 226,21 sed 21,6 126,25 apol. 22* (*25,19*) 4 compararat *Bluemner* 7 oblata (φ) *em. v* 8 nutriebant (φ) *em. v* 10 captiuitate (tate *paene eras., al. m. add.* tate) 11 flagratia (n supra) *em. ead. m.* 12 ⟨bestiae⟩ paene *vd Vl* 13 plurimaſ (φ) plurima *Oud coll. Verg. Aen. II 364* 18 Eubulus *Bursian Rohde* Diabulus *Rohde cf. Sonny Arch. f. lat. Lex. VIII 494 Kauer Stud. Vindob. XXIV* (*1902*) *537 sqq.* 19 reualebat (φ) *em. v* 21 nudato — corio *vd Vl* 22 ∗ūguib; (ū *al. m. scrips., fuit* in) φ: inguib; (*in mg.* c (e supra) unguib;) 26 examurgat; (φ) *em. v*

Oud. *E*

nantes sic instanti militiae disponimus sacramentum, ut
unus e numero nostro, non qui corporis adeo, sed animi
robore ceteris antistaret, atque is in primis uoluntarius,
pelle illa contectus ursae subiret effigiem domumque
Democharis inlatus per opportuna noctis silentia nobis
15 ianuae faciles praestaret aditus. nec paucos fortissimi
273 collegii sollers species ad munus obe[di]*u*ndum adrexerat.
quorum prae ceteris Thras*y*leon factionis optione delectus
ancipitis machinae subi*u*it aleam. iamque habili corio et
mollitie tractabili uultu sereno sese recondit. tunc te|nui
sarcimine summas oras eius adaequamus et iuncturae
rimam, licet gracilem, setae circumfluentis densitate sae- *66*
pimus, ad ipsum confinium gulae, qua ceruix bestiae
fuerat execta, Thrasyleonis caput subire cogimus paruisque
respiratui circa nares et oculos datis foraminibus fortissi-
mum socium nostrum prorsus bestiam factum inmittimus
274 caueae modico prae[de]stinatae pretio, quam constanti
uigore festinus inrepsit ipse. ad hunc modum prioribus
16 inchoatis sic ad reliqua fallaciae pergimus. sciscitati
nomen cuiusdam Nicanoris, qui genere Thracio proditus
ius amicitiae summum cum illo Demochare colebat, litteras
adfi⟨*n*⟩gimus, ut uenationis suae primitias bonus amicus
uideretur ornando muneri[s] dedicasse. iamque prouecta
uespera abusi praesidio tenebrarum Thras*y*leonis caueam
Demochari cum litteris illis adulterinis offerimus; qui
miratus bestiae magnitudinem suique contubernalis oppor-
tuna liberalitate laetatus iubet nobis protinus gaudii sui
gerulis decem aureos, ut ipse habebat, e suis loculis ||

F 140b. φ 87b. 5 inlat; *corr. m. rec. in* ill n°tiſ *em. ead. m.* 7 obediendū (φ) *em. v* 8 thraſileon 9 ſubibit (φ, *in mg. m. recentiss. add.* ᵉ꜀ subiuit) 15 ⟨et obtutui⟩ circa *Leo* 16 ꝑſuſ (r *suprascr.*) *em. ead. m.* 17 p̄deſtinatae (φ) *em. Beroald cf. 246,12* 22 adfigim; (φ) *em. v* 23 muneriſ φ: munere *em. v.* 24 thraſileoniſ 26 oppõtuna *em. ead. m.* 27 prot. nob. *transpos. vd Vl* 28 ut ipse habebat (φ) *indux. al. ut vid. m., scil.* ὥσπερ εἶχεν; *interpretand. potius: 'qua erat liberalitate' quam 'sine mora' (cf. Thuc. II 4,6 III 30,1)*

Oud. *E*

275 adnumerari. tunc, ut nouitas consueuit ad repentinas uisiones animos hominum pellere, multi numero mirabundi bestiam confluebant, quorum satis callenter curiosos aspectus Thras*y*leon noster impetu minaci frequenter inhibebat; consonaque ciuium uoce satis felix ac beatus Demochares ille saepe celebratus, quod post tantam cladem ferarum nouo prouentu quoquo modo fortunae resisteret, iubet 276 noualibus suis confestim bestiam [iret iubet] summa cum diligentia reportari. sed suscipiens ego:

"Caueas", inquam, "domine, fraglantia solis et itineris 17 spatio fatigatam coetui multarum et, ut audio, non recte ualentium committere ferarum. quin potius domus tuae patulum ac perflabilem locum, immo et lacu aliquo conterminum refrigerantemque prospicis? an ignoras hoc genus 277 bestiae lucos consitos et specus roridos et fontes amoenos semper incubare?"

Talibus monitis Demochares perterritus numerumque perditorum secum recensens non difficulter adsensus, ut 67 ex arbitrio nostro caueam locaremus, facile permisit. "sed et nos", inquam, "ipsi parati sumus hic ibidem pro cauea ista excubare noctes, ut aestus et uexationis incommodo bestiae fatigatae et cibum tempestiuum et potum solitum accuratius offeramus."

"Nihil indigemus labore isto uestro", respondit ille, "iam paene tota familia per diutinam consuetudinem nutriendis ursis exercitata est."

Post haec ualefacto discessimus et portam ciuitatis 18 egressi monumentum quoddam conspicamur procul a uia remoto et abdito loco positum. ibi capulos carie et uetu-

F 141ª. φ 37ᵇ38ª. 4 thrafileon n̄r* φ: n̄r 6 celebratur *vd Vl* 8 ire* (*eras. vid.* t) φ: ar& (ⁱ *al. m. add., in mg. al. ut vid. m.* ire) inmitterent *vd Vl* iret iubet *ex v. 7 falso repetit. del. Luetj cf. praef. 51* 8/9 iubet—reportari *del. Oud* 9 reportari (φ) deportari *vd Vl* 10 fraglantia *cf. 99,7 109,20 137,10 Woelfflin Arch. f. lat. Lex. IV 9*
13 aliquoi *Oud cf. 156,3* contermino (*del.* que) *Leo*
18 perditarum *v* secum ⟨animalium⟩ *vd Vl* 24 ℞ (φ) *i. e.* respondit 27 *hec φ: h̄ 29 pofitō *em. ead. m.* φ: pofitū

Oud. *E*

278 state semitectos, quis inhabitabant pulverei et iam cine-
rosi mortui, passim ad futurae praedae receptacula rese-
ramus et ex disciplina sectae seruato noctis inlunio tem-
pore, quo somnus obuius impetu primo corda mortalium
ualidius inuadit ac premit, cohortem nostram gladiis ar-
matam ante ipsas fores Democharis uelut expilationis
uadimonium sistimus. nec setius Thras*y*leon examus⟨*s*⟩im
capto || noctis latrocinali momento prorepit cauea statim-
que custodes, qui propter sopiti quiescebant, omnes ad
unum, mox etiam ianitorem ipsum gladio conficit clauique
subtracta fores ianuae repandit nobisque prompte con-
uolantibus et domus alueo receptis demonstrat horreum,
ubi uespera sagaciter argentum copiosum recondi uiderat.
279 quo protinus perfracto confertae manus uiolentia, iubeo
singulos commilitonum asportare, quantum quisque poterat
auri uel argenti, et in illis aedibus fidelissimorum mor-
tuorum occultare propere rursumque concito gradu recur-
renti⟨*s*⟩ sarcinas iterare; quod enim ex usu foret omnium,
me solum resistentem pro domus limine cuncta rerum
exploraturum sollicite, dum redirent. nam et facies ursae
280 mediis aedibus discurren*t*is ad proterrendos, siqui de fa-
milia forte ⟨*e*⟩uigilassent, uidebatur opportuna. quis 68
enim, quamuis fortis et intrepidus, immani forma tant*ae*
bestiae, noctu praesertim uisitata non se ad fugam statim
concitaret, non obdito cellae pessulo pauens et trepidus
19 sese cohiberet? his omnibus salubri consilio recte dispo-
sitis occurrit scaeuus euentus. namque dum reduces socios
nostros suspensus opperior, quidam seruulum st⟨*r*⟩epitu[s]

F 141ᵃ. φ 38ᵃ. 1 semiconfectos *vd Vl* semiretectos *Plasberg* 4 quo∗ (*eras.* ſ) φ: qua 6 uelut *lit. redintegr. m. rec. mut. in* uelud 7 thraſileon examuſim (φ) *em. v* 12 albeo (b *corr. in* u *ead.*[?] *m.*) 14 cfarte (φ) 16 sedibus *Brant* 17 recurrenti φ: recurrenteſ *mut. in* ti recurrentes *v* -tis *Hild*

21 diſcurrendiſ (φ, *in mg. al. m. add.* $\overset{e}{c}$ tiſ) ſiqd e φ: ſiqſe (ſ *al. m. corr. in* d) 22 uigilaſſent (φ) *em. Stewech* 23 tanta (φ) *em. m. rec.* 28 ſeruulũ (φ) seruulus *Novák fort. recte coll. 229,10 231,22* ſtẽpit; ſcilic& (ᵐ *et linea*

281 scilicet ⟨*uel*⟩ diuinitus inquietus proserpit leniter uisaque bestia, quae libere discurrens totis aedibus commeabat, premens obnixum silentium uestigium suum replicat et utcumque cunc|tis in domo uisa pronuntiat. nec mora, cum numerosae familiae frequentia domus tota completur. taedis, lucernis, cereis, sebaciis et ceteris nocturni luminis instrumentis clarescunt tenebrae. nec inermis quisquam de tanta copia processit, sed singuli fustibus, lanceis, destrictis denique gladiis armati muniunt adit*us*. nec secus canes etiam uenaticos auritos illos et horricomes ad comprimendam bestiam cohortantur. tunc ego sensim gliscente 20
adhuc illo tumultu retrogradi fuga domo facesso, sed plane Thras*y*leonem mire canibus repugnantem, latens pone ianuam ipse, prospicio. quamquam enim uitae metas ultimas obiret, non || tamen sui nostrique uel pristinae uirtutis oblitus iam fa⟨*u*⟩cibus ipsis hiantis Cerberi reluctabat. scaenam denique, quam sponte sumpserat, cum
282 anima retinens nunc fugiens, nunc resistens uariis corporis sui schemis ac motibus tandem domo prolapsus est. nec tamen, quamuis publica potitus libertate, salutem fuga quaerere potuit. quippe cuncti canes de proximo angiportu satis feri satisque copiosi uenaticis illis, qui commodum domo similiter insequentes processerant, se ommisce[u]nt agminatim. miserum funestumque spectamen

---

infra add. alio atramento) φ: ſtrepit⁹ ſcit *em. v* ⟨uel⟩ *He cf. 72,19 190,7* ⟨an⟩ *Voss* ⟨cognito uel⟩ *Giarr coll. 218,5 235,23* strepitu .scil. diutino *Stewech* strep. scil. *del. Wower* *cf. Hom. Od. IX 3?9*

F 141ᵃᵇ φ 38ᵃ 8 *cf. 82,7* 9 aditiſ (φ, *add.* c̊ tuſ *ab al. m.*) ſecuſ (φ) c *corr. in* ti *al. m.* 10 & a (a *induct.*) φ: & 11 gliſcente* (ſ *ex* c *ead. m. eff., eras. vid.*˜) φ: gliſcn̄te 12 domo (φ) *pro* m *scripturus fuisse vid.* l 13 thraſileonē 16 facib; (φ) *em. v* 17/8 c. anima *i. e. dum spirat cf. 90,14* 23 ciuilit̃ (*in mg. m. vet.* ſimilit̃, *quod. m. recentior etiam in textu reposuit*) φ: ſimilit̄ process. *post* domo *transpos. vd Vl* 23/24 ſe* ommiſceunt (*eras.* d) φ: ſeſe ommiſcent (ᵘ *al. m. add., in mg. al. m.* c̊ 9miſcent) se obmis-

Oud. E

aspexi, Thrasyleonem nostrum cateruis canum saeuientium
cinctum atque obsessum multisque numero morsibus lania-
tum. denique tanti doloris impatiens populi circumfluentis 69
turbelis immisceor et in quo solo poteram celatum auxi-
283 lium bono ferre commilitoni, sic indaginis principes
dehortabar: "o grande", inquam, "et extremum flagitium,
21 magnam et uere pretiosam perdimus bestiam." nec tamen
nostri sermonis artes infelicissimo profuerunt iuueni; quippe
quidam procurrens e domo procerus et ualidus incunctanter
lanceam mediis iniecit ursae praecordiis nec secus alius
et ecce plurimi, iam timore discusso, certatim gladios
etiam de proximo congerunt. enimuero Thrasyleon egre-
gium decus nostrae factionis tandem immortalitate digno
illo spiritu expugnato magis quam patientia neque cla-
more ac ne ululatu quidem fidem sacramenti | prodidit,
sed iam morsibus laceratus ferroque laniatus obnixo
mugitu et ferino fremitu praesentem casu⟨*m*⟩ generoso
uigore tolerans gloriam sibi reseruauit, uitam fato reddidit.
tanto tamen terrore tantaque formidine coetum illum tur-
bauerat, ut usque diluculum, immo et in multum diem
nemo quisquam fuerit ausus, quamuis iacentem, bestiam
284 uel digito contingere, nisi tandem pigre ac timide quidam
lanius paulo fidentior utero bestiae resecto ursae magni-
ficum despoliauit latronem. sic etiam Thrasyleon nobis

---

cent *aut* commiscent *v* *cf. Weyman Arch. f. lat. Lex. IX 138 apol. 40,1 113,22.*

F 141^{b}. φ 88^{a}. 1 thraſileonĕ 2 morſib; (r *ex* ſ, b *ut vid. ex* u *corr. ead. m., post* b *eras.*[9]) 4 in *del. vdVl* celatim *Lips* 11 gladi*ſ (*erasa* i *em. ead. m.*) φ: gladioſ 12 c̄gerũt | rit (ıt *in priore versu vid. postea addit.*, rit *induct.*) φ: cōgerunt ingerunt *vdVl* 14 *spiritus potius quam patientia desinit cf. 168,24 sq.* neque . . . ac ne *cf. 96,20 sq.* 15 ululatu (φ) *altera* u *in ras.* 17 caſũ (φ) *virgulam vid. al. m. addidisse* 23 lani^{9} (φ) i^{9} *al. m. scr., sed vid. fuisse* inſ ursae *scil. ad* bestiae *addit. del. Roald* ursa *Pric* ursae magnifico corio *Luetj dativ. defend. Petsch coll 52,7 sq., 276,26 cft. Prescott festivitate cognita* 23 magnificũ (φ) ũ *ex* o *fort. ead. m. corr., sed refict. vid.* ursae magn. ⟨mimum⟩ *Plasberg*

periuit, sed a gloria non periuit. confestim itaque con-
strictis || sarcinis illis, quas nobis seruauerant fideles mor-
tui, Plataeae terminos concito gradu deserentes istud apud
nostros animos identidem reputabamus merito nullam
fidem in uita nostra repperiri, quod ad manis iam et
mortuos odio perfidiae nostrae demigrarit. sic onere
285 uecturae simul et asper⟨*itat*⟩e uiae toti fatigati tribus co-
mitum desideratis istas, quas uidetis, praedas adueximus.' 70

Post istum sermonis terminum poculis aureis memo- 22
riae defunctorum commilitonum uino mero libant, dehinc
canticis quibusdam Marti deo blanditi paululum con-
quiescunt. enim nobis anus illa recens ordeum adfatim
et sine ulla mensura largita est, ut equus quidem meus
tanta copia et quidem solus potitus sali⟨*ar*⟩||es se ce-
nas ⟨*cenare*⟩ crederet. ego uero, numquam alias hordeo *crudo*
286 *cibatus*, ⟨*sed tu*⟩sum minutatim et diutina co*qu*itatione iuru-
lentum semper esse ⟨*solitus, inte*⟩rim rimatus angulum, quo

F 141b. φ 38b. 1 perimitur, sed *v* 6/7 one reuecturae (φ) *recte distinx. al. m.* 7 aspere (φ) *em. Vulc* 8 deſi|deratiſ (deſi *indux. al. m., quae refingendis litteris in altero versu eff.* deſertiſ) φ: deſideratiſ (*in mg. add.* c̊ deſertiſ) *v. Caes. b. Gall. VII 51,4 b. civ. I 51,6 III 71,1 al.* 12 et *m. rec.; quid fuerit, non dispicio* φ: ēnı ** enimvero *Luetj cf. 81,3* 13 largıa ē *em. ead. m.* 14/5 ſalieſ ſe cenaſ*****crederet (*in lac. quattuor vel sex litterar. capaci m. rec. add.* ſe) φ: ſalieſ ſe cenaſſe * crederet (*in mg.* ſalieſ) Saliares *v cf. 162,9 219,23* cenas se cenasse *Luetj* se cenasse cenas *vdVl* cenas se ⟨habere⟩ *Novák* se cenas ⟨cenare⟩ *He* 15 mero *Hild* nūquā (nū *in lac. add. m. rec.*) (φ) *cf. 74,18* quamquam *Colv* quum numquam *Oud* qui numquam *Novák* 15/16 hordeo (o *ref.*) cibatuſſū (ciba *m. rec. in lac.*) minutatı̄ & φ: ordeum (*corr. al. m. ex* -deo) tūſſum minutatı̄ & *suppl. He* hordeo ⟨crudo pransus, cum adhuc⟩ tunsum . . . semper essem *Luetj* hordeum ⟨nisi⟩ tunsum *Oud vdVl* ⟨cum⟩ minutatum *Salm* numquam a. hordeum nisi t. m. e. d. c. i. expertus, sero *Leo* hordeo cibatus sum ⟨integro, sed tunsum⟩ minutatim . . . esse ⟨consueram⟩ *Novák* 16 tunsum *v cf. Neue Lat. Formenl.*[3] *III 552 cf. 173,15 209,7 232,4* cogitatione (φ) *em. Salm* 17 eſſerı̄ φ: eſſe essem *Oud* esse ⟨solitus⟩ *vdVl* ⟨solitus inte⟩rim *He*

Oud. *E*

287 panes reliquiae totius multitud⟨*in*⟩is congestae fuerant,
fauces diutina fame saucias et araneantes ualenter exerceo.
et ecce nocte promota latrones expergiti castra commouent
instructique uarie, partim gladiis arma⟨*ti*, *par*⟩tim in
Lemures reformat⟨*i*⟩ concito se gradu proripiunt. nec
me tamen instanter ac fortiter manducantem uel somnus
imminens impedire potuit. et quamquam prius, cum
essem Lucius, unico uel secundo pane contentus mensa
decederem, tunc uentri tam profundo seruiens | iam ferme
tertium qualum rumigabam. huic me operi attonitum
23 clara lux oppressit. tandem itaque asinali uerecundia
288 ductus, aegerrime tamen digrediens riuulo proximo sitim
lenio. nec mora, cum latrones ultra ⟨*modum*⟩ anxii atque
solliciti remeant, nullam quidem prorsus sarcinam uel
omnino, licet uilem, laciniam ferentes, sed tantum gladiis
⟨*totis*⟩, totis manibus, immo factionis suae cunctis uiribus
289 unicam uirginem fil[i]o liberalem et, ut matronatus eius
indicabat, summatem re[li]gionis, puellam mehercules et
asino tali concupiscendam, maerentem et crines cum ueste
sua lacerantem aduehebant. eam simul intra speluncam
⟨*ducunt*⟩ uerbisque quae dolebat minora fa||cientes sic
adloquuntur: 'tu quidem salutis et pudicitiae secura breuem 71
patientiam nostro compendio tribue, quos ad istam sectam
paupertatis necessitas adegit. parentes autem tui de

F 141[b] 142[a]. φ 38[b]. 1 paneſ φ: paniſ panes *def. Petsch coll. Draeger Hist. Synt. I 167 sq. cf. 79,26* multitudiſ *em.* φ 4 armatĩ (φ) ˜ *eras.* arm. ⟨partim⟩ *Elmenh.* ⟨alii⟩ *Rossbach* 4/5 in lemureſ reformat (φ) *al. m. indux.* 5 ſe *ead. m. supra lin. add.* φ: ſe 7 & quã quã (*em. ead. m.*) 10 attentum *Colv cf. 166,1 206,22, sed Thes. l. Lat. II 1157* 13 ultra *def. Stangl interpret. 'satis'* ultro *v* retro *Wasse* uultu *Petsch* ultra ⟨modum⟩ *Haupt* ⟨solitum⟩ *vd Vl* ⟨morem⟩ *He* 15/16 tantum] tantis *Kronenb* ⟨totis⟩ gladiis *vir doct. in mg. Iunt.* gl. ⟨totis⟩ *Löfstedt* cinctam *hic intercidisse putat Oud* 17 filio (φ) *em. ed. Basil* 18 religioniſ (φ) *em. v* 19 tali *del. Bursian* 20 i. sp. ⟨ducunt⟩ *Haupt* i. sp. ⟨intrauerunt, deponunt⟩ *Luetj* ⟨condunt⟩ *Walter* ⟨claudunt⟩ *Brakman; ellipsin def. Kronenb*

Oud. *E*

tanto suarum diuitiarum cumulo, quamquam satis cupidi,
tamen sine mora parabunt scilicet idone*am* sui sanguinis
redemptionem.'

290 His et his similibus blateratis necquicquam dolor se- 24
datur puellae. quidni? quae inter genua sua deposito
capite sine modo flebat. at illi intro uocatae anui prae-
cipiunt, adsidens eam blando, quantum posset, solaretur
alloquio, seque ad sectae sueta conferunt. nec tamen
puella quiuit ullis aniculae sermonibus ab inceptis fletibus
auocari, sed a⟨*l*⟩*t*ius eiulans sese et assiduis singultibus
ilia quatiens mihi etiam lacrimas excussit. ac sic: 'an
ego', inquit, 'misera, tali domo, tanta familia, tam cari⟨*s*⟩
uernulis, tam sanctis parentibus desolata et infelicis ra-
pinae praeda et mancipium effecta inque isto saxeo car-
cere seruiliter clausa et omnibus deliciis, quis innata atque
innutrita *sum*, priuata sub incert*o* salutis et carni-
ficinae lani[g]ena inter tot ac tales latrones et horrendum
291 gladiatorum populum uel fletum desinere uel omnino
uiuere potero?'

Lamentata sic et animi dolore et faucium tundore et
corporis lassitudine iam fatigata marcentes oculos d*e*misit
ad soporem. a*t* commodum coniuerat nec diu, cum re- 25

F 142ᵃ. φ 38ᵇ. 2 ilicet *Colv* idoneã (a *ab al. m. script., vid. fuisse* u) φ: idoneũ (*in mg. m. recentiss.* eam) 4 necq̊q̃ã (o u *superscr.*) φ: neqquã *cf. 24,10* nequaquam *Haupt; sed conantur frustra sedare dol.* 5 puellæ *ut vid.* (*m. rec. eff.* puelle) 6 intro (φ) o *corr. ex* a *ead. m.* 10 aciuſ (c *vid. corr. ex* l) φ: auͦtiuſ (ͦ *add. m. recentiss., al. m. in mg.* aucti⁹) altius *v cf. 49,18 94,5 98,7* heiulanſ (φ) *sed* h *eras.* 11 ilia (φ) *ex* illia *corr. ead. m.* 12 cariſ (φ) ſ *postea add.* 15 quiſ (φ) ſ *al. m. corr.* in b; 16 ſĩ *em. v* incerta (φ) *em. Beroald* s. incerta s. ⟨spe⟩ *Walter* sub *ante* carn. *transpos. vd Vl* 17 lanigena *delet.* g *ab al. m.* (φ) 20 sic lamentata *Kirchhoff* tundore (t *in ras. al. m., sed fuit*) tumore *Bluemner* 21 dimiſit (φ) *em. Pric* 22 . an (φ, *al. m. in mg. add.* cͤ iam) *del. vdVl* iam *v* at *He cf. eund. errorem 175,11 praef. 42*

Oud. E

pente lymphatico ritu so|mno recussa . . . . . longeque uehementius adflictare sese et pectus etiam palmis infestis tundere et faciem illam luculentam uerberare incipit et aniculae, quanquam instantissime causas noui et instaurati maeroris requirenti, sic adsuspirans altius infit: 'em nunc certe, nunc maxime funditus perii, nunc spei salutiferae renuntiaui. laqueus aut gladius aut certe praecipitium procul dubio capessendum est.'

Ad haec anus iratior dicere eam saeuiore iam uultu
292 iubebat, quid, malum, || fleret uel quid repente postliminio 72
pressae quietis lamentationes licentiosas refricaret. 'nimirum', inquit, 'tanto compendio tuae redemptionis defraudare iuuenes meos destinas? quod si pergis ulterius, iam faxo lacrimis istis, quas parui pendere latrones consuerunt, insuper habitis uiua exurare.'

26 Tali puella sermone deterrita manu⟨s⟩que eius exosculata: 'parce', inquit, 'mi parens, et durissimo casui meo pietatis humanae memor subsiste paululum. nec enim,
293 ut reor, aeuo longiore maturatae tibi in ista sancta canitie miseratio prorsus exaruit. specta denique scaenam meae calamitatis. speciosus adolescens inter suos principalis, quem filium publicum omnis sibi ciuitas cooptauit, meus alioquin consobrinus, tantulo triennio maior in aetate, qui mecum primis ab annis nutritus et adultus indiuiduo contubernio domusculae, immo uero cubiculi torique, sanctae caritatis adfectione mutuo mihi pigneratus uotisque nuptia-

---

F 142ᵃ. φ 38ᵇ 39ᵃ. 1 lſphatico (φ) *ante* l *eras. vid.* 1 recussa ⟨denuo plorare⟩ *vdVl* ⟨d. pl. puella⟩ *Vollgraff* ⟨est⟩ *Luetj* ⟨lumina circumferre⟩ *He* ⟨longe⟩ *Kronenb* longe [que] *Kroll* 3 truculenter *Petsch* 5 ⟨nihil respondens⟩ sic *vdVl* 10 *cf. apol. 8 (9,13)* 11 replicar& (pli *al. m. in ras. scrips., vid. fuisse* fri [*Rob*]) φ: refricaret 15 **|īſup (*eras.* in) φ: īſup 16 manūq; (¯, *ut forma docet, al. m. add.*) φ: manuq; *em. He cf. 48,10, aliter 270,16* 19 matate (*praeter* ma *litt. refict. aut script. ab al. m.*) φ: mature 21 principaleſ (φ) *em. v* 28 *cf. 25,16* 22 coaptauit (φ) *em. v* 26 mutua *Pric*

Oud. *E*
libus pacto iugali pridem destinatus, consensu parentum
tabulis etiam maritus nuncupatus, ad nuptias officio fre-
294 quenti cognatorum et adfinium stipatus templis et aedibus
publicis uictimas immolabat; domus tota lauris obsita,
taedis lucida constrepebat h*y*menaeum; tunc me gremio
suo mater infelix tolerans mundo nuptiali decenter orna-
bat mellitisque sauiis crebriter ingestis iam spe⟨*m*⟩ futu-
295 ra⟨*m*⟩ liberorum uotis anxiis propagabat, cum inruptionis
subitae gladiatorum ⟨*fit*⟩ impetus ad belli faciem saeuiens,
nudis et infestis mucronibus coruscans: non caedi, non
rapinae manus adferunt, | sed denso conglo*b*atoque cuneo
cubiculum nostrum inuadunt protinus. nec ullo de fami-
liaribus nostris repugnante ac ne tantillum quidem resi-
stente misera⟨*m*⟩, exanimem saeuo pauore, trepido de 14
medio matris gremio rapuere. sic ad instar Attidis uel 73
296 Protesilai dispectae disturbataeque nuptiae. sed ecce sae- 27
uissimo somnio mihi nunc etiam redintegratur, immo uero
cumulatur || infortunium meum; nam uisa sum mihi de
domo, de thalamo, de cubiculo, de toro denique ipso
297 uiolenter extracta per solitudines auias infortunatissimi
mariti nomen inuocare eumque, ut primum meis ample-
xibus uiduatus est, adhuc ungentis madidum, coronis
floridum consequi uestigio me pedibus fugientem alienis.
utque clamore percito formonsae raptum uxoris conquerens
populi testatur auxilium, quidam de latronibus importunae

F 142[ab]. φ 39[a]. 1 ⟨erat⟩ destinatus *vd Vl* 5 himeneū (φ) 7 ſabiiſ (b *in* v *mut. ead. m.*) 7 ſpe futura φ: ſpē fu*t*a *al. m.* a *corr. in* ā 9 ⟨fit⟩ *He* 10 infertiſ (φ) insertis *Beroald* infestis *Sciopp* *post* coruscans *distinx. He* 11 conglobatoq; b *ex* u *corr. al. m.* (φ) 14 miſera (φ) *al. m. corr.* ā miseram ⟨me⟩ *Bluemner* ⟨me⟩ miseram *vd Vl* trepido (φ, *sed* str-) trepidam *Oud* trepidae *Wower* ⟨et⟩ trepidam? *He* 15 attidiſ (φ) *def. Bursian coll. Paus. VII 17,9 sqq. Arnob. V 5 sqq.* Atracidis *Beroald* Atyis *Kiessling* 16 diſpectę (φ) *def. Leo Anal. Plaut. II 33* dispestae *v* ſeuiſſimo *post* o *eras.* ſ 19 de cubiculo *del. Weyman cf. 94,25* 22 ungentiſ φ: unguenti[s] 23 consequi uest. *post* alienis *transpos. vd Vl*

Oud. *E*

persecutionis indignatione permotus saxo grandi pro pedibus *ad*repto misellum iuuenem maritum meum percussum interemit. talis aspectus atrocitate perterrita somno funesto pauens excussa sum.'

Tunc fletibus eius adsuspirans anus sic incipit: 'bono animo esto, mi erilis, nec uanis somniorum figmentis
298 terreare. nam praeter quod diurnae quietis imagines falsae perhibentur, tunc etiam nocturnae uisiones contrarios euentus nonnumquam pronuntiant. denique flere et uapulare et nonnumquam iugulari lucrosum prosperumque prouentum nuntiant, contra ridere et mellitis dulciolis uentrem saginare uel in uoluptatem ueneriam conuenire
299 tristitiae animi, languori corporis damni⟨*s*⟩que ceteris
*uiam d*atum iri praedicabant. sed ego te n*a*rrationibus
300 lepidis anilibusque fabulis protinus auocabo', et incipit:

28 'Erant in quadam ciuitate rex et regina. hi[i] tres numero filias forma conspicuas habuere, sed maiores quidem natu, quamuis gratissima specie, idonee tamen celebrari posse laudibus humanis credebantur, at uero puellae iunioris tam praecipua, tam praeclara pulchritudo nec exprimi ac ne sufficienter quidem laudari sermonis hu|mani
penuria poterat. multi denique ciuium et aduenae co- *74*
piosi, quos eximii spectaculi rumor studiosa celebritate congregabat, inaccessae formonsitatis admiratione stupidi

---

F 142[b]. φ 39[ab]. 1 indignatione (φ) e *ex* iſ *em. ead. m.* 2 abrepto (φ) *cf. 21,4 56,11* 5 an; (φ) *post* ; *litt. eras. antea induct.* 6 *cf. 214,22* 7 t͂rę are|nā̆ *al. m. recte distinx.* 10 nonnumquam *del. Salm* 13 triſtitię triſtitie *v* languori φ: langori languore *Colv* languoris — damnique ceteri *Hild ut genet. ab* anxiat. *pendeat* dāniq; *em. v* 14 ut̄ axatū iri (φ, *sed* ł *pro* ut̄) *al. m. corr.* āxa (i superscr.) delassatum *Lips* uel anxiatum *aut* (te *Leo*) uexatum *Beroald* taxatum *Rohde* uiam datum *He cf. 273,17* praedicabant φ: praedicant *cf. 52,18* praedicunt *cod. Dorv.* praedicarent *Leo* praedicabunt *He cf. Blase Hist. Gramm. d. lat. Sp. III 1,121*
14 tener rationib; (φ, *sed em. in mg. m. rec.*) *m. rec. mut. in* te*et r. 15 fabuliſ (φ) b *ex* u *corr.* 16 hii 20/21 *cf. 90,14 sq.*

Oud. *E*

et admouentes oribus suis dexteram pri⟨*m*⟩ore digito in erectum pollicem residente ⟨*ea*⟩m ut ipsam prorsus deam
301 Venerem religiosis ⟨*uenerabantur*⟩ || adorationibus. iamque proximas ciuitates et attiguas regiones fama peruaserat deam, quam caerulum profundum pelagi peperit et ros spumantium fluctuum educauit, iam numinis sui passim tributa uenia in mediis conuersari populi coetibus, uel certe rursum nouo caelestium st*i*llarum germine non maria, sed terras Venerem aliam uirginali flore praeditam pullulasse. sic immensum procedit in dies opinio, sic insulas **29** iam proxumas et terrae plusculum prouinciasque plurimas
302 fama porrecta peruagatur. iam multi mortalium longis itineribus atque altissimis maris meatibus ad saeculi specimen gloriosum confluebant. Paphon nemo, Cnidon nemo ac ne ipsa quidem C*y*thera ad conspectum deae Veneris nauigabant; sacra di*f*[prae]feruntur, templa deformant⟨*ur*⟩, puluinaria p*ro*feruntur, caerimoniae negleguntur; incoronata simulacra et arae uiduae frigido cinere foedatae.
303 puellae supplicatur et in humanis uultibus deae tantae numina placantur, et in matutino progressu uirginis uictimis et

---

F 142ᵇ. φ 39ᵇ. 1 pore (φ) primore *Colv* 2 reſidentē (*φ, sed lineol. eras.*) residente eam *He* 3 uenerē* (*lineol. in ras. al. m. add.*) φ: uenerē uenerare *Petsch* adorationib; (*m. recentiss. superscrips.* credēnt) ⟨uenerabantur⟩ *post* Venerem *add. Crusius, post* ador. *v, post* religios. *ut in confinio columm. omiss. He cf. Fulg. 67,2 sq. H. Plaut. Poen. 278* ⟨adorabant⟩ adorationibus *Rossbach* ad. ⟨percolebant⟩ ? *He cf. 123,8 131,9 139,15 270,1* 6 ⟨uisui⟩ passim *Beck* 8 nouo (*poster.* o *in ras. fort. ex* a *corr.*) φ: noua ſtellarũ (φ) *em. Jahn* 10 Immſũ (*al. m. corr.* Inimſũ) φ: imſũ 11 per extimas *Rohde cf. Tac. ann. XII 36,4* proxumas *et* prou. plur. *del. Leo* 12 ⟨late⟩ *vel* ⟨latius⟩ porrecta *Weyman cf. 106,9* prouecta *Draheim* 13 latissimis *Oud* 14 *cf. 245,13 sq.* 15 cithera 16 die pferuntur (φ) dia *hoc uno loco ap. Apul. legeretur* deae *v* differuntur *He* deseruntur *Colv* praetereuntur *Hild* praetermeantur *Weyman* deformant (φ) *em. v* 17 pferunt (φ) perteruntur *Hild* proteruntur *Salm* deseruntur *Ald* spernuntur *vdVl* puluerantur *Friedländer* perforantur *Thom* proferuntur *i. e. procrastinantur He* prosternuntur *Wissowa*

Oud. *F*

epulis Veneris absentis nomen propitiatur, iamque per plateas commeantem populi frequenter floribus sertis et solutis adprecantur.

Haec honorum caelestium ad puellae mortalis cultum inmodica translatio uerae Veneris uehementer incendit animos et inpatiens indignationis capite quassanti fremens
30 altius sic secum disserit: "en rerum naturae prisca parens, en elementorum origo initialis, en orbis totius alma Venus, quae cum mortali puella partiario maiestatis honore tractor
et nomen meum caelo conditum terrenis sordibus profa- *75*
natur! nimirum communi numinis piamento uicariae uenerationis incertum sustinebo et imaginem meam circum-
304 fer[r]et puella moritura. frustra me pastor | ille, cuius iustitiam fidemque magnus comprobauit Iuppiter, ob eximiam speciem tantis praetulit deabus. sed non adeo gaudens ista, quaecumque est, meos honores usurpa*b*it: iam faxo ⟨*eam*⟩ huius || etiam ipsius inlicitae formonsitatis paeniteat."

Et uocat confestim puerum suum pinnatum illum et satis temerarium, qui malis suis moribus contempta disciplina publica, flammis et sagittis armatus, per alienas domos nocte discurrens et omnium matrimonia corrumpens impune committit tanta flagitia et nihil prorsus boni facit. hunc, quanquam genuina licentia procacem, uerbis quoque insuper stimulat et perducit ad illam ciuitatem et Psy-
305 chen — hoc enim nomine puella nuncupabatur — coram

F 142[b] 143[a]. φ 39[b]. 1 numen *Colv* 2 frequentes *Iunt* 8 totius ⟨domina⟩ *vd Vl* 9 quae *del. Oud cf. 134,24 144,5* 11 communi ⟨cum homine⟩ *Traube* 12 incestum *Haupt* ſuſtibo (ne *superscr.*) *em. ead. m. et* φ circūferre* *corr. ex* -ferr& φ: circūferre circumferet *v* 13 puellā moriturā (φ) *virgulas add. al. m.* 16 horeſ (no *superscr.*) *em. ead. m. et* φ uſurpauit (φ) usurpauerit (*Thom coll. Verg. A. IX 785 Iuv. I 3*) *vel* usurparit *Oud* usurpabit *v* 17 ⟨eam⟩ *He cf. 11,21 78,21 127,9;* ipse etiam *7,17 61,2 76,4;* hic ipse *127,13 191,13; scil. non modo honorum, sed etiam pulchritudinis* etiâ (φ) eam *Jahn* etiam ipsam *Rossbach* inclitae *Crusius* 24 quāquā (*prius compend.* ˜ *del. et* ᵘ *add. ead. ut vid. m.*)

Oud. *E*

ostendit et tota illa perlata de formonsitatis aemulatione
fabula gemens ac fremens indignatione: "per ego te", in- 31
quit, "maternae caritatis foedera deprecor, per tuae sagit-
tae dulcia uulnera, per flammae istius mellitas uredines,
306 uindictam tuae parenti, sed plenam tribue et in pulchri-
tudinem contumacem *seueriter* uindica idque unum et pro
omnibus unicum uolens effic*e*: uirgo ista amore fraglan-
tissimo teneatur hominis extremi, quem et dignitatis et
patrimonii simul et incolumitatis ipsius Fortun*a* damna-
uit, tamque infi[r]mi, ut per totum orbem non inueniat
miseriae suae comparem."

Sic effata et o⟨*s*⟩culis hiantibus filium diu ac pressule
307 sauiata proximas oras reflui litoris petit plantisque roseis
uibrantium fluctuum summo rore calcat*o* ecce iam pro- 76
fund*um* maris sudo resedit uertice, et ipsum quod incipit
uelle; et statim, quasi pridem praeceperit, non moratur
marinum obsequium: adsunt Nerei filiae chorum canentes
308 et Portunus caerulis barbis hispidus et grauis piscoso sinu
Salacia et auriga paruulus delfini Palaemon; iam pa*s*sim
309 maria persultantes Tritonum cateruae hic concha sonaci
leniter bucinat, ille serico tegmine flagrantiae so⟦l⟧is ob-
sis⟦t⟧it inimici, alius sub oculis dominae speculum progerit,

---

F 143ᵃ. φ 39ᵇ. 1 prolata *Wower* 3 deprecor *del. Stewech sed cf. 130,7* 6 reuerent̃ (φ) *em. Brant coll. Fulg. 67,5 H. cf. 47,16 54,28* seueriter et saeuienter *Plasberg coll. Plaut. Trin. 825* prae *v cf. Verg. Aen. III 435* 7 effici (φ) *em. v* φ: flagrantiſſimo *cf. 87,10* 9 fortuna (a *al. m. ut vid. corr. ex* ę) φ: fortunę (*corr. al. m.*) 10 infirmi (φ) *em. v cf. 122,2 sq. Suet. Cal. 35,3* 12 oculiſ (φ) *em. v cf. 67,1 121,17* 13 ſabiata (b *ex* u *al. m. corr.*) licoris *Rohde cf. 54,1; Verg. georg. II 44 Aen. III 396 Tac. ann. II 78* 14 calcatũ (φ) *corr. in* —to ecce *prior* e *in ras.* calcato en ecce *He cf. 197,16 244,3 277,24* profundi (φ) *em. Koehler cf. 97,5* 15 ſudore ſedit *recte distinx. al. m.* (φ) *cf. Verg. Aen. V 820 sqq.* 16 *graviter distinx. He* &] ei *Jahn cf. 105,2* en *Oud* id *Cast del. Rossbach* statim et *Korompay* 17 mar. ⟨uulgus⟩ *Wissowa cf. 238,7* nerei *corr. ex* medei (φ) 18 piſcoſo (φ) ſo *ex* ſu *corr. ead. m.* 19 ſalaci* *em. ead. m.* parſı̃ (φ) *em. v* 20 persulcantes *v* 22 inimici (φ) *indux. al. m.*

Oud. *E*

curru biiuges alii subnatant. talis ad Oceanum pergentem Venerem comitatur exercitus.

32 Interea || Psyche cum | sua sibi perspicua pulchritudine nullum decoris sui fructum percipit. spectatur ab omnibus, laudatur ab omnibus, nec quisquam, non rex, non regius, nec de plebe saltem cupiens eius nuptiarum petitor accedit. mirantur quidem diuinam speciem, sed ut simulacrum fabre politum mirantur omnes. olim duae maio- *310* res sorores, quarum temperatam formonsitatem nulli diffamarant populi, procis regibus desponsae iam beatas nuptias adeptae, sed Psyche uirgo uidua domi residens deflet desertam suam solitudinem aegra corporis, animi sau[da]cia et quamuis gentibus totis complacitam odit in se suam formonsitatem. sic infortunatissimae filiae miserrimus pater suspectatis caelestibus odiis et irae superum metuens dei Mile[s]sii uetustissimum percontatur oraculum et ⟨*a*⟩ tanto numine precibus et uictimis ingratae uirgini *311* petit nuptias et maritum. sed Apollo, quanquam Graecus et Ionicus, propter Milesiae conditorem sic Latina sorte respondit:

33 "montis in excelsi scopulo, rex, siste puellam 77
ornatam mundo funerei thalami.
nec speres generum mortali stirpe creatum,
sed saeuum atque ferum uipereumque malum,

F 143ᵃ. φ 89ᵇ40ᵃ. 1 *vid. fuisse* currũ, *sed compendio del.; al. m. corr.* curruſ φ: curru *cf. Verg. Aen. III 541 Sil. It. XIV 482* 6 ⟨filius⟩ regius *vdVl cf. Ev. Ioh. 4,46* regulus *Damsté* 11 ⟨sunt⟩ adeptae *Sciopp* fuerant *m. rec. in* φ *cf. 128,6* uiro *Elmenh* 12 animiſ audacia (φ) *em. v* 14 sic (φ) sed *v* 16 mileſſii (φ) *em. v* 17 ⟨a⟩ *Pric* (*omiss. propter similitud. litt. cf. 110,11 138,22*) ⟨li⟩tato n. *Jahn* ⟨ten⟩tato n. *Hertz* ⟨salu⟩tato n. *de Rooy* adito n. *Bursian cf. 51,2 97,19 142,8* uictimis ⟨propitiato⟩ *vdVl coll. 50,25 98,1 al.* ingratae] in⟨uocato desol⟩atae *Leo; sed ingrata dicitur Ps., quia nemo eam petit* (*v. 6*) *cf. Tac. Ann. VI 30,10* 19 p̃t (superscr. p) φ: pp 21 excelſi* (*eras.* ſ) *vid. fuisse* ſcopulor exſiſte; *m. rec. eraso* rex *eff.* ſubſiſte (*restituerat Luetj*) φ: ſcopulo exiſte 22 funerei*(*eras.* t) 23 ſper& (φ, *sed al. m. em.*) marcali (φ, *sed postea em.*)

Oud. *E*

qu*od* pinnis uolitans super aethera cuncta fatigat
  flammaque et ferro singula debilitat,
quod tremit ipse Iouis, quo numina terrificantur
  fluminaque horrescunt et St*y*giae tenebrae."

312 rex olim beatus affatu sanctae uaticinationis accepto pi-
gens tristisque retro domum pergit suaeque coniugi prae-
cepta sortis enodat infaustae. maeretur, fletur, lamen-
tatur diebus plusculis. sed dirae sortis iam urget taeter
effectus. iam feralium nuptiarum miserrimae uirgini cho-
ragium struitur, iam taedae lumen atrae fuliginis cinere
313 marcescit, et sonus tibiae *z*ygiae mutatur in querulum
Ludii modum cantusque laetus h*y*menaei lugubri finitur
ululatu et puella nuptura deterget lacrimas ipso suo flam-
314 meo. sic adfectae domus triste fatum cuncta etiam ci-
uitas congemebat luctuque publico confestim || congruens
edicitur iustitium.

Sed monitis caelestibus parendi necessitas misellam **34**
Psychen ad destinatam poenam efflagitabat. perfectis igitur feralis thalami cum summo maerore sollemnibus toto prosequente populo uiuum producitur funus et lacrimosa Psy|che comitatur non nuptias, sed exequias suas. ac dum maesti parentes et tanto malo perciti nefarium facinus perficere cunctantur, ipsa illa filia talibus eos ad⟨*h*⟩ortatur uocibus:

"Quid infelicem senectam fletu diutino cruciatis? quid spiritum uestrum, qui magis meus est, crebris eiulatibus

F 143[ab]. φ 40[a]. 1 Q *inferior pars in ras.* φ: q quod *Petsch* 2 saecula *Heins* 3 quod (φ) quoi *Jahn* quo *Weyman* quem *v* nubila *Sittl* 4 lumina *Sittl* fulmina *L. Mueller* culmina *Rohde cf. 122,19* que] quem *Barth; enuntiatum libere continuatur ut suppleas:* id *cf. 98,10 134,24 Vahlen op. ac. I 166* ſtigię 5 piger (er *in ras. al. m. scrips.*) φ: pigenſ (*al. m. mut. in* piger) *cf. 107,16* 10/11 cinerẽ arceſcit (φ, *sed* arceſſit) *recte distinx. Florid* 11 gygię φ: gigie *em. v* quelũ (ru *superscr.*) *em. ead. m.* 12 ludumodum *ut vid., al. m. corr. in* ludiũ*odum *et indux.* odum φ: ludi|modũ Ludii *He cf. flor. 4 Paus. IX 12,5* himenei (φ) 23 adortat (*h superscr.*) (φ)

Oud. E

fatigatis? quid lacrimis inefficacibus ora mihi ueneranda foedatis? quid laceratis in uestris oculis mea lumina? quid canitiem scinditis? quid pectora, quid ubera sancta 78 tunditis? haec erunt uobis egregiae formonsitatis meae praeclara praemia. Inuidiae nefariae letali plaga percussi sero sentitis. cum gentes et populi celebrarent nos diuinis honoribus, cum nouam me Venerem ore consono 315 nuncuparent, tunc dolere, tunc flere, tunc me iam quasi peremptam lugere debuistis. iam sentio, iam uideo solo me nomine Veneris perisse. ducite me et cui sors addixit scopulo sistite. festino felices istas nuptias obire, festino generosum illum maritum meum uidere. quid differo, quid detrecto uenientem, qui totius orbis exitio natus est?"

35 Sic profata uirgo conticuit ingres⟨s⟩uque iam ualido pompae populi prosequentis sese miscuit. itur ad constitutum scopulum montis ardui, cuius in summo cacumine statutam puellam cuncti deserunt, taedasque nuptiales, quibus praeluxerant, ibidem lacrimis suis extin⟨c⟩tas relinquentes deiectis capitibus domuitionem parant. et miseri quidem parentes eius tanta clade defessi, clausae domus 316 abstrusi tenebris, perpetuae nocti[s] sese dedidere. Psychen autem pauentem ac trepidam et in ipso scopuli uertice

F 143[b]. φ 40[a]. 1/2 ora mihi u. *et* in u. o. m. lum. *inter se transpos. Bluemner* 2 maceratis *Petsch cf. Quint. decl. mai. VII 12 X 3 Goett. Gel. Ans. 1911 p. 340* 4 haec '*quae mihi patienda sunt*' *interpr. Kronenb* erant *Haupt* enim *Rohde* sunt *Jahn* haece sunt *Michaelis* 5 inuidiae *v em. Kronenb*

6 gentef (φ) *sed* tef *vid. ex* af *correx. ead. m.* 13 φ: detardo (tardo *al. m. refinx.; quid eras. sit, non liquet*) q*totiuf orbi[a]** (*prior.* t *supra litt.* d·*eras. al. m. scrips., sed fuerat* qd *mut. in* qt *a pr. m.;* uf *m. rec. refinx., apparet vestigium litt.* f *et sub* u *litt.* o; [a] *add. m. pr.; post* orbi[a] *duae litt. eras., scil.* fe, *quod falso litteris coniunctis librar. legerat; vid. igitur pr. m.* qt otiof orbi[a] *correx. ex* qd otiof orbi fe) φ: qd otiof[o] orbi[a] ([a] *pr. m.,* [o] *al. m. add.*) *em. v* qui deuotis et orbatis *Traube* 15 ingrefuq; (f *supra*) *em. al. m.* 19 extintaf *em.* φ 22 noctif (φ) *em. v*

23 trepidāntē (ntē *lineolis del. prim. m., supra* a *eras.* ; *vid. pr.*

Oud. *E*

deflentem mitis aura molliter spirantis Zephyri, ui-
bra[n]tis hinc inde laciniis et reflato sin*u* sensim leuatam
suo tranquillo spiritu uehe[me]ns || paulatim per deuexa
317 rupis excelsae, uallis subditae florentis cespitis gremio le-
niter delapsam reclinat.

LIBER V *79*

318 Psyche teneris et herbosis locis in ipso toro roscidi 1
graminis suaue recubans, tanta mentis perturbatione se-
data, dulce conquieuit. iamque sufficienti recreata somno
placido resurgit animo. uidet lu|cum proceris et uastis
arboribus consitum, uidet fontem uitreo latice perlucidum;
319 medio luci meditullio prope fontis adlapsum domus regia
est, aedificata non humanis manibus, sed diuinis artibus.
iam scies ab introitu primo dei cuiuspiam luculentum et
amoenum uidere te diuersorium. nam summa laquearia
citro et ebore curiose cauata subeunt aureae columnae,
parietes omnes argenteo caelamine conteguntur bestiis et
id genus pecudibus occurrentibus ob os introeuntium.
mirus prorsum [magnae artis] homo, immo semideus uel

---

m. voluisse trepidã *ex* trepidantẽ, *al. m. refinx.* trepidantẽ)
φ: t|pidã (e *supra*) *cf. 88,25 108,13sq.*

F 143b. φ 40ab. 1 *v. Th. l. Lat. V 359,37* ⟨sortem suam⟩ defl. *vdVl* ⟨se⟩ defl. *Soping cf. 100,11 154,3 172,5* degentem *vel* flentem *Colv* desidentem *Wachsmuth* deficientem *He cf. 17,9* zephiri (φ) uibrantiſ (φ) *em. v* 2 ſino φ: ſīū *em. v* leuatã (˜ *evan.*) 3 suo] solo *Jahn* uehemenſ (φ, *sed em. al. m.*) 5 Ego ſalluſtiuſ legi & em̄daui rome felix. | METHAMORPHOSEON LIB. IIII. ЄXPłIK. | INCIPIT. V. FELICITER. 11 *post* perluc. *distinx. Luetj, post* medit. *v* 14 ſcireſ *Gruter cf. 27,14* 15 uidere (re *corr. ex* r&) diuerſoriũ (φ) ũ *corr. ex* ã *ead. m.* 16 curioſę* (*eras.* c) 18 id gen; (φ) *cf. 25,5 29,3 Woelfflin Arch. f. lat. Lex. V 390 del. F. Norden 'quae saevitia similes sunt bestiis' interpr. Vulic'* setigeris *Jahn* quod genus *Rohde* indigenis *Morawski* ingentibus *Rossbach* 19 magne artiſ (φ) *del. Gruter cf. 7,12 81,15*

Oud. *E*

certe deus, qui magnae artis suptilitate tantum efferauit
320 argentum. enimuero pauimenta ipsa lapide pretioso cae-
sim deminuto in uaria picturae genera discriminantur:
uehementer, iterum ac saepius beatos illos, qui super gem-
mas et monilia calcant. iam ceterae partes longe lateque
321 dispositae domus sine pretio pretiosae totique parietes
solidati massis aureis splendore proprio coruscant, ut diem
suum sibi domus facia[n]t licet sole nolente: sic cubicula,
sic porticus, sic ipsae ual*u*[e]ae fulgurant. nec setius
opes ceterae ma*i*estati domus respondent, ut equidem illud
recte uideatur ad conuersationem humanam magno Ioui
fabricatum caeleste palatium.

2 Inuitata Psyche talium locorum oblectatione propius
accessit et paulo fidentior intra limen sese facit, mox pro-
lectante studio pulcherrimae uisionis rimatur singula et
322 al‖trinsecus aedium horrea sublimi fabrica perfecta mag-
nisque congesta gazis conspicit. nec est quicquam, quod
ibi non est. sed praeter ceteram tantarum diuitiarum ad-
mirationem hoc erat praecipue mirificum, quod nullo uin- *80*
culo, nullo claustro, nullo custode totius orbis t⟨*h*⟩ensaurus
ille muniebatur. haec ei summa cum uoluptate uisenti
offert sese uox quaedam corporis sui nuda et: "quid", in-
quit, "domina, tantis obstupescis opibus? tua sunt haec
omnia. prohinc cubiculo te refer et lectulo lassitudinem
refoue et ex arbitrio lauacrum pete. nos, quarum uoces

F 143[b] 144[a]. φ 40[b]. 1 deus uel c. semid. *Pauw cf. 81,11 97,7 160,25 211,16 242,13* *ferarum formas expressit* (*Beroald*) 4 uehem̃t. Iterũ *cf. 216,1* super *def. Weyman* (*coll. ev. Luc. 10,19:* calcandi supra serpentes .... et super omnem uirtutem inimici) semper *Oud cf. 110,7* superbi *vel* superbe *Rohde* 5 etiam *Bluemner cf. apol. 22* (*26,8*) 8 faciant (φ) *em. v* [domus] faciant *Rohde* 9 ualneę (φ, *supra voc. add.* c. ualue) u *mut. in* b 10 mageſtati *em.* φ 14 facessit *Modius* plectante (*dub.* le *an* li) 15 mirat (*in mg. ead. m. add.* rimat) . φ: rimat *cf. 46,10* 20 totius ⟨opulentissimus⟩ *vdVl cf. 98,8* tenſauruſ φ: theſaur⁹

accipis, tuae famulae sedulo tibi praeministrabimus nec
323 corporis curatae tibi regales epu|lae morabuntur."
Sensit Psyche diuinae prouidentiae beatitudinem mo- 3
nitusque, uoces informes audiens, et prius somno et mox
324 lauacro fatigationem sui diluit, uisoque statim proximo
semirotundo suggestu, propter instrumentum cenator⟨*i*⟩um
rata refectui suo commodum, libens accumbit. et ilico
uini nectarei eduliumque uariorum fercula copiosa nullo
seruiente, sed tantum spiritu quodam impulsa submini-
strantur. nec quemquam tamen illa uidere poterat, sed
325 uerba tantum audiebat excidentia et solas uoces famulas
habebat. post opimas dapes quidam introcessit et can-
tauit inuisus et alius citharam pulsauit, quae uidebatur
nec ipsa. tunc modulatae multitudinis conferta uox aures
eius affertur, ut, quamuis hominum nemo pareret, chorus
tamen esse pateret. finitis uoluptatibus uespera suadente 4
concedit Psyche cubitum. iamque prouecta nocte *cl*emens
326 quidam sonus aures eius accedit. tunc uirginitati suae pro
tanta solitudine metuens et pauet et horrescit || et quouis
malo plus timet quod ignorat. iamque aderat ignobilis

F 144ᵃ. φ 40ᵇ. 4 uocis informis *Groslot, quem secuti* audiens [et] *vdVl et* audiens et *Leo cf. 50,5* monitusque et uoces inf. audiens, prius *Toussaint* mon. *post* inform. *transpos: Thom; intellexit certe Ps. et beatitudinem et monitus sibi a deo quodam parari; an supplend.* ⟨beneficio parari⟩ beat.*?* 5 proximo *cf. 169,12* 6 ſemirotundo (*prior* o *in* u *mut. al. m.*) suggesto *Lips* cęnatoꝝ (φ) *em. Beroald; conclave cenaticum significatur cf.* ambulatorium, auditorium, lusorium, diribitorium *al. Corp. gloss. VI 197* 7 rata (r *in ras. ex* R *corr. ead. m.*) *refectui (*eras.* e, *litt. refict.*) φ: refectui 8 nectarei *litt. ref.* φ: nectare nectarei ⟨pocula⟩ *vdVl* nulla (a *refinx. m. rec.*) φ: nullo 9 tamquam *Bluemner* 10 queq̃uã (ⁿ *ex* ˜ *corr. al. m.*) 11 accidentia *Heins* excientia *Traube* 13 cithara (*sed nescio an in membran. aspera evanuerit* ˜) φ: citharā 14 modulatę (φ) *m. quae litt. refinx. induct.* late *eff.* ¹ modũ aurib; (ib; *m. quae refinx. litt. in ras. scrips.*) φ: aureſ 15 ut (φ) *al. m. eff.* et, *sed dubium an antea voluerit* at 16 ⟨his⟩ finitis *vdVl cf. 112,17* 17 demenſ (φ, *sed in mg. m. recentiss.* c clemens) 20 *malum ignotum magis timet quam quodlibet aliud cf. Publil. Syr. 596 Ribb.* ignorabilis *Petsch*

Oud. E

maritus et torum inscenderat et uxorem sibi Psychen fecerat et ante lucis exortum propere discesserat. statim uoces cubiculo praestolatae nouam nuptam interfectae uir-
327 ginitatis curant. haec diutino tempore sic agebantur. atque ut est natura redditum, nouitas per assiduam con- 81
suetudinem delectationem ei commendarat et sonus uocis incertae solitudinis erat solacium.

Interea parentes eius indefesso luctu atque maerore consenescebant, latiusque porrecta fama sorores illae maiores cuncta cognorant propereque maestae atque lugubres deserto lare certatim ad parentum suorum conspectum
5 adfatumque perrexerant. ea nocte ad suam Psychen sic infit maritus — namque praeter oculos et manibus et
328 auribus [ius nihil] sentiebatur:

"Psyche dulcissima et cara uxor, exitiabile tibi periculum minatur fortuna saeuior, quod obseruandum pressiore cautela censeo. soro|res iam tuae mortis opinione turbatae tuumque uestigium requirentes scopulum istum protinus aderunt, quarum si quas forte lamentationes acceperis, neque responde⟨*a*⟩s, immo nec prospicias omnino; ceterum mihi quidem grauissimum dolorem, tibi uero summum creabis exitium."

Annuit et ex arbitrio mariti se facturam spopondit,

F 144[a]. φ 40[b]41[a]. 1 pſychen (p *ex* ſ *ead. m.*) 4 *cf. 105, 2* 5 redditum] rerum *cod. Oxon* nouitas] uiduitas *Jahn* noua uita *Bluemner* solitas *Traube* *cf. Sen. ep. 114,9* (*536,7 H.*): commendatio ex nouitate captatur ⟨in⟩delectationem ⟨se⟩ commutarat *Schroeter* (⟨se⟩ conuerterat *vdVl*) (ei ⟨se⟩ commendarat *Traube*) p. a. delectationem ei ⟨se⟩ commendarat *Novák* p. a. cons. delectatione ei ⟨se⟩ comm. *Oud* delectationem *del. Ald* 12 prexer[n]at *em. ead. m.* 13 pr. ocul. *del. Becker* 14 Iuſ nichil (φ) *refingendo al. m. ex* Iuſ *eff. primo* hiſ, *deinde* ille; *supra* ſ *cognoscitur*[a] is nihil ⟨non⟩ *Traube* is nihilo ⟨secius⟩ *Haupt* ille nihilo ⟨minus⟩ *Jahn* istius nihil ⟨non⟩ *Beck* inuisus ille *Cast* *cf. 112, 1* [hd nihil] *i. e. 'hic deest' He cf. Havet Manuel de crit. verb. § 1487. ceterum si manibus eum sensit, Psychen eum anguem credere non potuisse oblitus est Apul. cf. 113,21 sqq.* 20 reſpondeſ (φ, *in mg. add.* a) 23 φ: adnuit

Oud. *E*

sed eo simul cum nocte dilapso diem totum lacrimis ac
plangoribus misella consumit, se nunc maxime prorsus
perisse iterans, quae beati carceris custodia septa et hu-
329 manae conuersationis colloquio uiduata nec sororibus qui-
dem suis de se maerentibus opem salutarem ferre ac ne
uidere eas quidem omnino posse⟨*t*⟩. || nec lauacro nec cibo
nec ulla denique refectione recreata flens ubertim decessit
ad somnum. nec mora, cum paulo maturius lectum ma- **6**
ritus accubans eamque etiam nunc lacrimantem complexus
sic expostulat:

"Haecine mihi pollicebare, Psyche mea? quid iam de
te tuus maritus expecto, quid spero? et per*di*a et pernox
nec inter amplexus coniugales desinis cruciatum. age iam
nunc, ut uoles, et animo tuo damnosa poscenti pareto!
tantum memineris meae seriae monitionis, cum coeperis
sero paenitere."

330 Tunc illa precibus et dum se morituram comminatur
extorquet a marito, cupitis adnuat, ut sorores uideat, luctus
mulceat, ora conferat. sic ille nouae nuptae precibus ue- *82*
niam tribuit et insuper, quibuscumque uellet eas auri uel
monilium donare, concessit, sed identidem monuit ac saepe
terruit, ne quando sororum pernicioso consilio suasa de
forma mariti quaerat neue se sacrilega curiositate de tanto
fortunarum suggestu pessum deiciat nec suum postea con-
tingat amplexum. gratias egit marito iamque laetior
animo: "sed prius", inquit, "centies moriar quam tuo isto
dulcissimo conubio caream. amo enim et efflictim te,
quicumque es, diligo a*e*que ut meum spiritum, nec ipsi
Cupidini comparo. sed istud etiam meis precibus, oro,
largire et illi tuo famulo Zephyro praecipe, simili uectura

F 144[ab]. φ 41[a]. 4 quidem *del. Michaelis sed cf. 23,8 41,19 83,15 132,4 144,6 235,12* 6 poſſe (φ) *em. v* 12 pſida (φ) *em. Beroald 206,16 sq. cft. Leo* pernox ⟨ploras⟩ *vdVl* ⟨sumis⟩ *Leo* 21 don⟨is orn⟩are *Traube* 24 penſũ (φ) *em. v* 28 atque (φ) *em. Gruter cf. 158,12* amo e ⟨te⟩ aeque ut m. sp. et efflictim [te] quic. *vdVl sed cf. 39,1sq. 63,4 253,3 Cic. or. 10,33*

Oud. *E*
sorores hic mihi sistat" et imprimens oscula suasoria et
ingerens uerba mulcentia et inserens membra cogentia
331 haec etiam blanditiis astruit: "mi mellite, mi ma|rite,
332 tuae Psychae dulcis anima." ui ac potestate Veneri
susu⟨*r*⟩rus inuitus succubuit maritus et cuncta se fac-
turum spopondit atque, etiam luce proxumante, || de mani-
bus uxoris euanuit.

7 At illae sorores percontatae scopulum locumque illum,
quo fuerat Psyche deserta, festinanter adueniunt ibique
di*f*flebant oculos et plangebant ubera, quoad crebris earum
heiulatibus saxa cautesque parilem sonum resultarent.
iamque nomine proprio sororem miseram ciebant, quoad
sono penetrabili uocis ululabilis per prona delapso amens
et trepida Psyche procurrit e domo et: "quid", inquit,
"uos miseri⟨*s*⟩ lamentationibus necquicquam effligitis?
quam lugetis, adsum. lugubres uoces desinite et diutinis
lacrimis madentes genas siccate tandem, quippe cum iam
333 possitis quam plangebatis amplecti."

Tunc uocatum Zeph*y*rum praecepti[s] maritalis ad-
monet. nec mora, cum ille parens imperio statim clemen-
tissimis flatibus innoxia uectura deportat illas. iam mu- *83*
tuis amplexibus et festinantibus sa*u*iis sese perfruuntur et
illae sedatae lacrimae postliminio redeunt prolectante gau-

F 144b. φ 41a. 1 hic (φ) *refict* 2 ingerenſ (φ) inferens *Oud* inurguens *Traube coll. 185,7 cf. 95,7 121,8* ingerenſ (φ) inserens (*i. e. se applicans*) *cod. Oxon Oud falso coll. Ov. am. III 7,9* iungens *v* coüentia (i *superscr.*) *sed vid. antea, quod coni Luetj et Traube, fuisse* cogentia; i *al. m. add.; m. rec. eff.* cōbentia [*an* co-bentia (i *superscr.*)?]; *in mg. add. pr. m.* cõnhibentia φ: cohibentia coniuentia *Haupt* auentia *Plasberg* 4 potestati *Rohde; sed precibus succumbit; de abl. cf. 54,20 73,9 96,22 al.* uenerіſ uſu|ruſ (φ) Venerii (Veneri *Weyman, de forma cf. 47,3*) susurrus *Bursian Rohde* 6 fa*|cturũ *eras.* c etiam] iam *vir doct. ap. Oud* 10 deflebant (φ) *em. Weyman coll. 5,22* 11 cautesq; *superscrips. ead. m.* 15 miſeriſ (φ) *alter.* ſ *add. m. rec. cf. 24,10* φ: affligitiſ a *corr. in* e *ead. m.* 16 ⟨en⟩ quam *vdVl sed cf. Verg. Aen. I 595* 19 zephirũ (φ) p̄ceptiſ (φ) *eras* ſ 20 mora (φ) *supra* a *eras.* ˜ 22 ſabiiſ

Oud. *E*

dio. "sed et tectum", inquit, "et larem nostrum laetae
succedite et afflictas animas cum Psyche uestra recreate."
sic allocuta summas opes domus aureae *u*ocumque ser- 8
334 uientium populosam familiam demonstrat auribus earum
lauacroque pulcherrimo et inhumanae mensae lautitiis eas
opipare reficit, ut illarum prorsus caelestium diuitiarum
copiis affluentibus satiatae iam praecordiis penitus nutri-
rent inuidiam. denique altera earum satis scrupulose
curioseque percontari non desinit, quis illarum caelestium
335 rerum dominus, quisue uel qualis ipsius sit maritus. nec
tamen Psyche coniugale illud praeceptum ullo pacto te-
merat uel pectoris arc[h]anis exigit, sed e re nata confingit
esse iuuenem quendam et speciosum, commodum lanos*o*
barbitio genas inumbran||tem, plerumque rurestribus ac
montanis uenatibus occupatum, et ne qua sermonis proce-
dentis labe consilium tacitum proderetur, auro facto gem-
mosisque moni|libus onustas eas statim uocato Zephyro
tradit reportandas.

336 Quo protenus perpetrato sorores egregiae domum re- 9
deuntes iamque gliscentis inuidiae felle fraglantes multa
secum sermonibus mutuis perstrepebant. sic denique infit
altera:

"En orba et saeua et iniqua Fortuna! hocine tibi com-
placuit, ut utroque parente prognatae diuersam sortem
sustineremus? et nos quidem, quae natu maiores sumus,

F 144^b 145^a. φ 41^{ab} 1 ſed^a (*add. ead. m.*) 3 locūq; (φ) *em. Wower* 4 ⟨oculis et⟩ auribus *vdVl* 6 reficit (φ) *alter.* i *m. recentiss. ſcrips., supra* t *ras.* 7 afluentibus *Weyman cf. 78,27* 12 archaniſ exigitur *vdVl cf 117,14 Plat. reip. III 412 E:* ἐκβάλλουσι . . . δόξαν 13 ſpetioſū *em.* φ lanoſo (φ) *poster.* o *al. m. corr. ex* u *ut vid.* 15 ꝓcedentiſ (φ) *sed ex* ꝑ *corr.* p̄ *cf. 163,8* 21 perstringebant *Bluemner* 23 orba *i. e. caeca cf. Corp. gloss. Lat. VII 30* scaeua *v* *hocine (*eras.* o) 23 ⟨uno⟩ utroque *Haupt* ⟨pari⟩ utroque *Novák* utroque ⟨aeque⟩ *Leo* ⟨pari⟩ parente *Iursian cf. Liv. XLIV 30,2:* fratres duos, Platorem utroque parente, Carauantium matre eadem natum *etiamsi subaudiatur 'eodem'* prognatae ⟨sorores⟩ *Iahn* progn. ⟨eodem⟩ *Michaelis* ⟨tam⟩ *Crusius* 25 natu* (*eras. vid.* m *antea linea delet.*) φ: natu

337 maritis aduenis ancillae deditae, extorres et lare et ipsa patria degamus longe parentum uelut exulantes, haec autem nouissima, quam fetu satiante postremus partus effudit, tantis opibus et deo marito potita sit, quae nec uti recte tanta bonorum copia nouit? uidisti, soror, quanta in domo iacent et qualia monilia, quae praenitent uestes, quae splendicant gemmae, quantum praeterea passim cal- 84
338 catur aurum. quodsi maritum etiam tam formonsum tenet, ut affirmat, nulla nunc in orbe toto felicior uiuit. fortassis tamen procedente consuetudine et adfectione robor⟨a⟩ta deam quoque illam deus maritus efficiet. sic est hercules, sic se gerebat ferebatque. iam iam sursum respicit et deam spirat mulier, quae uoces ancillas habet et uentis ipsis imperat. at ego misera primum patre meo seniorem maritum sortita sum, dein cucurbita caluiorem
339 et quouis puero pusilliorem, cunctam domum se[r]ris et catenis obditam custodientem."

10 Suscipit alia: "ego uero maritum articulari etiam morbo complicatum curuatumque ac per hoc rarissimo uenerem meam reco||lentem sustineo, plerumque detortos et duratos in lapidem digitos eius perfricans, fomentis olidis et pannis sordidis et faetidis cataplasmatibus manus tam
340 delicatas istas adurens nec uxoris officiosam faciem, sed medicae laboriosam personam sustinens. et tu quidem soror uideris, quam patienti uel potius seruili — dicam enim libere quod sentio — haec perferas animo; enim-

---

F 145ᵃ. φ 41ᵇ. 7 ſplenditant (φ) *em. v cf. 160,6* 8 formonſū, *sed* n *lineol. delet.* φ: formoſū 10 roborta (a *supra*) *em. al.˙ m. et* φ 12 dẽã (e *fuit; quid eras. sit, nescio*) φ: dā 14 imperitat (*m. vet. deleta* t *ex* ri *corr. conata est* r; *quod cum parum successisset, in mg. add.* rat) φ: impat 15 cauiorem *F. Norden* glabriorem *Fulgentius exp. serm. ant. 17 (177,2 H.)* 16 pumiliorem *Fulgentius* ſerriſ φ: ferris *em. v* 18 &iã *indux. al. m.* 19 rarissima Venere eam (*voluitne* me?) *Haupt* Venere memet *Michaelis cf. 164,14* 22 panniſſordidiſ (φ) *alter.* ſ *ead. m. interpos. et in mg. add.* ſor paedidis *Heraeus* 24 medice∗ (*poster.* e *in ras. ex* ae [*Rob*]) φ: medicā & (‾ *al. m. add.*) *add.*)

Oud. *E*

uero ego nequeo sustinere ulterius tam beatam fortunam
*al*lapsam indignae. recordare enim, quam superbe,
quam adroganter nobiscum egerit et ipsa iactatione
inmodica~~e~~ ostentationis tumentem suum prodiderit ani-
mum deque tantis diuitiis exigua nobis inuita proie-
341 cerit confestimque praesentia nostra grauata | propelli et
efflari exsibilarique nos iusserit. nec sum mulier nec om-
nino spiro, nisi eam pessu*m* de tantis opibus deiecero. ac
si tibi etiam, ut par est, inacuit nostra contumelia, con-
silium ualidum requiramus ambae. iamque ista, quae fe-
rimus, non parentibus nostris ac nec ulli monstremus alii,
immo nec omnino quicquam de eius salute norimus. sat
est, quod ipsae uidimus quae uidisse paenituit, ne[c]dum ut 85
genitoribus et omnibus populis tam beatum eius differa-
mus praeconium. nec sunt enim beati, quorum diuitias
nemo nouit. sciet se non ancillas, sed sorores habere
maiores. et nunc quidem concedamus ad maritos et lares
342 pauperes nostros, sed plane sobrios reuisamus diuque
cogitationibus pressioribus instructae, ad superbiam poe-
niendam firmiores redeamus."

Placet pro bono duabus malis malum consilium totis- 11
que illis tam pretiosis muneribus absconditis comam tra-
hentes et proinde ut merebantur ora lacerantes simulatos
redintegrant fletus. ac sic parentes quoque redulcerato
prorsum dolore raptim deterrentes uesania turgidae domus
suas conten||dunt dolum scelestum, immo uero parricidium
struentes contra sororem insontem.

F 145[ab]. φ 41[b]. 1 beatã (e *ex* a *corr.*) 2 conlapſã (φ) *sed v. 267,20* collatam *Lips* inlapsam *Bluemner* allapsam *He* (a *et* co *simillimae in hac script. cf. praef. 42*) 8 peſſun *em.* φ 13 peniṭuit (*punct. eras., in mg. ead. m.* penuit) φ: peniṭuit necdũ (φ) *em. v* 18 diuq; (φ) denique *v* domique *vdVl* deinque *Oud* dolique *Petsch* ibique *Novák* 23 maerebant *Koziol* maererent *Bluemner cf. 124,21 259,21* 25 rursum *vdVl* detrentes (φ) *i. e. terrentes cf. 94,16 120,8 179,15 218,28* demergentes *Leo* deserentes *Colv* (*cf. 91,3 119,5 sed inepte propter* quoque) raptim *ante* ues. *transpos. Cast.*, *ante* contend. *Damsté*

Oud. *E*

Interea Psychen maritus ille, quem nescit, rursum suis illis nocturnis sermonibus sic commonet: "uidesne, quantum tibi periculum? uelitatur Fortuna eminus, ac nisi longe firmiter praecaues, mox comminus congredietur. perfidae lupulae magnis conatibus nefarias insidias tibi comparant, quarum summa est, ut te suadeant meos explorare uultus, quos, ut tibi saepe praedixi, non uidebis, si uideris. ergo igitur si posthac pessimae illae lamiae
343 noxiis animis armatae uenerint — uenient autem, scio —, neque omnino sermonem conferas et si id tolerare pro genuina simplicitate proque animi tui teneritudine non potueris, certe de marito nil quicquam uel audias uel respondeas. nam et familiam nostram iam propagabimus et hic adhoc infantilis uterus gestat nobis infantem alium, si texeris nostra secreta silentio, diuinum, si pro*f*anaueris, mortalem."

12 Nuntio Psyche laeta florebat et diuinae subolis solacio plaudebat et futuri pignoris gloria gestiebat et materni nominis dignitate gaudebat. crescentes dies et menses exeuntes anxia numerat et sarcinae nesciae rudimento mi- 86
ratur de breui punctulo tantum incrementulum locu|pletis
344 uteri. sed iam pestes illae taeterrimaeque Furiae anhe-

F 145ᵇ. φ 41ᵇ 42ᵃ. 2 illiſ (*poster.* i *ex* e *corr. ead. m.*) 3 periculum ⟨minatur⟩? *vdVl cf. 106,16* ⟨conflaueris⟩ *He cf. 203,17 post* periculum *distinx. Cornelissen, post* eminus *v cf. 119,18 166,18 197,2 202,27 214,13 225,3 231,15 apol. 2 (2,15)* 5 malignis *Kroll* 10 conseras *Pric* 11 genuina∗ (*eras.* & *aut ut mihi vid.* a) 13 nā & φ: Nā & ꝓpagabimuſ (φ) muſ *in ras. al. m.; vid. fuisse* bis *fort. a pr. m. emend.* 14 adhuc (u *al. m. scrips.; fuit* o *add.* ᵘ) (*cf. 229, 9*) φ: adhoc (*m. recentiss.* ċ adhuc) 15 ꝓphanaueriſ (φ) 16 mortalē mortalē (φ *altero delet.*) *prius verb. delet.* 17 ⟨tali⟩ nuntio *vir doct. ap. Oud cf. 105,16 Suet. Tib. 11 (126,10 Ihm)* nūtio. (‾tio. *m. rec. scrips., fuit ut vid.* nuntio, *quod ad antecedentia rettulit al. m.*) φ: nuntio ſuboliſ (u *mut. in* o *al. m.*) φ: ſoboliſ 20 et ⟨in⟩ *Michaelis* nescia *v ante Oud cf. 123,13 187,5*

lantes uipereum uirus et festinantes impia celeritate nauigabant. tunc sic iterum momentarius maritus suam Psychen admonet: "dies ultima et casus extremus, et sexus infestus et sanguis inimicus iam sumpsit arma et castra commouit et aciem direxit et classicum personauit; iam mucrone destricto iugulum tuum nefariae tuae sorores petunt. heu quantis urguemur || cladibus, Psyche dulcissima. tui nostrique miserere religiosaque continentia domum maritum teque et istum paruulum nostrum imminentis ruinae infortunio libera. nec illas scelestas feminas, quas tibi post interneciuum odium et calcata sanguinis foedera sorores ap⟨*p*⟩ellare non licet,
345 uel uideas uel audias, cum in more⟨*m*⟩ Sirenum scopulo prominentes funestis uocibus saxa personabunt."

Suscipit Psyche singultu lacrimoso sermonem incertans: **13**
"iam dudum, quod sciam, fidei atque parciloquio meo perpendisti documenta, nec eo setius adprobabitur tibi nunc etiam firmitas animi mei. tu modo Zephyro nostro rursum praecipe, fungatur obsequio, et in uicem denegatae sacrosanctae imaginis tuae redde saltem conspectum sororum. per istos cinnameos et undique pendulos crines tuos, per teneras et teretis et mei similes genas, per pectus nescio quo calore feruidum, sic in hoc saltem paruulo cognoscam faciem tuam: supplicis anxiae piis precibus erogatus germani complexus indulge fructum et tibi deuotae

F 145^{b}. φ 42^{a}. **3** ⟨imminet⟩ dies *Michaelis* ⟨adest⟩ *Kronenb* ⟨en⟩ *vdVl* ⟨aduenit⟩ *Traube cf. Verg. Aen. II 324* et *ante* sex.] est *Jahn* .en *Rohde del. vdVl* ⟨immin⟩et *He sed aequilibritat. laudat Petsch* **4** ſangu^{l}ſ *em. ead. m.* **9** maritũ teq; (φ) a *prim. m. scrips. erasa* r, *al. refinx.;* t *in* teq; *ex* q *pr. m. em.* **12** apellare *em.* φ **13** more (φ, *sed em. al. ut vid. m.*) **15** incidens *Bluemner* intersecans *Nolte* **16** parciloquii mei *v* perp. doc. *i. e. testimonium dedisti laudis plenum* **19** obſequia (φ) a *ras. mut. in* o **21** *post* sororum *distinx. Michaelis, post* feruid. *v. 23 v* cynnameoſ *em.* φ **22** mei (φ) meis *v* **24** erogat; (φ) e *eras. vid. aut evan.* **25** deuotę****** (*eras. quinque vel septem litt. antea a pr. m. induct., quarum prima fuit* d; *mihi ipsum* deuotę *eras. vid.* [*cf. 112,16 175,24*], *Rob* dicareq; *; m. recentiss. supra lin. pessime scrips.* careq;) φ: de-

346 Psychae animam gaudio recrea. nec quicquam amplius in tuo uultu requiro, iam nil officiunt mihi nec ipsae nocturnae tenebrae: teneo te, meum lumen."

His uerbis et amplexibus mollibus decantatus maritus lacrimasque eius suis crinibus detergens fa⟨c⟩turum spopondit et praeuertit statim lumen nascentis diei 87

14 Iugum sororium consponsae factionis ne parentibus quidem uisis recta de nauibus scopulum petunt illum praecipiti cum uelocitate nec uenti ferentis oppertae praesentiam licentiosa cum temeritate prosiliunt in altum. nec immemor Zephyrus regalis edicti, quamuis inuitus, susceptas eas gremio spirantis aurae solo reddidit. at illae incunctatae statim conferto uestigio domum || pe|netrant complexaeque praedam suam sorores nomine mentientes
347 thensaurumque penitus abditae fraudis uultu laeto tegentes sic adulant:

"Psyche, non ita ut pridem paruula, et ipsa iam mater es. quantum, putas, boni nobis in ista geris perula; quantis gaudiis totam domum nostram hilarabis. o nos beatas, quas in*f*antis aurei nutrimenta laetabunt. qui si
348 parentum, ut oportet, pulchritudini responderit, prorsus Cupido nascetur."

15 Sic adfectione simulata paulatim sororis inuadunt animum. statimqụe eas lassitudine uiae sedilibus

---

uote careq; deuotae dicataeque *v* deuotae deuinctaeque *Weyman* deuotae deditaeque *Brakman*

F 145[b] 146[a]. φ 42[a]. 2 nec (*non* uel) (φ) 5 ⟨omnia se⟩ fact. *vd Vl cf. 106,23 ap. 2,13 53,16 55,5 cft. Heraeus* faturũ *em. al. m. et* φ 12 gremio (φ) e *in ras. al. m.* ⟨leniter⟩ spirantis *vd Vl cf. 103,1* 13 φ: ĩcũctãtẽ (e *ex* a *corr.*) 14 sororis nomen ementientes *Wolf cf. 77,25 Mart. III 43,1* 15 thenſaurũq; (n *induct.*) φ: theſaurũq; 17 ut *del. Luetj* tu *Jahn* pridie (ie *m. recentiss., quae eadem in mg.* pridem; *fuit certe* ẽ *a pr. m. script.*) φ: pdẽ (i superscr.) φ: ſ& (ſ *add. al. m.*) *videntur antea eam appellasse: 'Psyche paruula'* et] en *Plasberg* 18 geri *Novák* 19 ñrãm (a *vid. corr. ex* u; *legitur etiam in mg.* a) 20 intantiſ (φ) *em. v* 24 ⟨a⟩ lass. *Pric* ⟨ex⟩ *He* uẹ (i superscr.) *em. ead. m.*

Oud. *E*

refotas et balnearum uaporo[ro]sis fontibus curatas pulcher-
rime triclinio mirisque illis et beatis edulibus atque tuc-
cetis oblectat. iubet citharam loqui: psallitur; tibias
349 agere: sonatur; choros canere: cantatur. quae cuncta
nullo praesente dulcissimis modulis animos audientium re-
mulcebant. nec tamen scelestarum feminarum nequitia
uel illa mellita cantus dulcedine mollita conquieuit, sed
ad destinatam fraudium pedicam sermonem conferentes dis-
simulanter occipiunt sciscitari, qualis ei maritus et unde
350 natalium, secta cu*i*a proueniret. tunc illa simplicitate
nimia pristini sermonis oblita nouum commentum instruit
aitque maritum suum de prouincia proxima magnis pecu-
niis negotiantem iam medium cursum aetatis agere, inter-
spersum rara canitie. nec in sermone isto tantillum mo- *88*
rata rursum opiparis muneribus eas onustas uentoso ue-
hiculo reddidit.

Sed dum Zeph*y*ri tranquillo spiritu sublimatae domum **16**
redeunt, || sic secum altercantes: "quid, soror, dicimus de
351 tam monstruoso fatuae illius mendacio? tunc adolescens
modo florenti lanugine barbam instruens, nunc aetate
media candenti canitie lucidus. quis ille, quem temporis
modici spatium repentina senecta reformauit? nil aliud
repperies, mi soror, quam uel mendaci*a* istam pessimam
feminam confingere uel formam mariti sui nescire; quorum

F 146ᵃ. φ 42ᵃ. **1** refota *Oud fort. recte cf. 10,13 39,12 104,24 204,17, sed 6,19 266,7* baln— (b *ex* u *ead. m. corr.*) uaporo|roſiſ (*med.* o *ab al. m. mut. in* e) *em.* φ pulcherrimo *Colv* **2** atque tuccetis *del. vdVl* et potulentis *Cornelissen cf. Fulg. exp. serm. ant. 40.41 (122,1sqq.. H.)* **3** cytharā *em.* φ **7** illa (φ) ipsa *v* **9** ſciſcitari (φ) *in mg. ead. m.* ſiſtara|ri **10** ſectacula (φ) *em. Wower; secta pertinetne ad quaestum? cf. 88,3 93,8 157,10 5,2sq. 250,17 Hor. ep. I 7, 53* **13** agere (φ) g *ex* l *aut* ſ *corr., in mg. add. ead. m.* ge **17** zephiri (φ) **18** altercantur *v* altercant *Oud* **20** nutriens *Bluemner* **23** m̄dacio (φ) *def. Sciopp ut* form. marit. *ἀπὸ κοινοῦ intellegend. putaret* mendacium *v* mendacia *Oud coll. 117,20 199,10* mendacio ista *Salm*

utrum uerum est, opibus istis quam primum exterminanda
est. quodsi uiri sui faciem ignorat, deo profecto denupsit
et deum nobis praegnatione ista gerit. certe si diuini
puelli — quod absit — haec mater audierit, statim me
laqueo nexili suspendam. | ergo interim ad parentes nostros
redeamus et exordio sermonis huius quam concolores fal-
lacias adtexamus."

17 Sic inflammatae, parentibus fastidienter appellatis et
352 nocte turbatis, uigiliis percitae matutino scopulum per-
uolant et inde solito uenti praesidio uehementer deuolant
lacrimisque pre⟨*s*⟩sura palpebrarum coactis hoc astu puel-
lam appellant: "tu quidem felix et ipsa tanti mali igno-
rantia beata sedes incuriosa periculi tui, nos autem, quae
peruigili cura rebus tuis excubamus, cladibus tuis misere
cruciamur. pro uero namque comperimus nec te, sociae
scilicet doloris casusque tui, celare possumus immanem
colubrum multinodis uoluminibus serpentem, ueneno noxio
353 colla sanguinantem hiantemque ingluuie profunda tecum
noctibus latenter adquiescere. nunc recordare sortis Py-
thicae, quae te trucis bestiae nuptiis destinatam esse cla-
mauit. et multi coloni quique circumsecus uenantur || et
accolae plurimi uiderunt eum uespera redeuntem e pastu
18 proximique fluminis uadis innatantem. nec diu blandis 89

F 146ᵃᵇ. φ 42ᵃᵇ. 1 utrum *cf. d. deo Socr. 2 (7,8) Cic. p. Sest. 42,92 parad. III 2,24 div. II 56,116 Vitruv. VII praef. 9* 2 *qđ φ: quod 4 *udierit (*eras.* a) *al. m. e*ſ. adierit φ: audierit *cf. 32,20* 6 *cf. 77,1* coloreſ (*in mg. ead. m. add.* c̄coloreſ) φ: c̄coloreſ 6 fallaciā ϖ: fallaciaſ 9 turbatiſ (φ) turbata *Bursian* ꝑditae (φ) percitae *Lips cf. 7,14 121,9 124,1 181,4 290,15* 10 soliti *v cf. 119,7* uehem̄t (φ) uehentis *Salm* uehentes *E cf. 103,3.* clementer *vir doct. in ed. Iunt* clementi *Oud sed cf. 114,8 sqq.* 11 p̄ſura *em.* φ 17 colubrũ (φ) *supra* ru *eras.*ᵃ 18 inglubię (b *corr. in* ᵛ *al. m.*) ꝓfundę φ: ingluuie ꝓfunde *em. v* 20 trucis (tr *evan. et male redintegrat.; scissura membranae efficit ut prima litt. nunc similis videatur litt.* p *et talis visa est librario* φ) φ: pruciſ (*m. rec. indux. litt.* p *et supra voc. add.* ᵗʳᵘ; *in mg. m. recentiss.* ꝑtrux. cis) procacis *Weyman*

Oud. *E*

alimoniarum obsequiis te sagina⟨*tu*⟩rum omnes adfirmant,
354 sed, cum primum praegnationem tuam plenus maturauerit uterus, opimiore fructu praeditam deuoraturum. a*t* haec iam tua est existimatio, utrum sororibus pro tua cara salute sollicitis adsentiri uelis et declinata morte nobiscum secura periculi uiuere an saevissimae bestiae sepeliri uisceribus. quodsi te ruris huius uocalis solitudo uel clandestinae ueneris faetidi periculosique concubitus et uenenati serpentis amplexus delectant, certe piae sorores nostrum fecerimus."

Tunc Psyche misella, utpote simplex et animi tenella, rapitur uerborum tam tristium formidine: extra terminum mentis suae posita prorsus omnium mariti monitionum suarumque promissionum memoriam effudit et in profundum calamitatis sese praecipitauit tremensque et exangui colore lurida tertiata uerba semihianti uoce substrepens sic ad illas ait:

"Vos quidem, carissimae sorores, ut par erat, in officio 19
355 uestrae pietatis permanetis, uerum et illi, qui ta|lia uobis adfirmant, non uidentur mihi mendacium fingere. nec enim umquam uiri mei uidi faciem uel omnino cuiatis sit noui, sed tantum nocturnis subaudiens uocibus maritum incerti status et prorsus lu⟨*ci*⟩fugam tolero bestiamque aliquam recte dicentibus uobis merito consentio. meque magnopore semper a suis terret aspectibus malumque

---

F 146[b]. φ 42[b]. 1 ſaginarũ (φ, *em. ead. m.*) *em. al. m.* 2 p̄gnatione In tuã (*eras. vid.* ˜) φ: p̄gnationē ịṇ tuā 3 fruc[tu] *em. ead. m.* ad (φ) at *Elmenh* 4 ē (φ) esto *E cf. Plaut. Cas. 292 Liv. XXXIV 2,5* 9 ⟨nos⟩ nostrum *Bluemner* 15 tremen[s]q; *em. ead. m.* 16 ſemi|anti (*eras.* [i], *fuit igitur* mihi, i *post* m *vid. addid. aut refinx. al. m.*) φ: ſe[i]manti (*supra* a *al. m. add.* [hy]) *cf. 259,15* semihianti ⟨ore tremula⟩ *vd Vl* 22 obaudiens *Souter* 23 lu[ci]fugã [ci] *add. al. m.* (φ) 24 marito (φ) merito *Colv cf. 47,7* meque] me quippe *Luetj cf. locos unicos 193,12 286,13* me quidem *Gruter* namque (nempe *Haupt*) magn. me *Jahn Haupt* me quoque *Petsch* me quae *vel* qui *Leo*

Oud. *E*

grande de uultus curiositate praeminatur. nunc si quam
salutarem opem periclitanti sorori uestrae potestis adferre,
iam nunc subsistite; ceterum incuria sequens || prioris pro-
uidentiae beneficia conrumpet."

*T*unc nanctae iam portis patentibus nudatum sororis
animum facinerosae mulieres, omissis tectae machinae lati-
bulis, destrictis gladiis fraudium simplicis puellae pauentes
20 cogitationes inuadunt. sic denique altera: "quoniam nos
originis nexus pro tua incolumitate ⟨*ne*⟩ periculum qui- *90*
dem ullum ante oculos habere compellit, uiam, quae sola
356 deducit iter ad salutem, diu diuque cogitatam monstra-
bimus tibi. nouaculam praeacutam, adpulsu etiam pal-
mulae lenientis exasperatam, tori qua parte cubare con-
suesti, latenter absconde lucernamque concinnem, completam
oleo, claro lumine praemicantem subde aliquo claudentis
357 aululae tegmine omnique isto apparatu tenacissime dis-
simulato, postquam sulcato⟨*s*⟩ intrahens gressus cu-
bile solitum conscenderit iamque porrectus et exordio
somni prementis implicitus altum soporem flare coeperit,
toro delapsa nudoque uestigio pensilem gradum p⟨*a*⟩ul-
lulatim minuens, caecae tenebrae custodia liberata lucerna,
praeclari tui facinoris opportunitatem de luminis consilio
mutuare et ancipiti telo illo audaciter, prius dextera sur-
sum elata, nisu quam ualido noxii serpentis nodum cer-
uicis et capitis abscinde. nec nostrum tibi deerit sub-
358 sidium; sed cum primum illius morte salutem tibi

F 146^{b}. φ 42^{b}. **4** c̄rūpit (φ) *em. Rohde cf. 106,21 sq.* **5** hunc (φ) *em. v* **9** ⟨ne⟩ *Petsch* **10** nullum *v* quę (φ) qua *Jahn* **11** te ducit *Michaelis* iter *del. Gruter sed v. 36,9 sq. Iuvenc. I 680 sq. Hor. c. III 2,22 Ov. am. III 13,6* rite *Petsch* **14** concinne *v sed interpret. 'aptam'* **16** aululę (φ) *mut. al. m. in* tabulę, *pr. m. in mg. add.* tabulę **17** ſulcato (φ, *sed add.* ^{s}) sulcatos *v cf. 268,13* intrahens] ille trahens *Rohde* trahens *Salm* ⟨in⟩cessu trahens (*servat.* sulcato) *Plasberg* sulcato intrans gressu *He cf. 268,13* **18** porre*|ctuſ (c *eras.*) **19** ſoporē (˜ *eras. vid.*) efflare *Jahn cf. Verg. Aen. IX 326* **20** pullulatī (φ) *em. v cf. 38,1 Funck Arch. f. lat. Lex. VII 495* **24** *cf. 77,1* **25** abſcinde (φ) abscide *v cf. 122,7, sed Thes. l. Lat. I 151*

Oud. *E*

feceris, anxiae praestolabimus cunctisque istis *foras*
tecum relatis uotiuis nuptiis hominem te iungemus homini."

Tali uerborum incendio flammata uiscera sororis iam 21
prorsus ardentis deserentes ips*ae* protinus, tanti mali confinium sibi etiam eximie metuentes, flatus alitis impulsu solito porrectae super scopulum ilico pernici[o] se fuga proripiunt statimque conscensis nauibus abeunt.

At Psyche relicta sola, nisi quod infestis Furiis agitata
359 sola non est, aestu pelagi simile maerendo fluctuat et, quamuis statuto consilio et obstinato animo, iam tamen facinor*i* manus admouens adhuc incerta consilii titubat multisque calamitatis suae distrahitur affectibus. festinat differt, audet trepidat, diffidit irascitur et, quod est ultimum, in eodem corpore odit bestiam, diligit maritum.
uespera tamen iam noctem trahente praecipiti festinatione *91*
nefarii sceleris instruit apparatum. nox aderat et maritus ad⟨*uen*⟩erat pri[m]usque Veneris proeliis uelitatus
360 altum soporem descenderat. tunc Psyche, et corporis et 22
animi alioquin infirma, fati tamen saeuitia subministrante,

F 146ᵇ 147ᵃ. φ 42ᵇ 43ᵃ. 1 p̄ſtolabim; (φ) praestola⟨tae aduola⟩bimus *vdVl* praestolabimur *v cf. 54,23 81,24 106,3* ſociiſ (φ) ocius *v* foras *He* lotitiis *Traube cf. 154,13* 2 relictis *Petsch* 5 ardentis. ⟨dein⟩ *Rossbach* ardentis. ⟨istae⟩ *Michaelis* ardentem (*supra* .iam) *Wissowa* *post* deſerentes *distinct., em.* φ ipſa (*null. ras.*) φ: ipſā ipsae *v cf. 82,14 sq. 212,20 sq.* 7 prouectae *Bursian cf. 33,12* pniciosę (φ) *eras.* o 10 haerendo *vdVl* 12 facinori (ri *ex* ſu *corr. al. m., sed discerni nequit num antea ead. m. emendaverit et posterior refinxerit*) φ: facino^ri^ſuaſ (^ri^ *et* aſ *add. al. m.*) facinorosas *vel* facinori suas *v* 16 noctē (*eras.* ˜ *virgulam al. m. add.*) trahente* (*eras.* m) φ: nocte trahentē 17 [ad]erat *vdVl* 18 aderat (φ) aduenerat *Pric* p̊m;q; (φ) primisque *v* protinusque *Jahn* priusque *Kronenb cf. 65,3; 70,5 118,23 201,8 276,24 284,26* ueneriis *Rohde cf. 129,4* 19 ⟨in⟩ altum *Vulcan* altum ⟨in⟩ *vel coll. Fulg. mit. III 6 (68,9 H.)* extenderat *Colv* 20 saeuitate saeuitiam *Nolte*

Oud. *E*

uiribus roboratur et prolata lucerna et adrepta nouacula sexum audacia mutatur. sed cum primum luminis oblatione tori secreta claruerunt, uidet omnium ferarum mitissimam dulcissimamque bestiam, ipsum illum Cupidinem formonsum deum formonse cubantem, cuius aspectu lucernae quoque lumen hilaratum increbruit et acuminis sacrilegi nouacula praenitebat. at uero Psyche tanto aspectu deterrita et impos animi, marcido pallore defecta
361 tremensque desedit in imos poplites et ferrum quaerit abscondere, sed in suo pectore; quod profecto fecisset, nisi ferrum timore tanti flagitii manibus temerarii⟨*s*⟩ delapsum euolasset. iamque lassa, salute defecta, dum saepius diuini uultus intuetur pulchri‖tudinem, recreatur animi. uidet capitis aurei geni⟨*a*⟩lem caesariem ambrosia[m] temulentam, ceruices lacteas genasque purpureas pererrantes crinium globos decoriter impeditos, alios antependulos, alios
362 retropendulos, quorum splendore nimio fulgurante iam et ipsum lumen lucernae *u*acillabat; per umeros uolatilis dei pinnae roscidae micanti flore candicant et quamuis ali[i]s quiescentibus extimae plumulae tenellae ac delicatae tremule resultantes inquieta lasciuiunt; | ceterum corpus glabellum atque luculentum et quale peperisse Venerem non paeniteret. ante lectuli pedes iacebat arcus et faretra et sagittae, magni dei propitia tela. quae dum insatiabili
23 animo Psyche, satis et curiosa, rimatur atque pertrectat

F 147ᵃ. φ 43ᵃ. 2 mutauit (uit *in ras. m. recentior, fuisse potest* — tū aut tū) φ: mutatū (*ead. m. vel al.* mutauit *supra lin. add.*) mutatur *Jahn cf. 144,4 Tac. a. VI 43,10 h. I 85,12* 5 formonſū (n *indux. al. m.*) 7 nouaculam (nouacula *Weyman*) poenitebat *Lips* 8 delenita? *Leo cf. 111,25* 11 temerarii *em. m. rec. et* φ 12 sal. defecta *cf. apol. 25 (29,20 sq.)* 14 geni|lē (φ, *sed em. m. rec.*) ãbroſiã (φ) *em. v* 17 nimio*| (*vid. eras.* f) 18 bacillabat (φ, *sed prior.* b *corr. in* u) uaccillabat *Weyman coll. 123,2 152,8 cf. Lachmann. ad Lucret. p. 37 Funck Arch. f. lat. Lex. IV 236 sqq.* 19 micante *Schober* aliiſ (φ) *em. v* 21 inquietae *v* inquiete *Roald cf.* crebra *30,21 39,6* laſciuiant *em. ead. m. et in mg. add.* unt 23 paeniteat *Leo* 25 et *om. v* satis ⟨cupida⟩ et cur.? *Weyman; interpretand.: praesertim cum etiam curiosa esset.*

Oud. *E*

et mariti sui miratur arma, depromit unam de pharetra
363 sagitta⟨*m*⟩ et punct*u* pollicis extremam aciem periclitabunda
trementis etiam nunc articuli nisu fortiore pupugit altius,
ut per summam cutem rorauerint paruulae sanguinis rosei 92
guttae. sic ignara Psyche sponte in Amoris incidit amorem. tunc magis magisque cupidine fraglans Cupidinis, prona in eum efflictim inhians, patulis ac petulantibus sa*u*iis festinanter ingestis de somni mensura metuebat. sed dum bono tanto percita saucia mente fluctuat, lucerna illa siue perfidia pessima siue inuidia noxia siue quod tale corpus contingere et quasi basiare et ipsa gestiebat, euomuit de summa luminis sui stillam feruentis olei super umerum dei dexterum. hem audax et temeraria lucerna et amoris uile ministerium, ipsum ignis totius deum aduris, cum te scilicet amator ‖ aliquis, ut diutius cupitis etiam nocte potiretur, primus inuenerit. sic inustus exiluit deus uisaque detectae fidei collu*u*ie prorsus ex o⟨*s*⟩culis et
364 manibus infelicissimae coniugis tacitus auolauit. at Psyche 24
statim resurgentis eius crure dextero manibus ambabus a*d*repto sublimis euectionis adpendix miseranda et per nubilas plagas penduli comitatus extrema consequia tandem fessa delabitur solo.

Nec deus amator humi iacentem deserens inuolauit proximam cupressum deque eius alto cacumine sic eam grauiter commotus adfatur:

F 147ᵃᵇ. φ 43ᵃ. 2 ſagittā (‾ *al. m. add.*) puncto (φ) punctu *Florid cf. 168,13* 4 rorauerit (n *superscr.*) *em. ead. m.* 6 φ: flagranſ 8 ſabiiſ (φ, b *mut. in* v) 9 dũ (ũ *in ras. al. m. aut scrips. aut refinx.*) 13 hem (φ) h *ex* N *fort. al. m. corr., sed in mg. pr. m. add.* hē) 14 d̄m̄* (*al. m. eff. ex* d̄n̄m̄, *sed* n *indux. pr. m.*) φ: d̄n̄m̄ deum *v* aduriſ (φ) *al. m. in ras.* 17 uisuque detecta? *Leo* defectae *Jahn* deiectae *Petsch* detrectatae *vd Vl* deceptae? *He sed* fides *videtur dici secretum quod se non detecturam spoponderat* collubię (b *mut. in* v *m. rec.*) protinus *Rohde* oculiſ (φ) *em. Crusius coll. Gell. III 15,3 cf. v. 8; 99,12 Kronenb. cft. Sen. dial. XI 15,5 (332,20 H.) XII 2,5 (342,21)* 20 abrepto (φ) *em. v cf. 21,4 al.* 21 conſequa *Gruter sed cf. 251,3* 23 amatam *Jahn*

Oud. *E*

"Ego quidem, simplicissima Psyche, parentis meae Veneris praeceptorum immemor, quae te miseri extremique hominis deuinctam cupidine infimo matrimonio addici iusserat, ipse potius amator aduolaui tibi. sed hoc feci leuiter, scio, et praeclarus ille sagittarius ipse me telo meo percussi teque coniugem meam feci, ut bestia | scilicet tibi uiderer et ferro caput excideres meum, quod istos amatores tuos oculos gerit. haec tibi identidem
365 semper cauenda censebam, haec beniuole remonebam. sed illae quidem consiliatrices egregiae tuae tam perniciosi magisterii dabunt actutum mihi poenas, te uero tantum fuga mea puniuero." et cum termino sermonis pinnis in altum se proripuit.

25 Psyche uero humi prostrata et, quantum uisi poterat, *93*
uolatus mariti prospiciens extremis affligebat lamentationibus animum. sed ubi remigio plumae raptum maritum
366 proceritas spatii fecerat alienum, per proximi fluminis marginem praecipitem sese dedit. sed mitis fluuius in honorem dei scilicet, qui et ipsas aquas urere consueuit, metuens sibi confestim eam ‖ innoxio uolumine super ripam florentem herbis exposuit. tunc forte Pan deus rusticus
367 iuxta supercilium amnis sedebat complexus [h] Echo mo⟨*n*⟩-*t*anam deam eamque uoculas omni*mo*das edocens reccinere; proxime ripam uago pastu lasciuiunt comam fluuii tondentes capellae. hircuosus deus sauciam Psychen atque defectam, utcumque casus eius non inscius, clementer ad se uocatam sic permulcet uerbis lenientibus:

"Puella scitula, sum quidem rusticanus et upilio, sed senectutis prolixae beneficio multis experimentis instructus.

F 147b. φ 43ab. 6 pcuſſi (φ) *post* i *eras. t* 7 excidēſ (*virgul. add. pr. m.*) φ: excidereſ 8 tui *Cast* ident. *ante* ben. *transpos. vdVl* 9 semper *del. Rohde* ident. praecauenda *Michaelis cf. 29,11* ident. *ad* censeb. *pertinet* recenseb. — moneb. *Rohde cf. 107,21 143,9* praemonebam *Cast* 14 uiſi *scil. maritus* φ: uiſu *cf. 6,4 53,19* 15 prosequens *Michaelis* 22 hęc homo canā (φ) *em. Jahn* 23 omninedaſ (φ) *em. v* 24 cōmā (*eras.* ˜) 25 hyrcuoſuſ (φ)

Oud. E

uerum si recte coniecto, quod profecto prudentes uiri diuinationem autumant, ab isto titubante et saepius uacillante uestigio deque nimio pallore corporis et assiduo suspiritu, immo et ipsis maerentibus oculis tuis, amore nimio laboras. ergo mihi ausculta nec te rursus praecipitio uel ullo mortis accersi[to]tae genere perimas. luc-
368 tum desine et pone maerorem precibusque potius Cupidinem deorum maximum percole et utpote adolescentem delicatum luxuriosumque blandis obsequiis promerere."

Sic locuto deo pastore nulloque sermone reddito, sed **26** adorato tantum *nu*mine salutari Psyche pergit ire. sed ⟨*cum*⟩ aliquam multum uiae laboranti uestigio pererrasset, inscio quodam tramite iam d⟨*i*⟩e labente accedit quandam ciuitatem, in qua regnum maritus unius sororis eius optinebat. qua re cognita Psyche nuntiari praesentiam suam sorori desiderat; mox inducta mutuis amplexibus alternae *94* salutationis | expletis percontanti causas aduentus sui sic incipit:

369 "Meministi consilium uestrum, scilicet quo mihi suasistis, ut bestiam, quae mariti mentito nomine mecum quiesce||bat, prius quam ingluuie uoraci me misellam hauriret, ancipiti nouacula peremerem. set cum primum, ut aeque placuerat, conscio lumine uultus eius aspexi, uideo mirum diuinumque prorsus spectaculum, ipsum illum deae Veneris filium, ipsum inquam Cupidinem, leni quiete so-

---

F 147[b] 148[a]. φ 43[b]. 1 ꝓdenteſ (pru *superscr.*) *em. ead. m.* 2 *cf. 120,18* 3 pallore ⟨oris deque macie⟩ *vd Vl* corp.] oris *Rohde* 4 marcentibus *Pric* 6 ullo ⟨omnino⟩ *Crusius* ullo ⟨alio⟩ *Luetj cf. 107,7 224,29 235,13 244,34 281,5* accerſito te (φ) *em. Barth cf. 14,17 283,7 Plin. ep. I 12,2 Quint. decl. mai. XII 19 (236,4 L.) lectionem fals. et emendat. coniunctas esse cognov. Oud cf. praef. 54* 11 nomine (φ, *sed in mg.* c (e *superscr.*) numine *m. rec. add.*) 12 an̄/quā (n̄ *in ras., ut vid. ab al. m. script.; fuit* aliquā) φ: aliquā *cf. 22,12 287,19* ⟨cum⟩ aliquam *Gronov* ⟨ubi⟩ aliq. *Wasse* illa quam — inscia *Vogel* 13 delabente (φ) *em. Barth* 22 ꝑemerē (φ) *al. m. eff.* -ime-

Oud. *E*

pitum. ac dum tanti boni spectaculo percita et nimia uolu*p*tatis copia turbata fruendi laborarem inopia, casu scilicet pessumo lucerna feruens oleum re*b*ulliuit in eius umerum. quo dolore statim somno recussus, ubi me ferro et igni conspexit armatam, «tu quidem», inquit, «*o*b[i] istud tam dirum facinus confestim toro meo diuorte tibi-
370 que res tuas habeto, ego uero sororem tuam» — et nomen quo tu censeris aiebat — «iam mihi conf[estim]arreat[h]is nuptis coniugabo» et statim Zephyro praecipit, ultra terminos me domus eius efflaret."

27 Necdum sermonem Psyche finierat: illa uesanae libidinis et inuidiae noxiae stimulis agitata, *e* re concinnato mendacio fallens maritum, quasi de morte parentum aliquid conperisset, statim nauem ascendit et ad illum scopulum protinus pergit et quamuis alio flante uento, caeca spe tamen inhians, "accipe me", dicens, "Cupido, dignam te coniugem et tu, Zephyre, suscipe dominam" saltu se maximo praecipitem dedit. nec tamen ad illum locum uel saltem mortua peruenire potuit. nam per saxa cautium membris iactatis atque dissipatis et proinde, ut merebatur, laceratis uisceribus suis alitibus bestiisque obuium ferens pa*b*ulum interiit.

Nec uindictae sequentis poena tardauit. nam Psyche

F 148ᵃ φ 43ᵇ. **2** uoluntatiſ φ: uolũtatiſ (p *ex* ⁻ *al. m. corr.*) **3** rebulliuit (b *ex* u *corr. al. m.*) **5** ubi (φ) ob *Colv* **6** diuorte (*m. recentiss.* o *mut. in* e) **8** censeris *cf. Arnob. 6,10* (*213,4 Reiff.*) iã m̄ c̄feſtĩ arreat hiſ (*lineola rursus induct.*) φ: confeſtim arreãt hiſ (p *et lineol. al. m. add.*) mihi confarreatis *Mercer* (*aberravit librar. ad v. 6, errore cognito falso omnia indux.*) *cf. 260,1* **9** nuptis (φ) (*Rob*) nuptiis *v cf. 199,15* **10** eius] ocius *Kronenb* **11** finierat, ⟨at⟩ *Jahn* ⟨et⟩ *Kosiol cf. 18,5 267,29 sed 71,25* **12** agitata (*lac.*) | freconcinnato (φ) uafre *Hertz* (ua *post* tata *propter litt. simil. pot. intercid.*) e re *m. rec. in mg.* φ *Jahn* praeconcinnato *aut* & reconc. *v* **14** conperiſſet (*supra* o *eras.* ˜, n *lineola del., quae tamen ipsa erasa est*) **22** pabulũ (b *ex* u *corr.*)

Oud. *E*

rursus errabundo gradu peruenit || ad ciuitatem aliam, in 95
371 qua pari modo soror morabatur alia. nec setius et ipsa
fallacie germanitatis inducta et in sororis sceleratas nup-
tias aemula festinauit ad scopulum inque simile mortis
exitium cecidit.

Interimdum Psyche quaesitioni Cupidinis intenta po- 28
pulos circumibat, at ille uulnere lucernae dolens in ipso
thalamo matris iacens ingemebat. tunc auis peralba illa
gauia, quae super fluctus marinos pinnis natat, demergit
sese propere ad Oceani profundum gremium. ibi commo-
dum Venerem lauantem natantemque propter | assistens
indicat adustum filium eius, graui uulneris dolore maeren-
tem, dubium salutis iacere iamque per cunctorum ora po-
pulorum rumoribus conuiciisque uariis omnem Veneris
familiam male audire, quod ille quidem montano scortatu,
372 tu uero marino natatu secesseritis ac per hoc non uolup-
tas ulla, non gratia, non lepos, sed incompta et agrestia
et horrida cuncta sint, non nuptiae coniugales, non ami-
citiae sociales, non liberum caritates, sed ..... enormis *e*luuies
et squalentium foederum insuaue fastidium. haec illa
uerbosa et satis curiosa auis in auribus Veneris fili[um]
lacerans existimationem ganniebat. at Venus irata solidum
exclamat repente: "ergo iam ille bonus filius meus habet
373 amicam aliquam? prome *a*gedu⟨*m*⟩, quae sola mihi seruis
amanter, nomen eius, quae puerum ingen⟨*u*⟩um et inuestem

F 148ᵃ. φ 43ᵇ 44ᵃ. 6 Interīdū (φ) interdum *Colv cf. 47,21 52,20 85,26; 174,15* dum *ind. imperfect. non regit ap. Ap.* 7 at φ: ạṭ *del. Sciopp* 8 auis *del. HI Mueller* 12 marcentem *vd Vl* aegrentem *Cornelissen* 13 cunctarū (a *mut. in* o) *em.* φ 14 om̃ẽm (˜ *eras.*) 15 malaudire *Kirchhoff* 19 *post* sed *genetiv. omiss. putat vd Vl* gluuieſ (φ) *al. m. praepos.* ī *add.* c̄luuies *Jahn cf. 121,17* eluuies *Beroald cf. 6,17* illuuies *Wower cf. 182,4* 21 fili^v *add. ead. m. et* φ *em. Colv* filii unici *Gruter* fili inlacerans *Pontan cf. 244,16 Suet. Caes. 75,5 (38,27 Ihm)* 23 ergo (o *ex* a *corr.*) bon; *ead. m. supra lin. add. et quia* n; *non satis liquidum erat, in mg. add.* n; 24 ꝑ meo gedu (φ, *sed em. al. m.*) 24 f. que ſola — nom̄ eꝫ *ab al. m. linea infra duct. delet.* 25 ingenū (φ, *sed em. al. m.*)

Oud. *E*

sollicitauit, siue illa de Nympharum populo seu de Horarum numero seu de Musarum choro uel de mearum Gratiarum ministerio."

Nec loquax illa conticuit auis, sed: "nescio", inquit, "domina: || puto puellam — si probe memini, Psyches nomine dicitur — ⟨*eum*⟩ efflicte cupere."

Tunc indignata Venus exclamauit uel maxime: "Psychen ille meae formae succubam, mei nominis aemulam 96
374 si uere diligit, nimirum illud incrementum lenam me putauit, cuius monstratu puellam illam cognosceret."

29 Haec quiritans properiter emergit e mari suumque protinus aureum thalamum petit et reperto, sicut audierat, aegroto puero iam inde a foribus quam maxime boans: "honesta", inquit, "haec et natalibus nostris bonaeque tuae frugi congruentia, ut primum quidem tuae parentis, immo dominae praecepta calcares nec sordidis amoribus inimicam meam cruciares, uerum etiam hoc aetatis puer
375 tuis licentiosis et immaturis iungeres amplexibus, ut ego
□ nurum scilicet tolerarem inimicam? sed utique praesumis nugo et corruptor et inamabilis te solum generosum nec me iam per aetatem posse concipere. uelim ergo scias multo te meliore⟨*m*⟩ filium alium ⟨*me*⟩ genituram, immo ut contumeliam magis sentias, aliquem de meis adoptaturam uernulis eique donaturam istas pinnas et flammas et arcum et ipsas sagittas et omnem meam supellectilem,

---

F 148[ab]. φ 44[a]. 1 nĩpharũ (φ) 5 dñā (φ) a *al. m. refinx.* puellae *Oud* puellam ⟨illum⟩ *Rossbach* 6 ⟨eum⟩ *He* cupere] eum perire *Traube* 7 ut̉ (φ) *m. rec. corr. in* per ut *Beck* uel max. *post* tunc *transpos. Luetj* 8 illę (φ) illam *cod. Dorv.* ſuccu͑bã (*eras.* ˜) 9 ſi *induct., om* φ *def. Koch cf. 245,6* si uere *del. Novák oratione pro interrogatione habita* si uere ⟨dicunt⟩ *vel* ⟨dicis⟩ *Luetj cf. 128,8*

14 tuę (φ) 18 tuę *em. ead. m* φ: tuiſ 20 corruptor [et] *Rohde* generoſũ (φ) u *al. m. in ras.* 22 meliorẽ (φ) ˜ *al. m. add.* alium ⟨me⟩ *He* 24 uernuliſ (φ) iſ *ex* ã *ead. ut vid. m. corr.* ejq; (*nihil mutat.*)

quam tibi non ad hos usus dederam; nec enim de patris tui bonis ad instructionem istam quicquam concessum est. sed male pri|ma pueritia inductus es et acutas manus 30
habes et maiores tuos irreuerenter pulsasti totiens et ipsam matrem tuam, me inquam ipsam, parricida denudas cotidie et percussisti saepius et quasi uiduam utique contemnis
376 nec uitricum tuum fortissimum illum maximumque bellatorem metuis. quidni? cui || saepius in angorem mei paelicatus puellas propinare consuesti. sed iam faxo te lusus huius paeniteat et sentias acidas et amaras istas nuptias. — sed nunc inrisui habita quid agam? quo me conferam? quibus modis stelionem istum cohibeam? petamne auxilium ab inimica mea Sobrietate, quam propter huius ipsius luxuriam offendi saepius? a[u]t rusticae squalentisque feminae conloquium prorsus [adhibendum est] horresco. nec tamen uindictae solacium undeunde spernendum 97
377 est. illa mihi prorsus adhibenda est nec ulla alia, quae castiget asperrime nugonem istum, faretram explicet et sagittas dearmet, arcum enodet, taedam deflammet, immo et ipsum corpus eius acrioribus remediis coherceat. tunc iniuriae meae lita[ta]tum crediderim, cum eius comas, quas istis manibus meis subinde aureo nitore perstrinxi, deraserit, pinnas, quas meo gremio nectarei fontis infeci, praetotonderit."

378 Sic effata foras sese proripit infesta et stomachata 31
biles Venerias. sed eam protinus Ceres et Iuno continuantur uisamque uultu tumido quaesiere, cur truci supercilio tantam uenustatem micantium oculorum coerceret. at illa: "oportune", inquit, "ardenti prorsus isto meo pectori

---

F 148ᵇ. φ 44ᵃ. 3 prima φ: prima tua ⟨a⟩ pr. *Novák* □ prima ⟨a⟩ *Michaelis cf. 62,1* 4 ʰabeſ ʰ *ead. m. add.* 7 illum ⟨uirum⟩ *vd Vl* 14 aut (φ) at *Jahn* 15 c̄loquiū ꝓrſuſ adhibendū ē (φ) prors. adh. est *del. Luetj cf. v. 17* prorsus *def. Plasberg quod ipsum ansam errori praebuerit* 18 et *del. Luetj* 21 lita tatū *em.* φ 23 in meo *Cornelissen cf. 10,3 53,11 57,22 58,21 al.* 26 cerefeti uno *em. al. m. et in mg. add.* cereᶠ ⁊ iuno continantur *Kiessling cf. 22,11* 27 timido (φ) *em.* υ

Oud. *E*

379 u[i]olentiam scilicet perpetraturae uenitis. sed totis, oro, uestris uiribus Psychen illam fugitiuam uolaticam mihi requirite nec enim uos utique domus meae famosa fabula et non dicendi filii mei facta latuerunt."

Tunc illae ⟨*non*⟩ ignarae, quae gesta sunt, palpare Veneris iram saeuientem sic adortae: "quid tale, domina,
380 deliqui*t* tuus filius, ut animo peruicaci uoluptates illius impugnes et, quam ille ‖ diligit, tu quoque perdere gestias? quod autem, oramus, isti crimen, si puellae lepidae libenter adrisit? an ignoras eum masculum et iuuenem esse uel certe iam quot sit annorum, oblita es? an, quod aetatem portat *b*ellule, puer tibi semper uidetur? mater autem tu et praeterea cordata mulier filii tui lusus | semper explorabis curiose et in eo luxuriem culpabis et amores reuinces et tuas artes tuasque delicias in formonso filio reprehendes? quis autem te deum, quis hominum patietur passim cupidines populis disseminantem, cum tuae domus amores amare coherceas et uitiorum muliebrium publicam praecludas officinam?"

Sic illae metu sagittarum patrocinio gratioso Cupidini, 98
381 quamuis absenti, blandiebantur. sed Venus indignata ridicule tractari suas iniurias praeuersis illis alter*o*rsus concito gradu pelago uiam capessit.

F 148[b] 149[a]. φ 44[ab]. 1 uiolentiã (φ) *em. Markland* uolentia *Thom* ꝑpetrat[2] ęuenitiſ (φ, *sed emend.*) 3 fabula* *eras.* e φ: famula[e] (*sic*) 5 ⟨non⟩ ignarae *Pric cf. 122,26* gnarae *Beroald* iam gn. *Damsté* 6 adorte* (*eras vid.* ſ[2], *antea induct.*) 7 deliq[t]d (*al. m. add.* [t]) 8 deperit *vel* ⟨perdite⟩ diligit *Weyman* dereliquit *Christ cf. 126,9* q[o]q; (φ) quoquo modo *Luetj cf. 168,21* quaqua *Loefstedt sed cf. 111,8 116,1 113,4* 12 portas *vd Vl* uellule (φ, *sed em. al. m.*) 13 cordata (φ) *sed* d *eras.* 15 reuincies *Wissowa* formonſo φ: formoſo 18 cohercea*ſ* ſ *ex* t *corr. ead. m.* 20 metu* *eras.* ſ 22 p̄uerſiſ (r *ex* ſ *corr. ead. m.*) '*praetervectis et post tergum relictis*' *interpr. Oud* spretis ? *He* alte rurſuſ (φ) altrorsus *E* altrouorsus *Traube* alterorsus *Vollmer in Thes. l. Lat. cf. 224,7* 23 capeſſit ([c] *add. al. m.*)

Oud. *E*

LIBER VI

382 Interea Psyche uariis iactabatur discursibus, dies noc- 1
tesque mariti uestigationibus inquieta animo, tanto cu-
383 pidior iratum licet, si non uxoris blanditiis lenire,
certe seruilibus precibus propitiare et prospecto templo
quodam in ardui montis uertice: "unde autem", in-
quit, "scio, an istic meus degat dominus?". et ilico dirigit
citatum gradum, quem defectum prorsus adsiduis laboribus
spes incitabat et uotum. iamque nauiter emensis celsiori-
bus iugis puluinaribus sese proximam intulit. uidet spicas
frumentarias in aceruo et alias flexiles in corona et spicas
hordei || uidet. erant et falces et operae messoriae mun-
384 dus omnis, sed cuncta passim iacentia et incuria confusa
et, ut solet aestu, laborantium manibus proiecta. haec
singula Psyche curiose diuidit et discretim remota rite
componit, rata scilicet nullius dei fana ⟨*et*⟩ caerimonias
neclege⟨*re*⟩ se debere, sed omnium beniuolam misericor-
diam corrogare. 2

Haec eam sollicite seduloque curantem Ceres alma deprehendit et longum exclamat protinus: "ain, Psyche miseranda? totum per orbem Venus anxia disquisitione tuum uestigium furens animi requirit teque ad extremum

---

F 149ᵃ. φ 44ᵇ Ego ſaluſtiuſ legi & emdaui rome felix.

| METHAMORPHOSEON LIB. V. EXplicit. INCIP. LIB. VI. FELICITER. 3 ⟨intenta et quanto magis⟩ inq. *vd Vl* 4 tanto⟨que⟩ *Michaelis* licetsi *def. Weymun* (*ap. Apul. non legitur*) licet [si] *Koziol* mulcere et si *Jahn* licet, si *edd vett cf. 59,1 de mundo 21* (*158,1 Th.*) uxoriſ (φ) -iis *Beroald* 7 ilico ⟨eo⟩ *Stoll cf. 216,1 218,19* 10 proximans *Elmenh* 11 acerbo *em.* φ plectiles *Pric* et] uidet *Giarr del. v. 12* uidet et *? He* 12 uidet *del. F. Norden* 15 semota *Rohde* seiuncta *Michaelis* 16 fano *Oud* ⟨et⟩ *v cf. de deo Socr. 15* (*24,14 Th.*) ⟨ac⟩ *Hild cf.* ac *ante* c *22,13 278,7 282,18 Min. Fel. 6,3* cerimoniaſ (φ) *al. m. punctis del.* ſ 17 neclegeſe (φ) *al. m. eff.* neglegēſe *em. v* 20 aln (φ) a, tu *Jahn cf. 8,7 69,1 173,12*

Oud. *E*

supplicium expetit et totis numinis sui uiribus ultionem
flagitat: tu uero rerum mearum tutelam nunc geris et
aliud quicquam cogitas nisi de tua salute?"

Tunc Psyche pedes eius aduoluta et uberi fletu ri- 99
gans | deae uestigia humumque uerrens crinibus suis mul-
tiiugis. precibus editis ueniam postulabat: "per ego te
385 frugiferam tuam dexteram istam deprecor, per laetificas
messium caerimonias, per tacita secreta cistarum et per
famulorum tuorum draconum pinnata curricula et glebae
Siculae sulcamina et currum rapacem et terram tenacem
et inluminarum Proserpinae nubtiarum demeacula et
luminosarum filiae inuentionum remeacula et cetera, quae
silentio tegit Eleusin[h]is Atticae sacrarium, miserandae
Psyches animae, supplicis tuae, subsiste. inter istam spi-
carum congeriem patere uel pauculos dies delitescam,
quoad deae tantae saeuiens ira spatio temporis mitigetur
386 uel certe meae ⟨*ui*⟩res diutino labore fessae quietis inter-
uallo leniantur."

3 Suscipit Ceres: "tuis quidem lacrimosis precibus et
commoueor et opitulari cupio, sed || cognatae meae, cum
qua etiam foedus antiquum amicitiae colo, bonae prae-
terea feminae, malam gratia⟨*m*⟩ subire nequeo. decede
itaque istis aedibus protinus et quod a me retenta custo-
ditaque non fueris, optim*i* consule."

Contra spem suam repulsa Psyche et afflicta duplici
maestitia iter retrorsum porrigens inter subsitae conuallis
387 sublucidum lucum prospicit fanum sollerti fabrica structum
nec ullam uel dubiam spei melioris uiam uolens omittere,
sed adire cuiuscumque dei ueniam, sacratis foribus pro-

F 149[ab]. φ 44[b]. 7 *cf. 99,3* 13 eleuſ In hiſ (φ) *em. v* ſacrariū miſerandę *al. m. lineol. add.* 15 deli*teſcam *eras. vid.* ſ
17 meę**|reſ (meę *vid. corr. esse ex* metu *vel* meta) φ: mee[ui]reſ (*em. ead. m.*) 18 leuentur *Rohde refut. Novák coll. 6,19*
22 grā *em. m. rec. et* φ 24 de iſtiſ (*sed* de *del. ead. m.*) φ: iſtiſ 23 optime (φ) *em. v* 26 subditae *Salm cf. 103,4*
28 cōomittere (*induct.* cō) φ: omittere

ximat. uidet dona pretiosa [h]*ct* lacinias auro litteratas
388 ramis arborum postibusque suffixas, quae cum gratia facti nomen deae, cui fuerant dicata, testabantur. tunc genu nixa et manibus aram tepentem amplexa detersis ante lacrimis sic adprecatur:

"Magni Iouis germana et coniuga, sive tu Sami, quae 4
*s*ola partu uagituque et alimonia tua gloriatur, tenes
389 uetusta delubra, siue celsae Carthaginis, quae te uirginem uectura leonis caelo commeantem percolit, beatas sedes 100
frequentas, seu[es] prope ripas Inachi, qui te iam nuptam Tonantis et reginam dearum memorat, inclitis Argiuorum praesides moenibus, quam cunctus oriens Z*y*giam ueneratur et omnis occidens Lucinam appellat, sis meis extre-
390 mis casibus Iuno Sospita meque in tantis exanclatis laboribus defessam imminentis periculi metu libera. quod sciam, soles praegnatibus periclitantibus ultro subuenire."

Ad istum modum supplicanti statim sese Iuno cum totius sui numinis augusta dignitate praesentat et protinus: "quam uellem", inquit, "per fidem nutum meum precibus tuis accommodare. sed contra uoluntatem Veneris, || nurus meae, quam filiae semper dilexi loco, prae-
391 stare me pudor non sinit. tunc etiam legibus, quae seruos alienos perfugas inuitis dominis uetant suscipi, prohibeor."

Isto quoque fortunae naufragio Psyche perterrita nec 5

F 149ᵇ. φ 44ᵇ45ᵃ 1 *ęt (*eras.* h, t *ex* c *corr. al. m.*) φ: ħ ac *Jahn* 2 fa͡ti (c *supra* a) *em. ead. m. et* φ uoti *Bluemner* 3 de⟨orum regin⟩ae *Paetzolt* 4 amplexa (φ) *post* a *eras.* nſ 6/7 quęrula (u *ex* o *vid. eff. ead. m.*) φ: q̄rula quae sola *Salm* quae insula *Rohde* 10 ſeueſ φ: ſeueſ (i *supra*) sive *v* seu *Michaelis* seu es — praesidens *Rohde* 11 dearũ (*sed legere licet* decorũ) φ: decorũ memorat, ⟨et⟩ (*servato* seu es) *? He* 12 zigiã (φ) 14 exantlatiſ *cf. 136,15* 16 φ: p̄gnantib; *cf. Roensch Ital. u. Vulg. 461* 19 *inter* meũ *et* precibuſ *lac. in qua litt. non fuerunt* 21 ⟨praesidium⟩ praestare *Michaelis cf. 152,2* ⟨opem⟩ *Cornelissen* 23 p fugaſ φ: profugoſ

Oud. *E*

indipisci iam maritum uolatilem quiens, tota spe salutis deposita, sic ipsa suas cogitationes consuluit: "iam quae possunt alia meis aerumnis temptari uel ad⟨*h*⟩iberi subsidia, cui nec dearum quidem, quamquam uolentium, potuerunt prodesse suffragia? quo rursum itaque tantis laqueis inclusa uestigium porrigam quibusque tectis uel etiam tenebris abscondita magnae Veneris ineuitabiles oculos effugiam? quin igitur masculum tandem sumis animum et cassae speculae renuntias fortiter et ultroneam te dominae tuae reddis et uel sera modestia saeuientes impetus eius mitigas? qui scias, an etiam, quem diu quaeritas, ill*i*c in domo matris repperi*as*?". sic ad dubium obsequium, immo ad certum exitium praeparata
392 principium futurae secum meditabatur obsecrationis.

6 At Venus terrenis remediis inquisitionis abnuens caelum petit. iubet *in*strui currum, quem ei Vulcanus aurifex subtili fabrica studiose poliuerat et ante thalami
393 rudimentum nuptiale munus obtulerat, limae tenuantis detrimento conspicuum et ipsius auri damno pretiosum. *101*
de multis, quae circa cubiculum dominae stabulant, procedunt quattuor candidae columbae et hilaris incessibus picta colla torquentes iugum gemmeum subeunt susceptaque domina laetae subuolant. currum deae prosequentes gannitu constrepenti lasciuiunt passeres et ceterae, quae dulce cantitant, aues melleis modulis suaue resonan||tes aduentum deae pronuntiant. cedunt nubes et Caelum filiae panditur et summus aether cum gaudio suscipit deam, nec obuias aquilas uel accipitres rapaces pertimescit magnae Veneris cano|ra familia.

F 149b 150a. φ 45a. **3** adiberi (φ *superscript.* h) uel adhib. *del. Jahn* **4** ne *Michaelis cf. 107,4* quan͠quã (*eras.* ˜) **5** quo rurſũ (*em. ead. m.*) φ: quo rurſū quorsum *Mercer* quosum *Weyman* **7** absc. m. Ven. *supra lin. add. pr. m.* **8** *cf. 148,19* **12** illuc (φ) *em. v* repperieſ (φ) reperias *v cf. 110,5sq. sed 14,9 129,7* indubium *vdVl* **16** c̄ſtrui φ: cōſtrui inſtrui *Oud* **26—28** cedunt — deam *post* familia *v. 29 transpos. Bintz* **28** accipitreſ *ead. m. corr. ex* —teſ

Oud. *E*

Tunc se protinus ad Iouis regias arces dirigit et 7
394 petitu superbo Mercuri, dei uocalis, operae necessariam
usuram postulat. nec rennuit Iouis caerulum supercilium.
tunc ouans ilico, comitante etiam Mercurio, Venus caelo
demeat eique sollicite serit uerba: "frater Arcadi, scis
nempe sororem tuam Venerem sine Mercuri praesentia nil
unquam fecisse nec te praeterit utique, quanto iam tem-
pore delitescentem ancillam nequiuerim repperire. nil
ergo superest quam tuo praeconio praemium inuestiga-
tionis publicitus edicere. fac ergo mandatum matures
meum et indicia, qui possit agnosci, manifeste designes,
ne, si quis occultationis illicitae crimen subierit, igno-
rantiae se possit excusatione defendere"; et simul dicens
libellum ei porrigit, ubi Psyches nomen continebatur et
cetera. quo facto protinus domum secessit.

Nec Mercurius omisit obsequium. nam per omnium 8
ora populorum passim discurrens sic mandatae praedica-
tionis munus exequebatur: "si quis a fuga retrahere uel
395 occultam demonstrare poterit fugitiuam regis filiam, Ve-
neris ancillam, nomine Psychen, conueniat retro metas
Murtias Mercurium praedicatorem, accepturus indiciu[i]ae
nomine ab ipsa Venere septem sa*u*ia suauia et unum
blandientis adpulsu linguae longe mellitum."

Ad hunc modum pronuntiante Mercurio tanti praemii *102*
cupido certatim omnium mortalium studium adrexerat.
quae res nunc uel maxime sustulit Psyches omnem cuncta-
tionem. ‖ iamque fores ei[us] dominae proximanti occurrit

F 150^a. φ 42^a. 1 Iouiſ (φ) i *ex* e *eff. al. m., sed antea vid.*[1] *superscr. fuisse* 2 Mercuri (*m. rec. add.*[1]) 3 *cf. 58,22* 4 ouanſ (o *corr. ex* f) 5 Arcadi *cf. Neue Lat. Formenl.*[3] *II 42* 6 p̄ſentiā *eras.*~ 11 q φ: qui^s quibus *v* 13 et| haec *Pric* 15 facessit *Sciopp* se c⟨ap⟩essit *vd Vl* recessit? *Novák cf. 125,16 222,4* 17 *cf. Liv. II 38,3 Sall. Iug. 31,10* 19 fugitiuā (φ) ~ *add. al. m., sed vid. antea fuisse* 21 indiciuię φ: indiciuie (ᵒ *et* q; *fort. ead. m. add.*) indicinae *Roald* indiciuae *Haupt cf. 173,17 Corp. gloss. VI 563* 22 ſabia (φ) *em. v* 23 longe *cf. 19,18* 27 eꝭ (φ) *del. Pric* ei *Rohde secund. Oud cf. 141,20* foribus d. *Cornelissen* aedis? *He cf. 284,13:* foris aedis Vener. *et* eius *locum inter se mutare iubet Oud*

396 una de famulitione Veneris nomine Consuetudo statimque, quantum maxime potuit, exclamat: "tandem, ancilla nequissima, dominam habere te scire coepisti? an pro cetera morum tuorum temeritate istud quoque nescire te fingis, quantos labores circa tuas inquisitiones sustinuerimus? sed bene, quod meas potissimum manus incidisti et inter Orcî cancros iam ipsos ha[b]esisti datura scilicet actutum
9 tantae contumaciae poenas", et audaciter in capillos eius inmissa manu trahebat eam nequaquam re*nit*entem. quam ubi primum inductam oblatamque sibi conspexit Venus,
397 laetissimum cachinnum extollit et qualem sole⟨*n*⟩t furenter irati, caputque quatiens et ascalpens aurem dexteram: "tandem", inquit, "dignata es socrum tuam salutare? an potius maritum, qui tuo uulnere periclitatur, interuisere uenisti? sed esto secura, iam enim excipiam te, ut bonam nurum condecet"; et: "ubi sunt", inquit, "Sollicitudo atque Tristities, ancillae meae?". quibus intro uocatis torquendam tradidit eam. at illae sequentes erile praeceptum Psychen misellam flagellis afflictam et ceteris tormentis excruciatam iterum dominae conspectui reddunt. tunc rursus sublato risu Venus: "et ecce", inquit, "nobis turgidi uentris sui lenocinio commouet miserationem, unde me praeclara subole auiam beatam scilicet faciat. felix uero ego, quae in ipso aetatis meae flore uocabor auia et uilis ancillae filius nepos Veneris audiet. quanquam inepta

---

F 150ᵃ. φ 45ᵃᵇ. 1 famulitio *Jahn fort. recte sed cf. 25,13* famulatione *v* 7 habeſiſti (φ) *em. Rohde* adhaesisti *v* obhaesisti *Oud* 9 retinentẽ *em. al. m.* (φ) *cf. 23,27 59,19*

11 laetiſſimũ (φ) latissimum *v cf. 248,25* saeuissimum *Bluemner* lentissimum *Nolte* et] sed *vdVl* (servato laet.) ſol& (φ) *em. al. m.* frequent̃ (*in mg.* furent̃) φ: furent̄ *cf. Cic. ad Att. VI 1,12 sed 40,22 87,4 98,2 al.* ferventer *v* frequentare *Jahn* furentes *FNorden* 12 dexterã (φ) *post* a *ras.* 21 et *om.* φ set *Jahn* en *Bluemner cf. 1,12* et *def. Weyman cf. 60,23 90,11 92,3 175,5* turgidi* (*eras.* ſ) 23 ſubole (*ead. ut vid. m.* u *mut. in* o) φ: ſobole auiam *del. vdVl* faciet *E* 24 uocabor auia (r a *in ras. al. m. scr; vid. fuisse* bo ra) (φ) auia ⟨Iamiam Cupidinis⟩ et *Vollgraff*

Oud. *E*

ego frustra filium dicam; impares enim nuptiae et praeterea in uilla sine testibus et patre non consentiente
398 factae legitimae || non possunt uideri ac per hoc spurius 103
iste nascetur, si tamen partum omnino perferre te patiemur."

His editis inuolat eam uestemque plurifariam diloricat 10
capilloque discisso et capite conquassato grauiter affligit et accepto frumento et hordeo et milio et papauere et
399 cicere et lente et faba commixtisque aceruatim confusis
in unum grumulum sic ad illam: "uideris enim mihi tam deformis ancilla nullo alio, sed tantum sedulo ministerio amatores tuos promereri: iam ergo et ipsa[m] frugem tuam periclitabor. discerne[re] seminum istorum passiuam congeriem singulisque granis rite dispositis atque seiugatis ante istam uesperam opus expeditum approbato mihi."

Sic assignato tantorum seminum cumulo ipsa cenae nubtiali[s] concessit. ne⟨*c*⟩ Psyche manus admolitur inconditae illi et inextricabili moli, sed immanitate prae-
400 cepti consternata silens obstupescit. tunc formicula illa
paruula atque ruricola, certa[ta] difficultatis tantae laborisque, mi serta contubernalis magni dei socrusque saeuitiam execrata, discurrens nauiter conuocat corrogatque cunctam formicarum accolarum classem: "miseremini terrae omniparentis agiles alumnae, miseremini et Amoris uxori[s], puellae lepidae, periclitanti prompta uelocitate succurrite."

F 150[ab]. φ 45[b]. 1 ego ⟨quae⟩ *vd Vl coll. 144,5 de coniunctivo cf. Becker Stud. Apul. diss. Berol. 1879 p. 27* 4 proferre *v* 6 ueſtē q; (*vid. fuisse* quę) φ: ueſtē q̄ 8 accersito *vd Vl* frumento *vel* frum.et *del. Wower Elmenh* frumenti *Stewech; 'tritico' interpret. Beroald cf. 129,11* 9 ⟨et⟩ aceru. *Michaelis* confusisque *v* 12 ipſã (φ) ipsa *v* 13 diſcernere (φ) *em. v* 15 ipsam *Florid* 16 cęnae (φ) ae *ex* a *ead. m. corr.* 17 nubtialiſ (b *ex* p *corr. ead. m.*) ne *em.* φ *cf. 77,7* 19 conit̃ nata (φ, *sed supra prior.* n *addit.* m) *em. v* 20 ruricula *em.* φ certata *poster.* a *vid ex* j *corr.* (φ) *vid. librarius ipse cognovisse se ad verb. sequens aberrasse, sed omisisse alteram syll.* ta *delere* certa *E* certatim *v* certa tum *Oud* certa iam *Stewech* certa tamen *Luetj* spectata *Bluemner* cordata *Hild* exercitata *Leo cf. 146,6 sq.* 24 uxoriſ (φ) *eras.* ſ

Oud. *E*

ruunt aliae superque aliae sepedum populorum undae
summoque studio singulae granatim totum digerunt acer-
uum separatimque distributis dissitisque generibus e con-
401 spectu perniciter abeunt.

11 Sed initio noctis e conuiuio nuptiali uino madens et
fra*g*lans balsama Venus remeat totumque reuincta corpus||
rosis micantibus uisaque diligentia miri laboris: "non
tuum", inquit, "nequissima, nec tuarum manuum istud *104*
opus, sed illius, cui tuo, immo et ipsius malo placuisti"
et f⟨*r*⟩usto cibarii panis ei proiecto cubitum facessit.
interim Cupido solus interioris domus unici cubiculi cu-
stodia clausus cohercebatur acriter, partim ne petulanti
luxurie uulnus grauaret, partim ne cum sua cupita con-
ueniret. sic ergo distentis et sub uno tecto separatis
amatoribus tetra nox exanclata.

Sed Aurora commodum inequitante uocatae Psychae
Venus infit talia: "uidesne illud nemus, quod fluuio prae-
402 terluenti ripisque longis attenditur, cuius ⟨*frutices*⟩ imi gur-
git*i*s uicinum fontem despiciunt? oues ibi nitentes auriue
col⟨*or*⟩e florentes incustodito pastu uagantur. inde de coma

---

F 150[b]. φ 45[b]. 1 ſępe dũ (φ) 6 fla[r]ganſ [r] *add. ead. m.* φ: flagranſ fraglans *vdVl cf. 32,5 67,1 76,1* Venus remeat *post* micant. (*v. 7*) *transpos. vdVl* 10 furto (φ) *al. m. em.* 11 unici *def. Novák coll. 148,23 156,8 al.* (*explicat adverb.* acriter) inuii *Heins* intimi *Rohde* uicini *Purser* aurei *vdVl* gunaecei [cubiculi] *Traube cf. 144,15* 13 luxuria (a *in ras. al. m. fort. ex* ę *corr.*) φ: luxurie *cf. 128,14* 15 [eſt]exanclata ([eſt]*add. m. recentiss.*, c *al. m. ex* e *corr.*) φ: exanelata *cf. 14,20 131,14 159,5 176,18 267,20 275,20 277,5* 16 commodum ⟨caelum⟩ *Wernicke coll. 52,7 cf. praef. 50* 17/18 praeterfluenti *Colv* praeterruenti *cod. Dorv* praeterlabenti *Klotz*
18 ⟨frutices⟩ *He cf. 192,19sq.* imi gurgiteſ (φ) imi frutices *vdVl* inuii frutices ⟨ubi⟩ *Luetj* imi gurgitis *Thom*
19 fontem frondes *Thom cf. 17,19/18,1* ⟨adipe⟩ nitentes aurique colore *Novák* nitentis ⟨solis⟩ auriue colore *vdVl* auri**| cole (*eras.* ue) φ: auriue cole aurique colore *v* nitentis auri decore (uellere *Michaelis*) *Luetj* nitentes auri colore florente

Oud. *E*

pretiosi uelleris floccum mihi confestim quoquo modo quaesitum afferas censeo."

Perrexit Psyche uolenter non obsequium quidem illa functura, sed requiem malorum praecipitio fluuialis rupiſ habitura. sed inde de fluuio musicae suauis nutricula leni crepitu dulcis aurae diuinitus inspirata sic uatici⟨*na*⟩tur arundo uiridis: "Psyche, tantis aerumnis exercita, neque tua miserrima morte meas sanctas aquas polluas **12**

403 nec uero ist*ud* ⟨*h*⟩orae contra formidabiles oues feras aditum, quoa⟨*d*⟩ de solis fraglantia mutuat*ae* calorem truci rabie solent efferri cornuque acuto et fronte saxea et non nunquam uenenatis morsibus in exitium saeuire mortalium; sed dum meridies solis sedauerit uaporem et pecua spiritus fluuialis serenitate | conquieuerint, poteris sub illa procerissima platano, quae mecum simul unum fluentum

404 bibit, ‖ latenter abscondere. et cum primum mitigata furia laxauerint oues animum, percussis frondibus atti[n]gui *105* nemori⟨*s*⟩ lanosum aurum repperies, quod passim stirpibus conuexis obhaerescit."

Sic arundo simplex et humana Psychen aegerrimam **13** salutem suam docebat. nec auscultatu ⟨*in*⟩paenitendo diligenter instructa illa cessauit, sed obseruatis omnibus

---

Rossbach [nitentes] aureo (auri *Woelfflin*) colore florentes *Weyman*

F 150ᵇ 151ᵃ. φ 46ᵃ. 6 uaticit (φ) (2 *supra*) *em. al. m.* 9 iſtiuſ orae (φ) *post* oues *transpos. v* istud horae *Salm cf. 14,2.12*

10 qad* (o *supra*) ſoliſ (*eras.* e) φ: quo ad e (ad e *m. rec.*) quoad de *v* quo de *Petsch* quom de *Novák* *cf. 87,10* mutuata (φ) *em. v* 11 efferari *Colv cf. 204,2; Weyman cft. Lact. inst. VI 24,24 (p. 576,7), Beck Cic. pro Cael. 9,21* 12 ſę*uire (*eras.* r) 13 pecula (*sed ras. infra* l) φ: pecula pecua *v* pecuda *Hild* pecuini—fluuiali *vd Vl* 14 poteris ⟨te⟩ *Novák* 16 ⟨te⟩ abscondere *v cf. 179,17* 17 attingui (φ, *sed. em.*) 18 nemoriſ ſ *add. m. rec.* (φ) 19 conuexiſ (φ) conexis *aut* conexum *v* 21 pęnitendo (φ) *em. Petsch cf. 289,23* non paenitendo *Koziol* penitus intento *Jahn* 22 digent (li *supra*) *em. ead. m.* *illa *eras.* c *antea linea delet.* (*voluerat scribere verb. sequens*) φ: illa ancilla? *Traube*

Oud. E

furatrina facili flauentis auri mollitie congestum gremium Veneri reportat. nec tamen apud dominam saltem secundi laboris periculum secundum testimonium meruit, sed contortis superciliis subridens amarum sic inquit: "nec me praeterit huius quoque facti auctor adulterinus. sed iam nunc ego sedulo periclitabor, an oppido forti animo singularique prudentia sis praedita. uidesne insistentem celsissimae illi rupi montis ardui uerticem, de quo fontis atri fuscae defluunt undae proxumaeque conceptaculo uallis inclusae Stygias inrigant paludes et *r*auca Coc*y*ti fluenta
405 nutriunt? indidem mihi de summi fontis penita scaturrigine rorem rigentem hauritum ista confestim defer[s] urnula." sic aiens crustallo dedolatum uasculum, insuper ei grauiora comminata, tradidit.

14 At illa studiose gradum celerans montis extremum petit *t*umulum certe uel illic in⟨*uentura*⟩ uitae pessimae finem. sed cum primum praedicti iugi conterminos locos appulit, uidet rei uastae letalem difficultatem. namque saxum immani magnitudine procerum et inaccessa salebritate lubricum medi⟨*i*⟩s e *f*aucibus lapidis fontes horridos euomebat, qui statim proni foraminis lacunis editi
406 perque procliue delapsi et angusti canalis exar⟨*a*⟩to contecti tramite proxumam conuallem ‖ latenter incidebant.

F 151ᵃ. φ 46ᵃ. 5 q̊q; *ead. m. supra lin. add.* sed] et *Petsch* 9 proxumeque *em v cf. v. 23* 10 inclusa stygias (st *in ras. al. m., vid fuisse* ē) φ: inclusa ē ygias (st *m. recent.*) pauca (φ) *em. Lips* cociti (φ) fluenta (φ) a *ex* e *corr. ead. m.* 12 hauritũ (φ *omissa* h) *induct.* defer surnula (φ) *al. m. corr. in* deferes *urnula deferas *Jahn cf. 137,2* defers *def. Weyman cf. 21,21* 15 cele*rans (*eras.* r) *cf. Th. l. Lat. III 758* 16 cumulũ (φ) *em. v cf. Verg. A. XII 135 sq.* inuitę φ: īuite īuite in⟨uentura⟩ uitae *Berould* 18 rei] terrae *Beck* 20 medis e raucib; (φ, *sed al. m. em.*) *corr. al. m. in* mediis faucib; radicibus *Draheim* 22 exarto φ: exarcto *def. Beck coll.* expallidus, exspromptus, exspretus exserto *v* extrito *vd Vl* exarato *Petsch* conuecti *Beck* conlecti *Michaelis*

Oud. *E*

dextra laeuaque cautibus cauatis proserpunt . . . . et longa colla porrecti saeui dracones inconiuae uigiliae 106 luminibus addictis et in perpetuam lucem *p*upulis excubantibus. iamque et ipsae semet muniebant uocales aquae.
407 nam et "discede" et "quid facis? uide" et "quid agis? caue" et "fuge" et "peribis" subinde clamant. sic impossibilitate ipsa mutata in l*a*pide⟨*m*⟩ Psyche, ¦ quamuis praesenti corpore, sensibus tamen aberat et *in*extricabilis periculi mole prorsus obruta lacrumarum etiam extremo solacio carebat. nec Prouidentiae bonae graues oculos innocentis **15** animae latuit aerumna. nam ⟨*su*⟩premi Iouis regalis ales illa repente propansis utrimque pinnis affuit rapax aquila memorque ueteris obsequii, quo ductu Cupidinis Ioui po*c*i*ll*atorem Fr*y*gium substulerat, oportunam ferens opem deique numen in uxoris laboribus percolens alti culminis
408 diales uias deserit et ob os puellae praeuolans incipit: "at tu, simplex alioquin et expers rerum talium, speras*ne* te sanctissimi nec minus truculenti fontis uel unam stillam posse furari uel omnino contingere? diis etiam ipsique Ioui formidabiles aquas istas St*y*gias uel fando comperisti,

---

F 151ª. φ 46ª. 1 c^u^atib; *em. ead.(?) m. et* φ et *del. Luetj* ecce *Walter* ⟨serpentes⟩ et *Rossbach* ⟨stridentes⟩ et *He* ⟨sibila⟩ et *Brakman* *verbum quale* strepunt *post* et *intercid. putat Weyman* 2 ⟨saeuiunt⟩ saeui *Purser* 3 ^p^petuã *em. ead. m.* cupulif (φ, *sed em. al. m.*) 4 fem& muniebant (φ) *i. e. defendebant cf. 81,12 89,9* metum incutiebant (iniciebant *Haupt*) *Jahn* 7 mutata∗ (*fort. eras.*˜) φ: mutata lapide (a *ex* u *corr. al. m.*) φ: lapidē (a *corr. ex* u *et* ¯ *add. m. recent.*) *cf. 59,16* 8 hif extricabilıf (φ) inextricabilis *v* 10 *in mg.* ꝑ ꝓuidentia boni *cf. Plin. n. hist. XI 145* gnauos *Bursian* grandes *Mosbach* 11 p^i^mi *def. Weyman, sed addend. erat* dei supremi *Modius cf. 69,7 apol. 39 (45,5)* optimi *Vulcan* pernix *Bursian* 13 pocillatorē (po *et* ll *al. m., vid. fuisse* paulat) φ: pollicitatorē *cf. 146,17* 14 frigiū fubftulerat 16 praeteruolans *He* 17 fperafq; (φ) *supra* q *nescio consulto casune sit additum quod simile uidet. litterae* ᵛ que *del. Haupt* quippe *Jahn cf. 117,24* ne *Stewech* quae speras *vd Vl* 18 truculenti∗ (*eras.* f) 20 ftigiaf *del. vd Vl* ⟨nunquam⟩ uel *vd Vl cf. apol. 42 (48,22) 81 (89,23)*

Oud. *E*

quodque uos deieratis per numina deorum, deos per
Stygis maiestatem solere? sed cedo istam urnulam"
409 [s]*et* protinus adreptam comple*x*amque festinat libratisque
pinnarum nutantium molibus inter genas saeuientium
410 dentium et trisulca uibramina draconum remigium dextra
laeuaque porrigens nolentes aquas et, ut abiret innoxius,
praeminantes excipit, commentus ob iussum Veneris petere
16 eique ‖ se praeministrare, quare paulo facilior adeundi fuit *107*
copia. sic acceptam cum gaudio plenam urnulam Psyche
Veneri citata rettulit.

411 Nec tamen nutum deae saeuientis uel tunc expiare
potuit. nam sic eam maiora atque peiora flagitia comminans appellat renidens exitiabile: "iam tu quidem magna
uideris quaedam mihi et alta prorsus malefica, quae talibus praeceptis meis obtemperasti nauiter. sed adhuc
istud, mea pupula, ministrare debebis. sume istam pyxidem", et dedit; "protinus usque ad inferos et ipsius Orci
ferales penates te derige[t]. tunc confere⟨*n*⟩s pyxidem
412 Proserpinae: «petit de te Venus», dicito, «modicum de tua
mittas ei formonsitate uel ad unam saltem dieculam suffi-

F 151ᵃᵇ φ 46ᵃ. 1 deie**ratiſ *eras.* ce *antea induct.*) φ: deieceratiſ 2 ſtigiſ 3 ſed (φ) et *v* cōpletāq; (φ) complexamque *He* completum *vd Vl* adreptum completumque *Weyman* complexa ungue *Jahn* adrepta (comprensaque *Rossbach*) complexaque *Leo* completum aquae (aqua *Oud*) *Hild cf. 205,2; de deo Socr. prol. 4* (*3,16 Th.*) * 4 motibus *Heins cf. flor. 2* (*2,18*) 6 nolenteſ (no *refict.; utrum fuerit* uo *an* no, *iam discerni nequit*) φ: uolenteſ *cf. v. 8; 66,9 158,5* innoxiuſ *scil.* ὁ ἀετός inde ocius *Oud* enixius *Luetj* 7 minanteſ (min *refict.; pr. litt. vid.* p̄ ?) φ *cum legere non posset, primo duar. litt. spatio relicto* . uanteſ *aut* . . nanteſ, *deinde al. m. corr.* potanteſ mirantes *v* praeminantes *v 118,1 193,17 cft. Rob* praemonentes *Beroald* postulantes *Luetj* uolentes — innoxia, permittentes *Bluemner* cōmt; (φ) commenta se *Jahn* 13 magna (φ) *def. Kronenb coll. act. apost. 8,9; sed potius ad* malef. *pertinet* maga *v cf. apol. 51* (*58,21*) 14 alte *Elmenh* cata *Vulcan* 17 protinus [us]que *Beyte* orci* (*eras.* f?) 18 derig& (φ) derige *v* derige et *Petsch* ̄cfereſ (φ) conferens *v cf. 143,5* * festinat *cf. Th. l. Lat. VI 1,618,47*

Oud. *E*

ciens. nam quod habuit, dum filium curat aegrotum,
consumpsit atque contriuit omne». sed haud immaturius
redito, quia me necesse est indidem delitam theatrum
deorum frequentare."

Tunc Psyche uel maxime sensit ultimas fortunas suas 17
et uelamento reiecto ad promptum exitium sese | compelli 6
manifeste comperit. quidni? quae suis pedibus ultro ad
Tartarum manesque commeare cogeretur. nec cunctata
diutius pergit ad quampiam turrim praealtam, indidem
sese datura[m] praecipitem; sic enim rebatur ad inferos recte
413 atque pulcherrime se posse descendere. sed turris pro-
rumpit in uocem subitam et: "quid te", inquit, "praeci-
pitio, misella, quaeris extinguere? quidque iam nouis-
simo periculo laborique isto temere succumbis? nam si
spiritus corpore tuo semel fuerit seiugatus, ibis quidem
profecto ad imum Tartarum, sed inde nullo pacto redire||
poteris. mihi ausculta. Lacedaemo Achaiae nobilis ciui- 18
tas non longe sita est: huius conterminam deuiis abditam
locis quaere Taenarum. inibi spiraculum Ditis, et per
414 portas hiantes monstratur iter inuium, cui[us] te limine 108
transmeato simul commiseris, iam canale directo perges
ad ipsam [h]Orci regiam. sed non ⟨*h*⟩actenus uacua
415 debebis per illas tenebras incedere, sed offas pol[l]entae
mulso concretas ambabus gestare manibus, at in ipso ore
duas ferre stipes. iamque confecta bona parte mortiferae

F 151[b]. φ 46[ab]. 3 reddito (*prior.* d *induct.*) *em.* φ ē indidē (*m. rec. eff.* eſt ĩdidē) 8 cunctata (*vid. eras.* *i. e.* ur) 10 ſeſe (*prior.* ſ *ex* r *corr. ead. m.*) (φ) *posterior. syll. al. m. indux.* daturā (φ) *em. v* recte (φ) recta *Pric* 11 pulcherrime *cf. 236,12* p*oſſe (*eras.* r) triſ (φ) *in mg. pr. m. et in textu al. m. eff. ex* -ruſ 12 p̄cipitē o (φ) *corr. ex* tio (*Rob*) *cf. 123,5 137,4* 13 q̇dque (que *induct.*) φ: qd q̄ iā (φ) *evan.* 18 conterminā—abditā (φ) *utroque loco* ˜ *eras.* 19 quę retenaſũ (*vid.* ſ *ex* r *corr. a pr. m.*) φ: q̄ re/tena꜕ 20 inuisum *Toup* cui; (φ) cui *Florid in interpretat.* limine (φ) limite *v* 21 simulac demiseris *Nolte* direpto (φ) *em. v* 22 horci (φ) acteu; (φ, *sed em.*) *cf. 67,13* uacuo *vid. fuisse* uacua φ: uacua 23 pollente (φ, *sed altera* l *delet.*)

Oud. *E*

uiae contina*b*eris claudum asinum lignorum gerulum cum
agasone simili, qui te rogabit, decidenti⟨*s*⟩ sarcinae fusti-
416 culos aliquos porrigas ei, sed tu nulla uoce deprompta
tacita praeterito. nec mora, cum ad flumen mortuum
uenies, cui praefectus Charon, protenus expetens portorium,
sic ad ripam ulteriorem sutili cumba deducit commeantes.
ergo et inter mortuos auaritia uiuit nec Charon ille Ditis,
⟨*s*⟩et ⟨*nec Dis*⟩ pater, tantus deus, quicquam gratuito facit;
417 set moriens pauper uiaticum debet quaerere et aes si forte
prae manu non fuerit, nemo eum expirare patietur. huic
squalido seni dabis nauli nomine de stipibus, quas feres,
alteram, sic tamen, ut ipse sua manu de tuo sumat ore.
nec setius tibi pigrum fluentum transmeanti quidam super-
natans senex mortuus putris adtollens manus orabit, ut
eum intra nauigium tra*h*as, nec tu tamen inlicita adflec-
19 tare pietate. transito fluuio modicum te progressa⟨*m*⟩
textri|ces orabunt anus telam struentes, manus paulisper
418 accommodes, nec id tamen tibi contingere fas est. nam
haec ‖ omnia tibi et multa alia de Veneris insidiis orien-
tur, ut uel unam de manibus omittas offulam. nec putes
futile istud polentacium damnum leue; altera enim per-
dita lux haec tibi prorsus denegabitur. canis namque
praegrandis, teriugo et satis amplo capite praeditus, im-
manis et formidabilis, *t*onantibus oblatrans faucibus mor-
tuos, quibus iam nil mali potest facere, frustra territando
ante ipsum limen et atra atria Proserpinae semper excu-
bans seruat uacuam Ditis domum. hunc offrenatum unius
offulae praeda facile praeteribis ad ipsamque protinus

F 151[b] 152[a]. φ 46[b]. 1 c̄tinauerif φ: continguerif (g *al. m. ex* a *corr.*) *em. v cf. 22,11* 2 decidenti (φ) *em. Gruter* 8 ditif & pat̄ (φ) nec Ditis pater *Beroald* uel Ditis p. *Seyffert* et Ditis p. *E* Ditis portitor *Gronov* ⟨nauita⟩ Ditis et portitor *vd Vl*, set nec Dis *He cf. 241,10* 14 putria (*an* -ix?) *em. in* putrif (φ) 15 tradaf (φ) *em. v* 16 pietate (φ) *posterior.* e *ex* i *corr. al. m., in mg. pr. m. add.* ··o fluui (o *supra*) *em. ead. m.* ꝑgreffa (φ, *sed postea emend.*) 21 futilē (˜*eras.*) 24 conantib; (φ) *em. Lips* facib; (u *supra* a) *em. ead. m.*

Oud. *E*

Proserpinam introibis, quae te comiter excipiet ac benigne, *109*
419 ut et molliter assidere et prandium opipare suadeat sumere. sed tu et humi reside et panem sordidum petitum esto, deinde nuntiato, quid adueneris, susceptoque quod *o*fferetur rursus remea⟨*n*⟩s canis saeuitiam offula reliqua redime ac dei*n*de auaro nauitae data, quam reseruaueras, stipe transitoque eius fluuio recolens priora uestigia ad istum caelestium siderum redies chorum. sed inter omnia
420 hoc obseruandum praecipue tibi censeo, ne uelis aperire uel inspicere illam, quam feres, p*y*xidem uel omnino diuinae formonsitatis a*bdi*tum ⟨*arbitrari*⟩ curiosius thensaurum."

20 Sic turris illa prospicua uaticinationis munus explicuit. nec morata Psyche pergit Taena*r*um sumptisque rite stipibus illis et offulis infernum decurrit meatum transitoque per silentium asinario debili et amnica stipe uectori data, neglecto supernatantis mortui desiderio et spretis textricum subdolis precibus et offulae cibo sopita canis || horrenda rabie domum Proserpinae penetrat. nec offerentis
421 hospitae sedile de*l*icatum uel cibum beatum amplexa, sed ante pedes eius residens humilis cibario pane contenta Veneriam pertulit legationem. statimque secreto repletam conclusamque pyxidem suscipit et offulae sequentis fraude

---

F 152ª, φ 46ᵇ. 2 o(i)ppare *em. ead. m.* 3/4 petitu meſta *em. al. m.* (*sed emendaverat antea ut vid. pr. m.*) *in* petitū* esto φ: petitū* esto 5 efferet (²) *em.* φ remeaſ φ: remeāſ ſ(a)euitiā ā *ex* e *corr. pr. m.* 7 recolenſ (φ) *alqd. in mg. add*, *quod iam non dispicitur* (calc ? *Rob*) recalcans *v cf. 211,8* 9/10 ap. ill. q. f. pyx. uel inspicere omnino *Leo* 10 pixidē (φ) uel immo *Beyte* uelantem *Michaelis* 11 diuine (*fort. script. erat* na *aut* nae) formonſitatiſ (*evan.* ſ) φ: diuine formoſitati' *postea in lac. ab al. m. addit. ut vid.* abditū (abdi *al. m. refinx.*, *quid fuerit non liquet*) φ: addictū *cf. 114,15* curiosius ⟨scrutari⟩ *vd Vl* ⟨curare⟩ cur. *Kosiol* ⟨arbitrari⟩ *Giarr cf. 16,8 48,25 211,29 sqq.* 13 ꝓſpicua (φ) *in mg. ead. m* ut ꝓpitia *cf. 20,1 280,19* 14 tenaſū (ſu *evan.*) φ: tena*r* (*sed* *r* *in ras.*) 20 dedicatū (φ) *em. v cf. v. 2* 21 humi *Novák*

caninis latratibus obseratis residuaque nauitae reddita stipe longe uegetior ab inferis recurrit. | et repetita atque adorata candida ista luce, quanquam festinans obsequium terminare, mentem capitur temeraria curiositate et: "ecce", inquit, "inept⟨a⟩ ego diuinae formonsitatis gerula, quae nec tantillum quidem indidem mihi delibo uel sic illi amatori meo formonso placitura", et cum dicto reserat
21 pyxidem. nec quicquam ibi rerum nec formonsitas ulla, sed infernus somnus ac uere Stygius, qui statim coperculo
422 reuelatus inuadit eam crassaque soporis nebula cunctis eius membris perfunditur et in ipso uestigio ipsaque semita conlapsa⟨m⟩ possidet. et iacebat immobilis et nihil 110
aliud quam dormiens cadauer. sed Cupido iam cicatrice solida reualescens nec diutinam suae Psyches absentiam tolerans per altissimam cubiculi, quo cohibebatur, elapsus fenestram refectisque pennis aliquanta quiete longe uelocius prouolans Psychen accurrit suam detersoque somno curiose et rursum in pristinam pyxidis sedem recondito Psychen innoxio punctulo sagittae suae suscitat et: "ecce", inquit, "rursum perieras, misella, simili curiositate. sed
423 interim quidem tu prouinciam, quae tibi matris meae praecepto mandata est, ‖ exsequere nauiter, cetera egomet uidero." his dictis amator leuis in pinnas se dedit, Psyche uero confestim Veneri munus reportat Proserpinae.

F 152[ab]. φ 46[b]47[a]. 1 obſeruatiſ u *lineola del.* (φ) 4 mentem] repente *Mosbach* 5 inepte∗∗ (*eras.* go) φ: īepta ego 6 nec *cf. 132,4* uel sic *i. e.* '*hoc saltem modo*' ut sim *Bursian* melius *Michaelis* 8 pixidē 10 releuatus *Rohde ante* inuadit *alqd. eras. antea induct.* craſoq; (r *superscr.*) φ: craſſoq; *em. v* 12 c̄lapsa φ: collapſa *em. v* 14 solidata *Rohde* 15 *ante* cubic. *spat. quattuor litt., in quo alqd. eras.* quo *refict.* φ: altiſſimā partem cubicli quo cohibebat (a *superscr.*) *in lac. postea add. pr. m.* artissimam *v* 16 penniſ (φ) 19 pſychem 21 ꝓuinciā *identidem legi quamquam evan.*, ꝓ et ˜ *certissima; falsa profert vd Vl* φ: tu ꝓuinciā *al. aut ead. m. postea add. in lac. cf. 216,6* munus quod — mandatum *vd Vl* quę (φ) *ab al. m. inducta e mutat. in* qđ 22 mandata (φ) *al. m. mut. in* tū

Oud. E

22 Interea Cupido amore nimio peresus et aegra facie, matris suae repentinam sobrietatem pertimescens, ad armillum redit alisque pernicibus caeli penetrato uertice magno Ioui supplicat suamque causam probat. tunc Iuppiter prehensa Cupidinis buccula manuque ad os suum relata consauiat atque sic ad illum: "licet tu", inquit, "domine fili, numquam mihi concessu deum decretum seruaris 424 honorem, sed istud pectus meum, quo leges elementorum et uices siderum disponuntur, conuulneraris assiduis ictibus crebrisque terrenae libidinis foedaueris casibus contraque leges et ipsam Iuliam disciplinamque publicam turpibus adulteriis existimationem famamque meam laeseris in serpentes, in ignes, in feras, in aues et gregalia pecua serenos uultus meos sordide reformando, | at tamen modestiae meae memor quodque inter istas meas manus creueris, cuncta perficiam, dum tamen scias aemulos tuos cauere ac, si qua nunc in terris puella praepollet pulcritudine, praesentis beneficii uicem per eam mihi repensare te debere."

23 Sic fatus iubet Mercurium deos omnes ad contionem 425 protinus conuocare ac, si qui coetu caelestium defuisset, in poenam decem milium nummum conuentum iri pronuntiare. quo metu statim completo caelesti theatro pro 111 sede sublimi sedens procerus Iuppiter sic enuntiat:

"Dei conscripti Musarum albo, adolescentem istum quod manibus meis alumnatus sim, profecto scitis omnes. cuius primae iuuen||tutis caloratos impetus freno quodam cohercendos existimaui; sat est cotidianis eum fabulis ob adul-

---

F 152^{b}. φ 47^{a}.   2 armillū (*al. m.* llu *mut. in* le; *in mg. pr. m.* armilē) φ: armilē *cf. 224,23 Lucil. rec. Marx 767 II p. 272*   6 c̄ſauiat u *mut. in* b *al. m.*   13 in imbres *Jahn* in cycnos in feras immanes *Rohde cf. Ov. met. VI 113; Weyman cft. Ps.-Clement. recogn. X 22 (p. 232 Gersdorf)*: Semelem Cadmiam mutatus in ignem (stuprauit), *Dietze Achill. Tat. II 37,4*

14/15 molestiae — immemor *Nolte*   25 aluo (φ)   26 ſit *ex* ſĩ *corr. al. m. eras.* ˜ *et addit.* t; *nescio an fuerit* ſic *aut* ſū *emendat. in* ſĩ φ: ſim *cf. 190,14*   28 fabuliſ (b *ex* u *corr. al. m.*)

Oud. E

teria cunctasque corruptelas infamatum. tollenda est
omnis occasio et luxuria puerilis nuptialibus pedicis alli-
ganda. puellam elegit et uirginitate priuauit: teneat,
possideat, amplexus Psychen semper suis amoribus per-
426 fruatur." et ad Venerem conlata facie: "nec tu", inquit,
"filia, quicquam contristere nec prosapiae tantae tuae
statuque de matrimonio mortali metuas. iam faxo nuptias
non impares, sed legitimas et iure ciuili congruas", et
ilico per Mercurium arripi Psychen et in caelum perduci
iubet. porrecto ambrosiae poculo: "sume", inquit, "Psyche,
et immortalis esto nec umquam digredietur a tuo nexu
Cupido, sed istae uobis erunt perpetuae nuptiae."

24 Nec mora, cum cena nuptialis affluens ex⟨*h*⟩ibetur.
accumbebat summum torum maritus, Psychen gremio suo
complexus. sic et cum sua Iunone Iuppiter ac deinde
427 per ordinem toti dei. tunc poculum nectaris, quod uinum
deorum est, Ioui quidem suus pocillator ille rusticus puer,
ceteris uero Liber ministrabat, Vulcanus cenam coquebat;
Horae rosis et ceteris floribus purpurabant omnia, Gratiae
spargebant balsama, Musae quoque canora personabant;
. . . . . Apollo cantauit ad c[h]it*h*aram, Venus suaui
428 musicae superingressa formonsa saltauit, scaena sibi
si⟨*c*⟩ concinnata, ut Musae quidem | chorum canerent
429 ⟨*aut*⟩ tibias inflarent, Saturus et Paniscus ad fistulam
dicerent. sic rite Psyche conuenit in manum Cupidinis

F 152[b]. φ 47[ab]. 3 ⟨habeat⟩ teneat *Brant* 6 piosa pię (φ) *em. al. m.* 8 iuri *Jahn* 10 φ: iubet [et] (*add. al. vel ead. m.*) 13 afluens *Weymau cf. 78,27* exibet (φ, *supra add.* h) 16 tunc ⟨dum⟩ *vdVl* quod — est *del. Wower*
20 q̊q; (φ) *def. Oud* (*qui revocat ad v. 22:* formonsa salt.) *et Thom cf. 120,21* uoce *Guilelm* q; (*i. e.* que)uoce *He* 21 Apollo cantabat (*sic*) ad citharam *ante* Musae (*v. 20*) *transpos. vdVl lac. statuit He; supplend. talia qualia* post dapes *vel* inter dapes *cf. 105,12 et Luc. Icarom. 27 praef. 51* chiterā φ: citherā
22 ſup ingreſſa (φ) suppari gressu *Scal* formose *Passerat*
23 ſi (φ) sic *v* c̄cinnata (φ) *al. m. add.* ſ 23/24 canerent ⟨et⟩ *Petsch* ⟨aut⟩ *vel* tibias⟨ue⟩ *Oud* inflaret *v* 25 diceret *v*

Oud. *E*

et nascitur illis maturo partu filia, qua⟨*m*⟩ Voluptatem nominamus.' *112*

Sic captiuae puellae delira et temu||lenta illa narrabat anicula; sed astans ego non procul dolebam mehercules, quod pugillares et stilum non habebam, qui tam *b*el⟨*l*⟩am fabellam praenotarem. ecce confecto nescio quo graui *430* proelio latrones adueniunt onusti, non nulli tamen, immo promptiores uulnerati; ⟨*his*⟩ domi relictis et plagas recurantibus ipsi ad reliquas occultatas in quadam spelunca sarcinas, ut a*i*ebant, proficisci gestiunt. prandioque raptim tuburcinato me et equum uectores rerum illarum futuros fustibus exinde tundentes producunt in uiam multisque cliuis et anfractibus fatigatos prope ipsam uesperam perducunt ad quampiam speluncam, unde multis onustos rebus rursum ne breuiculo quidem tempore refectos o*c*iter reducunt tantaque trepidatione festinabant, ut me plagis multis obtundentes propellentesque super lapidem propter uiam positum deicerent. unde crebris aeque ingestis ictibus crure dextero et ungula sinistra me debilitatum aegre ad exurgendum compellunt. et unus: 'quo usque', inquit, **26** 'ruptum istum asellum, nunc etiam claudum, frustra pascemus?' et alius: 'quid quod et pessumo pede domum nostram accessit nec quicquam idonei lucri exinde cepimus, sed uulnera et fortissimorum occisiones.' alius iterum: 'certe ego, cum primum sarcinas istas quanquam inuitus

---

F 152ᵇ 153ᵃ. φ 47ᵇ. 1 qua *em. al. m. et* φ 2 no****| minam; (o *ex* u *al. m. ut vid. refingendo eff.; voluerat scribere* nuncup.) φ: nominam; numen nominamus *Petsch in mg. inferior.* fabula explicit 4 sed ⟨dum⟩ *vd Vl* 5 q (φ) quis *E cf. 133,11 apol. 17 (21,11)* uelā (bel) *em. m. recentiss.* φ: uellam (b) 6 Ecce (φ) Ec *in ras.* 8 uulnerati (φ) *al. m. add.* ſ uulnerati. ⟨iis⟩ *Gruter* ⟨his⟩ *Bursian* 10 agebant (φ, *sed al. m. em.*) ut aiebant *post* quadam *v. 9 transpos. vd Vl* 11 *post* equum *legitur* meu *om.* φ 12 eximie *Bluemner* 15 obiter (φ) ociter *v cf. 21,21 Landgraf Arch. f. lat. Lex. IX 400; falso conferunt Quint. decl. X 16;* obiter *significat 'simul' vel 'lente, neglegenter', non 'statim, cito'* 16 trepidatione festinabant (φ) *in ras. al. m.; quid fuerit, non liquet*

Oud. *E*

pertulerit, protinus eum uulturiis gratissimum pa*b*ulum
futurum praecipitabo.'

431 Dum secum mitissimi homines altercant de mea nece,
iam et domum perueneramus. nam timor ungulas mihi
alas fecerat. *t*um qu*ae* ferebamus amoliti properiter nulla
salutis nostrae cura ac ne meae quidem necis habita
comitibus adscitis, qui uulnerati remanserant, dudum re-
currunt, re⟨*liqua ipsi*⟩ lat*u*ri, taedio, ut aiebant, nostrae
432 tarditatis. || nec me tamen mediocris carpebat scrupulus
contemplatione comminatae mihi mortis; et ipse mecum:
'quid stas, Luci, uel quid iam nouissimum expectas? *113*
mors, et haec acer*b*issima, decreto | latronum tibi compa-
rata est. nec magno conatu res indiget; uides istas
rupinas proximas et praeacutas in his prominentes s[c]i-
lices, quae te penetrante⟨*s, ante*⟩quam decideris, mem-
433 bratim dissipabunt. nam et illa ipsa praeclara magia
tua uultum laboresque tibi tantum asini, uerum corium
non asini crassum, sed hiru[n]dinis tenue membranu[l]lum
circumdedit. quin igitur masculum tandem sumis ani-
mum tuaeque saluti, dum licet, consulis? habes summam
oportunitatem fugae, dum latrones absunt. an custodiam
anus semimortuae formidabis, quam licet claudi pedis tui
calce unica finire poteris? — sed quo gentium capessetur
434 fuga uel hospitium quis dabit? haec quidem inepta et

F 153ª. φ 47ᵇ. 1 pabulũ b *ex* u *corr. al. m.* 3 sic immitissimi *Cornelissen cf. 152,11* 5 cumq; (φ, *sed al. m. in lac.*) *em. v* 6 ac ne meę (φ) *m. reficiens eff.* ſet meę 7 actutum *Leo* 8 relatori φ: relaturi relatúri taedia *v* ⟨cete⟩ra laturi *Hild* ⟨reliquam praedam ipsi⟩ relat. *Luetj* ⟨relicta⟩ rel. *Koziol* ⟨reliqua ipsi⟩ rel. *vdVl quem secut.* laturi *He* res laturi *Petsch Λούκ. 23 ἀπήεσαν ὡς τὰ λοιπὰ τῶν σκευῶν ἀνασῶσαι* 12 aceruiſſima *em.* φ 13 nec — indiget *haud aptum ratus post* consulis (*v. 20*) *transpon. Leo, sed res consilium latron. significat* 14 ſciliceſ (φ, *sed eras. priore* c) 15 penetrante quã (φ) *em. Pric* pene antequam *in mg.* φ *Elmenh* 16 *cf. 17,17* maga *He* 17 *uictũ *in ras., in mg. ead. m.* uultũ φ: uultū asini ⟨dedit⟩ *vdVl* 18 hirundiniſ (φ) hominis *vdVl* hirudinis *v* harundinis *Kronenb coll. Plin. n. hist. XVI 126* mẽbra nullũ (φ) *em. v* 19 *cf. 132,8* 24 ⟨at⟩ haec *Kronenb*

prorsus asinina cogitatio; quis enim uiantium uectorem suum non libenter auferat secum.'

Et alacri statim nisu lorum, quo fueram destinatus, 27
abrumpo meque quadripedi cursu proripio. nec tamen astutulae anus miluinos oculos effugere potui. nam ubi me conspexit absolutum, capta super sexum et aetatem audacia lorum prehendit ac me deducere ac reuocare contendit. nec tamen ego, memor exitiabili⟨*s*⟩ propositi latronum, pietate ulla commoueor, sed incussis in eam posteriorum pedum calcibus protinus adplodo terrae. at illa, quamuis humi prostrata, loro tamen tenaciter inhaere-
435 bat, ut me procurrentem aliquantisper tractu sui sequeretur. et occipit statim clamos⟨*is*⟩ ululatibus auxilium ualidioris manus implorare. sed frustra fletibus cassum tumultum commouebat, quippe cum nullus adforet, ‖ qui suppetias ei ferre posset nisi sola illa uirgo captiua, quae uocis excitu procurrens uidet hercules memorandi spectaculi scaenam, non tauro, sed asino dependentem Dircen
436 aniculam, sumptaque constantia uirili facinus audet pulcherrimum. extorto etenim loro manibus eius me placidis gannitibus ab impetu reuocatum nauiter inscendit *114*
et sic ad cursum rursum incitat. ego simul uoluntariae 28
fugae uoto et liberandae uirginis studio, sed et plagarum suasu, quae me saepicule commo*n*ebant, equestri celeritate quadripedi cursu solum replaudens uirgini[s] delicatas uoculas ad⟨*h*⟩innire temptabam. sed et sca*b*endi dorsi mei simulatione non numquam obliquat|a ceruice pedes de-

---

F 153ᵃᵇ. φ 47ᵇ 48ᵃ. 2 suum ⟨asinum⟩ *Bluemner* 5 acutulę (*in mg. ead. m. add.* aſtutulę) φ: aſtutule *cf. 203,9 225,11* 7 diducere (φ) *em. v* 8 exitiabili (φ) *al. m. add.* ſ 12 tractus ui *Guilelm* 13 clamoſ *al. m. mut. in* clamāſ φ: clamoſiſ 22 ⟨at⟩ ego *Kronenb* 24 cōmouebant (φ) *em. v* 25 quadr. cursu *ut ex v. 4 repetit. del. vdVl* uirginiſ (φ) *em. vdVl* 26 adinnire ſcauendi (φ) *al. m. mut. in* ſcalpendi *em.* φ 27 obliquat a ceruice (φ, *sed em. al. m.*) *post* t *al. m. add. compend.* ;

Oud. E

437 coros puellae *b*asiabam. tunc illa ⟨*su*⟩spirans altius caelumque sollicito *u*u⟨*l*⟩tu petens:

'Vos', inquit, 'Superi, tandem meis supremis periculis opem facite, et tu, Fortuna durior, iam saeuire desiste. sat tibi miseris istis cruciatibus meis litatum est. tuque, praesidium meae libertatis meaeque salutis, si me domum peruexeris incolumem parentibusque et formonso proco reddideris, quas tibi gratias perhibebo, quos honores habebo, quos cibos exhibebo! iam primum iubam istam tuam probe pectinatam meis uirginalibus monilibus ador-
438 nabo, frontem uero crispatam prius decoriter discriminabo caudaeque setas incuria lauacri congestas et horridas *ampla* diligentia perpolibo bullisque te multis aureis in-
439 oculatum uelut stellis sidereis relucentem et gaudiis popularium pomparum ouantem, sinu serico progestans nucleos ⟨*et*⟩ edulia mitiora, te meum sospitatorem cotidie
29 saginabo. sed nec inter cibos delicatos et ‖ otium profundum uitaeque totius beatitudinem deerit tibi dignitas

---

F 153ᵇ. φ 48ᵃ. 1 basiabã *ex* uasiabã *al. m. corr.* (φ) spirans (φ) *em. v cf. 220,20* 2 nutu (φ) uultu *Colv* obtutu *Roald cf. 267,3 277,2* 5 cũq; (cu *fere evan., sed vid. eff. ex* tu, *lineolam al. m. add.*) φ: tuq; 8 quos (φ) q *ex* u *corr. ead. m.* 10 monilib; (φ) manibus *v* 11 crispatã (φ) *sed potest etiam legi* cristatã 12 lauacri *refict, sed fuit id. ut vid.; om.* φ *lacuna relicta, in qua m. recentiss. add.* nich deficit ⟨diutina⟩ [lauacri] *vdVl cf. apol. 4 (6,12 sq.)* 13 cõpta (φ) cuncta *v* apta *Giarr* comptus *Leo* cum pia *Beyte* ampla *He* compta ⟨comam⟩ *Haupt* comam diligenter *E* *post* dilig. *est* monilib; *refict.; fuitne* ppolibo? (*Rob*) φ: pectinabo (*in lac. postea add. ead.* [?] *m.*) perpolibo *v* extricabo *vel* enodabo *vdVl* inoculatũ (*simillimum vid. atque* inaulatũ) φ: inaulatũ (*postea in lac. add.*) 14 uelut *refict. sed spat. plurium litt. non capax* φ: ueluti 15 ouantem ⟨ductabo et⟩ *vdVl* 16 nucleos ⟨et siqua sunt⟩ *vdVl* ⟨et⟩ *Salm* edul. mit. *del. Scriver* edulio mitiore *Haupt* ⟨ipsa⟩ te? *He cf. 59,22* 17 sa**tuabo (r *suprascr.*) (*omnia reficta; quid eras. sit, non liquet, sed vid. prior loco g fuisse*) φ: saginabo (*ead. m. in lac. postea add.*) *cf. 96,12 165,4 verb. saturandi ap. Apul. non exstat, saginandi ei in deliciis est* est (φ *sed in mg. al. m.* et) *refict., fuit* &

Oud. *E*
gloriosa. nam memoriam praesentis fortunae meae diuinae-
que prouidentiae perpetua testatione signabo et depictam
in tabula fugae praesentis imaginem meae domus atrio
dedicabo. uisetur et in fa*b*ulis audietur doctorumque *115*
stilis rudis perpetuabitur historia "asino uectore uirgo
regia fugiens captiuitatem". accedes antiquis et ipse mira-
440 culis, et iam credemus exemplo tuae ueritatis et Frixum
arieti supernatasse et Arionem delphinum gubernasse et
Europam tauro supercubasse. quodsi uere Iupiter mu-
giuit in boue[m], potest in asino meo latere aliqui uel
uultus hominis uel facies deorum.'

441 Dum haec identidem puella replicat uotisque crebros
intermiscet suspiritus, ad quoddam peruenimus triuium,
unde me adrepto capistro dirigere dextrorsum magnopere
gestiebat, quod ad parentes eius ea scilicet iretur uia.
sed ego gnarus latrones illac ad reliquas commeasse prae-
das, reni†ebar firmiter atque sic in animo meo *t*acitus
expostulabam: 'quid facis, infelix puella? quid agis? cur
festinas ad Orcum? quid meis pedibus facere con-
tendis? non enim te tantum, uerum etiam me perditum
ibis.' sic nos diuersa tendentes et in causa finali de
proprietate soli, immo uiae herciscundae contendentes
rapi|nis suis onusti coram deprehendunt ipsi latrones et
ad lunae splendorem iam inde longius cognitos risu ma-
ligno salutant; et unus e numero sic appellat: 'quorsum **30**
istam festinanti uestigio lucubratis uiam nec noctis intem-
pestae Manes Lar*u*asque formidatis? an tu, probissima

F 153^{b}. φ 48^{a}. 4 fauuliſ (u *corr. in* b *al. m.*)
5 rudis *i. e. nova* iugis *de Rooy* eruditis *Hertz* 7 etiã (φ) et iam *Petsch* 8 delphinũ (*in mg. ead. m. add.* no) φ: delphino
10 in bouẽ (φ) in boue *vel* in bouem ⟨reformatus⟩ *Luetj cf. Octaviae v. 207.772* potest.⟨et⟩ *Petsch* 12 *cf. 52,19*
13 ſuſpirit; (φ) *in mg.* ĩat; (*Rob, qui cft. Ov. met. XIV 129*)
17 cacit; *em.* φ 19 pedibus ⟨uim⟩ *Rohde, sed supplend.* id
22 herciſcunde (*al. m. refinx, sed fuit idem; in mg. al. m. idem add.*) φ: hirciscunde (*in mg.* herciſcunde) 27 larbaſq; (*al. m. corr.*) at *refict.* φ: an ain *Plasberg*

Oud. *E*

442 puella, parentes tuos interuisere properas? sed nos et solitudini tuae praesidium perhibebimus et compendiosum ad tuos iter monstrabimus'. et uerbum manu secutus prehenso loro retrorsum me || circumtorquet nec baculi nodosi, quod gerebat, suetis ictibus temperat. tunc ingratis ad prom-
443 ptum recurrens exitium reminiscor doloris ungulae et occipio nutanti capite claudicare. sed: 'ecce', inquit ille, qui me retraxerat, 'rursum titubas et *u*accillas, et putres isti tui pedes fugere possunt, ambulare nesciunt? at paulo ante pinnatam Pegasi uincebas celeritatem.'

Dum sic mecum fustem quatiens benignus iocatur comes, iam domus eorum extremam loricam perueneramus. 116
et ecce de quodam ramo procerae cupressus induta laqueum anus illa pendebat. quam quidem detractam protinus cum suo sibi funiculo deuinctam dedere prae*c*ipite*m* puellaqu*e* statim distenta uinculis cenam, quam postuma diligentia praeparauerat infelix anicula, ferinis inuadunt animis.

31 Ac dum auida uoracitate cuncta contruncant, iam incipiunt de nostra poena suaque uindicta secum considerare. et utpote in coetu turbulento uariae fuere sententiae, ut primus uiuam cremari censeret puellam, secundus bestiis obici suaderet, tertius patibulo suffigi iuberet, quartus
444 tormentis excarnificari praeciperet; certe calculo cunctorum

---

F 153ᵇ154ᵃ. φ 48ᵃ· 1 intũiſere *refict., sed fuit id.* φ: furtī uiſere furtim interuisere *Oud* ꝑperabaſ *al. m. in ras.* (*Rob*) φ: ꝑperaſ 2 p̄ſtabim; *al. m., in mg.* ꝑhi *a pr. m. script.* φ: prebemuſ ꝑhibebimus *v* 2/3 et ad parentes tuos (*rescript.*) φ: et cōpendioſū ad domoſ et compendiosum ad tuos *v* *Λούκ. 24: ἡμεῖς σε τοῖς οἰκείοις ἀποδώσομεν* 3 un; manu ſecut; *ref.* φ: manu īiecta ſecut; uerbum manu secutus *v* *cf. 24,1 34,17 64,11* 4 baculi (b *ex* u *corr. ead. m.*) 6 occipio∗ *vid. fuisse* occipitio (φ) 8 baccillaſ (φ, *sed* b *al. m. mut. in* u) *cf. 123,2* 15/16 p̄cepit | en puella quae (*in mg* ·d· *cf. praef. 34*) φ: p̄cipitem puellaq; (m *et* q; *in ras.*) 16 destinata *Colv* 17 poſtuma* (*eras.*˜) φ: poſtuma∗ (*eras. vid.* e) 21 ſententie (*extr.* e *in ras. al. m.*)

Oud. E

utcumque mors ei fuerat destinata. tunc unus omnium, sedato tumultu, placido sermone sic orsus est:

'Nec sectae collegii nec mansuetudini singulorum ac ne meae quidem modestiae congruit pati uos ultra modum delictique saeuire terminum nec feras nec cruces nec ignes nec tormenta ac ne mortis quidem maturatae festinas tenebras accersere. meis itaque consiliis auscultantes uitam puellae, sed quam meretur, largimini. nec uos memoria deseruit utique, quid iam dudum decreueritis de isto asino semper pigro quidem, | sed manducone summo, nunc etiam mendaci fictae debilitatis et uirginalis || fugae sequestro ministroque. hunc igitur iugulare crastino placeat totisque uacuefacto praecordiis per mediam aluum nudam uirginem, quam praetulit nobis, insuere, ut sola
445 facie praeminente ceterum corpus puellae nexu ferino coherceat, tunc super aliquod saxum scruposum insiciatum et fartilem asinum exponere et solis ardentis uaporibus tradere. sic enim cuncta, quae recte statuistis, ambo 32
sustinebunt, et mortem asinus, quam pridem meruit, et illa morsus ferarum, cum uermes membra laniabunt, et ignis flagrantiam, cum sol nim⟨i⟩is caloribus inflammarit 117
uterum, et patibuli cruciatum, cum canes et uultures intima protrahent uiscera. sed et ceteras eius aerumnas et tormenta numerate: mortuae bestiae ipsa uiuens uentrem habitabit, tum faetore nimio nares aestu ⟨*cruciante vexabitur*⟩ et inediae diutinae letali fame tabescet nec suis saltem liberis manibus mortem sibi fabricare poterit.'

F 154ᵃ. φ 48ᵃᵇ. 2 ſedato (o *ut vid. ex* a *corr.*) □
4 pati *ex* patri *corr. ead. m.* 7 acceſſere (φ) accersere *vel* arcessere *v cf. 169,18 Buecheler Mus. Rhen. XXXIX 414 sed cf. 235,2 244,14* 14 mundam *Rohde coll. Λούκ. 2 ἀγαθήν*
16 inſiticiū (φ) *em. Heins* 20 illa^m^orſuſ^m^ *al. m., sed. vid. fuisse* illā (φ) ũmiſ (φ, *sed* i *mut. in* e) 21 nimiſ φ: nimiiſ
25 Tū (φ) cum *E* ⟨et⟩ cum *Petsch* ⟨cruciante⟩ aestu et *Luetj* aeſtuet (φ) *em. Luetj* aestuabunt *vel* bit *v* ⟨cruciante vexabitur⟩ *He cf. 87,21 129,14 Λούκ. 25: πρῶτον μὲν τὸ νεκρῷ ὄντι συνοικεῖν, εἶτα θέρους ὥρᾳ θερμοτάτῳ ἡλίῳ ἐν κτήνει καθεψεῖσθαι καὶ λιμῷ ἀεὶ κτείνοντι ἀποθνήσκειν καὶ μηδὲ ἑαυτὴν ἀποπνῖξαι ἔχειν*

Oud. E

Talibus dictis non pedibus, sed totis animis latrones in eius uadunt sententiam. quam meis tam magnis auribus accipiens quid aliud quam meum crastinum deflebam cadauer.

LIBER VII

1 446 Vt primum tenebris abiectis dies inalbebat et candidum solis curriculum cuncta conlustrabat, quidam de numero latronum peruenit; sic enim mutuae salutationis officium indicabat. is in primo speluncae aditu residens et ex an⟨*h*⟩elitu recepto spiritu tale collegio suo nuntium fecit:

447 ˈ'Quod ad domum Milonis Hypatini, quam proxime diripuimus, pertinet, discussa sollicitudine iam possumus esse securi. postquam uos enim fortissimis uiribus cunctis ablatis c[r]astra nostra remeastis, immixtus ego turbelis popularium || dolentique atque indignanti similis arbitrabar, super inuestigatione facti cuius modi consilium caperet⟨*ur*⟩ et an et quatenus latrones placeret inquiri, renuntiaturus uobis, uti mandaueratis, omnia. nec argumentis dubiis, sed rationibus probabilibus | congruo cunctae multitudinis consensu nescio qui Lucius auctor manifestus facinoris postulabatur, qui proximis diebus fictis commendaticiis litteris Miloni sese uirum commentitus bonum artius conciliauerat, ut etiam hospitio susceptus inter
448 familiaris intimos haberetur plusculisque ibidem diebus

ˈF 154[ab] φ 48[b]. 3 Ɛgo ſalluſtiuſ | legi & em̄daui rome felix. METAMORPHOSEON · L̄ĪB̄ · VI · ƐXPŁIC · INCĪP̄ L̄ĪB̄ · VII · felicit̃ 5 ina(l)bebat *em. ead. m. cf. Enn. ann. 212 (Vahlen[2])*

9 anelitu (φ) tale (φ) *cf. 181,3* 10 f(e)acit (*vid. ead. m. add.*) φ: fecit 13 fortiſſimiſ uirib; (φ) *cf. 55,24 56,10* fortissimi uiri *Scal fort. recte cf. 79,24 158,3* fortissimi uiri, rebus *Oud* (*sed cf. 119,1*) fortissimi diuitiis *Bluemner* 14 craſtra *em.* φ 16 caper& (φ) caperent *vel* caperetur *v* ⟨ciuitas⟩ caperet *Plasberg* 19 indubiis? *Leo*

Oua. *E*

demoratus falsis amoribus ancillae Milonis animum inrepens ianuae claustra sedulo explorauerat et ipsa membra, *118* in quis omne patrimonium condi solebat, curiose perspexerat. nec exiguum scelerati monstrabatur indicium, 2 quippe cum eadem nocte sub ipso flagitii momento idem profugisset nec exinde usquam compareret; nam et praesidium fugae, quo uelocius frustratis insecutoribus procul ac procul abderet sese, eidem facile suppeditasse; equum na*m*que illum suum candidum uectorem futurum duxisse secum. plane seruum eius ibidem in hospitio repertum scelerum consiliorumque erilium futurum indicem, per magistratus in publicam custodiam receptum et altera die tormentis uexatum pluribus ac paene ad ultimam mortem *449* excarnificatum, nil quicquam rerum talium esse confessum, missos tamen in patriam Luci illius multos numero, qui reum poenas daturum sceleris inquirerent.'

Haec eo enarrante, ueteris fortunae et illius beati Lucii praesentisque aerumnae et infelicis asini facta comparatione, medullitus ingemebam subibatque me non de nihilo ueteris || priscaeque doctrinae uiros finxisse ac pronuntiasse caecam et prorsus exoculatam esse Fortunam, quae semper suas opes ad malos et indignos conferat nec unquam iudicio que*m*quam mortalium eligat, immo uero cum is potissimum deuersetur, quos procul, si uideret, fugere deberet, quodque cunctis est extremius, uarias opiniones, immo contrarias nobis attribuat, ut et malus boni uiri fama glorietur et innocentissimus contra noxio

F 154^{b}. φ 48^{b}. 2 *cf.* *72,22 Lucr. VI 804* 6 iam *E* 8 ac ꝓcul *del. al. m.* ſuppeditaſſe (φ) *vid. fuisse* taſſ& 9 nanq; futurũ *refict.* 13 necatũ (*litt. refict.*, *fuit* uexatũ, x *certo cognosci*) φ: uexatũ 15 luci illiuſ (φ) *mut. in* lucii ^{v}iroſ *m. vetust.*; *in mg. add. m. vet.* (*an prima?*) uiroſ 17 hęc ^{eo} ena*rrante (^{eo} *add. ead. m.*, *eras.* a) 19 ingemiscebam *v cf.* *125,8* ſubiit*q; (ii *in ras.*, t *vid. ex* a *corr.*, *omnia refict.*) φ: ſubiliatque subibatque *v* 23 quenquã elig^{a}it *ead. m. em.* 24 φ: hiſ *cf. 234,24* 27 innocentiſſim^{v}oſ (*em. ead. m.* [?]) noxioꝝ ore (φ)

Oud. *E*

3 rumore plectatur. ego denique, quem saeuissimus eius
450 impetus in bestiam et extremae sortis quadripedem deduxerat cuiusque casus etiam quouis iniquissimo dolendus atque miserandus merito uideretur, crimine latrocinii in hospitem mihi *c*arissimum postulabar. quod crimen non modo latrocinium, uerum etiam parricidium quisque rectius 119
nominarit. nec mihi tamen licebat causam meam defendere uel unico uerbo saltem denegare. | denique ne mala conscientia tam scelesto crimini praesens uiderer silentio consentire, hoc tantum inpatientia productus uolui dicere:
451 'non feci.' et uerbum quidem praecedens semel ac saepius inmodice clamitaui, sequens uero nullo pacto disserere potui, sed in prima remansi uoce et identidem boaui 'non non', quanquam nimia rutunditate pendulas uibrassem labias. sed quid ego pluribus de Fortunae scae-
452 uitate conqueror, [quan]quam nec istud puduit me cum meo famulo meoque uectore illo equo factum conseruum atque coniugem.

4 Talibus cogitationibus fluctuantem subit me illa cura potior, qua statuto consilio latronum manibus uirginis decretam me uictimam recordabar uentremque crebro suspiciens meum iam misellam puellam parturibam. sed ille, qui commodum falsam de me notoriam || pertulerat, expromptis mille aureum, quos insutu laciniae contexerat quosque uariis ui⟨*a*⟩toribus detractos, ut aiebat, pro sua

---

em. Casaub noxiorum more *Colv cf. Tert. de fug. 2:* sectatores ueritatis nocentissimorum more tractari

F 154b 155a. φ 48b 49a 3 quouiſ (φ) quoiuis *Rohde* cuiuis *v cf. 53,24 87,13 183,14 Birt Arch. f. lat. Lex. XV 81sqq.* 5 kariſſimū 9 c̄ſcientia (φ) a *in ras. al. m.* 10 perductus *Florid* 12 clamitaui (φ) *ref. al. m. et supra voc. add.* ac tractaui edisserere *Colv* 14 n̄ n̄ *cum refingeret al. m. eff.* n̄ ſi rutunditate *corr. in* rot *al. m.* 15 ſcęuitate *refict. sed fuit id.* φ: ſeuitate *cf. 35,18 62,15* 16 quanquā (φ) quam *Beroald* quam quidem *Pric cf. apol. 62 (70,24) 37 (43,8)* nec (φ) uel *Colv* (*servato* quamquam) 17 equo *del. Koziol cf. 71,15* 19 agitationib; *litt. ref., fuit* cogitationib; φ: cogitationibuſ 24 *cf. 43,30* 25 uiͣtorib; (*em. al. m.*) φ: iutorib; *ꝑ (*quod eras., antea delet. erat*)

Oud. *E*

453 frugalitate communi conferebat arcae, infit etiam de salute commilitonum sollicite sciscitari. cognitoque quosdam, immo uero fortissimum que*m*que uariis quidem, sed inpigris casibus oppetisse, suadet, tantisper pacatis itineribus omniumque proeliorum seruatis indutiis inquisitioni commilitonum potius insisteretur et tirocinio nouae iuuentutis ad pristinae manus numerum Martiae cohortis facies integraretur: nam et inuitos terrore compelli et uolentes praemio prouocari posse nec paucos humili seruilique uitae renuntiantes ad instar tyrannicae potestatis sectam
454 suam conferre malle. se quoque iam dudum pro sua parte quendam conuenisse hominem et statu procerum et aetate iuuenem et corpore uastum et manu strenuum, eique suasisse ac denique persuasisse, ut manus ⟨*h*⟩ebetatas diutina pigritia tandem referret ad frugem meliorem bonoque secundae, dum posset, frueretur ualetudinis nec *120*
manum ualidam erogandae stipi porrigeret, sed hauriendo potius exerceret auro. talibus dictis uniuersi omnes adsens[i]ere et illum, qui iam comprobatus uideretur, adsciscí et alios ad supplendum numerum uestigari statuunt. tunc profectus et paululum commoratus ille perducit immanem quendam iuuenem, uti fuerat pollicitus, nescio
455 an ulli praesentium comparan|dum — nam praeter ceteram corporis molem toto uertice cunctos antepollebat et ei commodum lanugo malis inserpebat — sed plane centunculis disparibus et male consarcinatis semiamictum,

---

F 155ᵃ. φ 49ᵃ. 3 quenq; 4 ad[op]petiſſe (*vid. ead. m. add.*) φ: oppetiſſe 10 renuntiantes ⟨se⟩ *Oud* sectam *s. per apposition. adiect. ratus, sed interpret.: operam conferre in rem quae par est tyr. pot. cf. 204,23;* ad instar *def. Kronenb coll. 23,10 Gell. n. A. XX 1,39* 12 que[n]dā *em. ead. m.* statura *Oud* 14 ẹbetataſ (φ) 17 *ſed (*vid. fuisse* ſ, *lineola antea delet.*) φ: Sed 18 adſenſiere φ: adſenſere adsensi *vd Vl cf. 87,18 117,5* 21 producit *vd Vl* 23 ulli (φ) nulli *Kronenb sed cf. Quint. IX 4,1 X 1,65 XII 10,2* 25 et ei] etsi *Bluemner*

Oud. *E*

inter quos pectus et uenter crustata crassitie reluctabant.

Sic introgressus: 'ha*u*ete', inquit, 'fortissimo deo Marti clientes mihique iam fidi commilitones, et uirum magnanimae uiuacitatis uolentem uolentes accipite, libentius uulnera corpore excipientem quam aurum manu suscipientem ipsaque morte, quam formidant alii, meliorem. nec me putetis egenum uel abiectum neue de pannulis istis uirtutes meas aestimetis. nam praefui ualidissimae manui totamque prorsus deuastaui Macedoniam. ego sum praedo famosus Haemus ille Thracius, cuius totae prouinciae nomen horrescunt, patre Therone a*e*que latrone inclito prognatus, humano sanguine nutritus interque ipsos manipulos factionis educatus heres et aemulus uirtutis
6 paternae. sed omnem pristinam sociorum fortium multitudinem magnasque illas opes exiguo temporis amisi spatio. nam procuratorem principis ducenaria perfunctum, dehinc fortuna tristiore decussum, praetereuntem eo *f*ato fueram
456 adgress*us* — sed rei noscendae carpo ordinem. fuit quidam multis officiis in aula Caesaris clarus atque conspicuus, ipsi etiam probe spectatus. hunc insimulatum quorundam astu proiecit extorrem saeuiens inuidia. sed uxor eius Plotina, quaedam rarae fidei atque singularis
457 pudicitiae femina, quae decimo partus stipendio uiri familiam fundauerat, spretis atque contemptis urbicae luxuriae deliciis fugientis comes et infortunii socia, tonso capillo, 121
in masculinam faciem reformato habitu, pretiosissimis monilium et auro monetali zonis refertis incincta inter

F 155[a]. φ 49[a]. 1 craſſitię reluctabant (φ) *i. e. specie discrepabant.* relucebant *Bluemner* 3 habete (φ) fortissimi *Petsch cf. 127,7* 12 atq; (φ) aeque *Lips* 17 *cf. Hirschfeld*[2] *Kaiserl. Verwaltungsbeamte (1905) p. 435 sqq.*
18 p̄tereunte me orato (φ) *ante* me *supra* e *eras.* ˜ praetereuntem *v* meo fato *Bursian* coram *Beroald* incoram *Stewech* deo meo irato *Haupt* deo irato (*i. e. Marte*) *Crusius* Marte deo irato *vdVl* eo fato *He cf. Th. l. L. VI 365,52. 61*
19 adgreſſoſ (φ) *em. m. quae refec. litt.* 22 aſto (*vid. fuisse* aſtu) φ: aſtu

Oud. *E*

ipsas custodientium militum manus et gladios nudos intrepida cunctorum periculorum particeps et pro mariti salute peruigilem curam sustine⟨*n*⟩s aerumnas adsiduas ingenio masculo sustinebat. ‖ iamque | plurimis itineris difficultatibus marisque terrori*bus* exan*c*latis Zac[h]*y*nthum petebat, quam sors ei fatalis decreuerat temporariam sedem. sed cum primum litus Actiacum, quo tunc Mace- 7
458 donia delapsi grassabamu*r*, appulisset, nocte promota tabernulam quandam litori nauique proximam uitatis maris fluctibus incubabant, ⟨*cum*⟩ inuadimus et diripimus omnia. nec tamen periculo leui temptati discessimus. simul na*m*que primum sonum ianuae matrona percepit, procurrens in cubiculum clamoribus inquietis cuncta miscuit milites suosque famulos nominatim, sed et omnem uiciniam suppetiatum conuocans, nisi quod pauore cunctorum, qui sibi quisque metuentes delitiscebant, effectum est, ut impune discederemus. sed protinus sanctissima — uera enim dicenda sunt — et unicae fidei femina, bonis artibus gratiosa, precibus ad Caesaris numen porrectis et marito reditum celerem et adgressurae plenam uindictam impetrauit. denique noluit esse Caesar Haemi latronis
459 col⟨*l*⟩*e*gium, et confestim interi*u*it: tantum potest nutus etiam magni principis. tota denique factione militarium uexillationum indagatu confecta atque concisa ipse me furatus aegre solus mediis Orci faucibus ad hunc euasi modum: sumpta ueste muliebri florida, in sinus flaccidos 8
[h]abundante, mitellaque textili contecto capite, calceis

F 155^{ab}. φ 49^{ab}. 3 ſuſtinēſ (‾ *al. m. add.*) φ: ſuſtinenſ suscipiens *He cf. apol. 15* (*17,29*) 5 t̃roribuſ (buſ *al. m. in ras. scr.; vid. fuisse* t̃roriſq;) φ: terroriq; exantlatis (φ) *cf. 136,15* zachinthū 7 lit; actia cū (*post.* c *inter scribend. ead m. ex* t *corr. et in mg. add.* c) 8 graſſabam; (φ) grassabamur *v cf. 39,3* 9 proximam ⟨quam⟩ *vd Vl* ⟨ubi⟩ *Giarr* 10 ⟨cum⟩ *He* 12 nanq; 13 cubic. *sc. virorum* publicum *Kronenb* 14 ōiē *ut vid. deleta* i *ex* oĩa *em. pr. m.* φ: ōmē 22 coligiū (φ) *em. v* interibit (φ) *em. al. m.* 26 flaccidoſ (l *ex* i *corr. ead. m.*) 27 habundante (φ)

Oud. *E*

460 femininis albis illis et tenuibus indutus et in sequiorem
sexum incertus atque absconditus, asello spicas ordeacias
gerenti residens per medias acies infesti militis transabiui.
461 nam mulierem putantes asinariam concedebant liberos *ab*-
itus, quippe cum mihi etiam tunc depiles genae leui 122
pueritia splendicarent. nec ab illa tamen paterna gloria
uel mea uirtute desciui, quanquam semitrepidus ‖ iuxta
mucrones Martios constitutus, sed habitus alieni fallacia
tectus, uilla⟨*s*⟩ seu castella solus adgrediens, uiaticulum mihi
conrasi' et diloricatis statim pannulis in medium duo
milia profudit aureorum et: 'en', inquit, 'istam sportulam,
immo uero dotem collegio uestro libens meque uobis ducem
fidissimum, si tamen non recusatis, offero breui temporis
spatio lapideam istam domum uestram facturus auream.'

9 Nec mora nec cunctatio, sed calculis omnibus ducatum
latrones unianimes | ei deferunt ueste⟨*m*⟩que lautiusculam
proferunt, sumeret abiecto centunculo diuite⟨*m*⟩. sic reforma-
462 tus, singulos exosculatus et in summo puluinari locatus
cen*a* poculisque magnis inauguratur. tunc sermonibus
mutuis de uirginis fuga deque mea uectura et utrique
destinata monstruosa morte cognoscit et, ubi locorum esset
illa, percontatus deductusque, uisa ea, ut erat uinculis
onusta, contorta et uituperanti nare discessit et: 'non sum
quidem tam brutus uel certe temerarius', inquit, 'ut sci-

F 155^b. φ 49^b. 1 illis *cf. 33,5 205,27* tenuib; (b *ex alia litt. al. m. corr., sed in mg. pr. m. add.* uib;) φ: tenun *mut. in* tenuiſ *em. in* tenuib^9 *ead. m.* inductus *v Oud cf. 48,9 flor. 9 (12,7), sed 198,16* 2 incert; (φ) insertus *Beroald* incertatus *Hey* intectus *He cf. 216,20* ordeaciaſ (φ) 3 tranſabiui (b *ex* u *corr. ead. m.*) φ: tranſiui 4 adit; (φ) *em. v* 9 uilla ſeu (φ) uillas seu *v* uillas et *He* uillas, sed et *CFWMueller coll. 189,28 241,10* 17 uniamēſ φ: unanimeſ ueſtēq; ¯ *al. m. vid. add.* (φ) 18 ⟨quam rogant⟩ sumeret *vdVl* abiecto] ac tectus *Colv* diuite (φ) *ad insuta duo milia aureorum refert Beroald* diuitem *Scriver* in diuitem *Nolte an per ironiam dicit cf. 148,3 151,27 152,11 al.; an* sutili? *He cf. 6,7* iubentes *Leo* 20 cenę poculiſq; (φ) o *ex* u *al. m. corr.* cena *v*

tum uestrum inhibeam, sed malae conscientiae reatum intra me sustinebo, si quod bonum mihi uidetur dissimulauero. sed prius fiduciam uestri causa sollicito mihi tribuite, cum praesertim uobis, si sententia haec mea displicuerit, liceat rursus ad asinum redire. nam ego arbi-
463 tror latrones, quique eorum recte sapiunt, nihil anteferre lucro suo debere ac ne ipsam quidem saepe et aliis damnosam ultionem. ergo igitur si perdideritis in asino uirginem, nihil amplius quam sine ullo compendio indignationem uestram exercueritis. quin ego censeo deducendam eam ad quampiam ciuitatem ibique uenundandam. nec enim leui pretio distrahi poterit talis aetatula. nam et ipse quosdam lenones pridem cognitos habeo, quorum poterit unus ma||gnis equidem talentis, ut arbitror, puellam istam praestinare condigne natalibus suis fornicem processuram nec in similem fugam discur⟨*su*⟩ram, non nihil
464 etiam, cum lupanari seruierit, uindictae uobis depensuram. 123
hanc ex animo quidem meo sententiam conducibilem protuli; sed uos uestrorum estis consiliorum rerumque domini.'

Sic ille latronum fisci aduocatus nostram causam per- **10**
tulerat, uirginis et asini sospitator egregius. sed in diu- 21
tina deliberatione ceteri cruciantes mora consilii mea praecordia, immo miserum spiritum, libentes tandem nouicii latronis accedunt sententiae et protinus uinculis exsoluunt
465 uirginem. quae quidem simul uiderat illum iuuenem fornicisque et le⟨*n*⟩onis audierat mentionem, coepit risu laetissimo gestire, ut mihi merito subiret uituperatio totius sexus, cum uiderem puellam, proci iuuenis amore nuptiarumque castarum desiderio simulato, lupanaris spurci sor-

---

155ᵇ 156ᵃ. φ 49ᵇ. 6 qq; (φ) *cf. Petsch Arch. f. l. Lex. VI 268 Woelfflin VII 476; sed est loc. singular. ap. Ap.* quiqui *Colv* qui quidem *Bluemner* quicunque *He lac. ante* quique *stat. Rohde* 15 ⟨in⟩ fornicem *v cf. 4,21 37,9 51,13 119,19 187,9 al.* fornice *Purser* 16 professuram *Rohde* possess— *Haupt* prosess— *Purser; per ironiam dicit, quasi illa procedat dignitate* difcurrā (φ) *em. v.* 26 leonif (φ, *sed supra* n *add.*) *al. m. corr. in* lenōif latissimo *Beroald* 29 castarū *em. ead. m.* dissimulato *Rohde; sed antea simulare videbatur virgo*

Oud. *E*

didique subito delectari nomine. et tunc quidem totarum mulierum *s*ecta moresque de asini pendebant iudicio. sed ille iuuenis sermone repetito: | 'quin igitur', inquit, 'supplicatum Marti Comiti pergimus et puellam simul uenditurі et socios indagaturi? sed, ut uideo, nullum uspiam pecus sacrificatui ac ne uinum quidem potatui adfatim uel sufficiens habemus. decem mihi itaque legate comites, quis contentus proximum castellum petam, inde uobis epulas ⟨*s*⟩aliares comparaturus.'

Sic eo profecto ceteri copiosum instruunt ignem aramque cespite uirenti Marti deo faciunt.

11 Nec multo post adueniunt illi uinarios utres ferentes
466 et gregatim pecua comminantes. unde praelectum grandem hircum annosum et horricomem Marti Secutori Comitique uictimant. et ilico ‖ prandium fabricatur opipare. tunc hospes ille: 'non modo', inquit, 'exp*ed*itionum praedarumque, uerum etiam uoluptatum uestrarum ducem me strenu⟨*u*⟩m sentire debetis' et adgressus insigni facilitate nauiter cuncta praeministrat. uerrit, sternit, coquit, tuc⟨*c*⟩eta concinnat, adponit scitule, sed praecipue poculis
467 crebris grandibusque singulos ingurgitat. interdum tamen [in]simulatione promendi, quae poscebat usus, ad puellam commeabat adsidue, partisque subreptas clanculo et prae- 124
gustatas a se potiones offerebat hilaris. at illa sumebat adpetenter et non nunquam *b*asiare uolenti promptis sa*u*iolis adlubescebat. quae res oppido mihi displicebat. 'hem oblita es nuptiarum tuique mutui cupitoris, puella uirgo, et illi nescio cui recenti marito, quem tibi parentes iunxerunt, hunc aduenam cruentumque percussorem praeponis? nec te conscientia stimulat, sed adfectione calcata inter lanceas et gladios istos scortari tibi libet?

F 156ª φ 49ᵇ 50ª. 2 recta (φ) *em. v* 7 [uel sufficiens] *He* 9 alia ref (φ *em m rec. cf. 91,14* 16 expoſitionū (φ) *em. v* 17 meſtrenū (φ) *em. al m.* 19 tuceta (φ) *em. v* 22 inſimulatione (φ) *seiunx. Oud* in *del. He cf. 149,27 209,17* 25 baſiare b *ex* u *corr. al. m.* ſabioliſ (φ, *sed em.*) 28 decenti *Cornelissen*

Oud. E

468 quid, si quo modo latrones ceteri persenserint? non rursum recurres ad asinum et rursum exitium mihi parabis? re uera ludis de alieno corio.'

Dum ista sycophanta ego mecum maxima cum indignatione disputo, de uerbis eorum quibusdam dubiis, sed non obscuris prudenti asino cognosco non Haemum illum praedonem famosum, sed Tlepolemum sponsum puellae ipsius. nam procedente sermone paulo iam c⟨*l*⟩arius contempta mea praesentia *quasi* uere mortui: 'bono animo es', inquit, 'Charite dulcissima; nam totos istos hostes tuos statim captiuos habebis' et instanti⟨*a*⟩ ualidiore uinum iam inmixtum, sed modico tepefactum uapore sauciis illis et crapula uin*o*lentiaque madidis ipse abstemius non cessat inpingere. et hercules suspicionem mihi fecit, quasi soporiferum quoddam uenenum cantharis immisceret illis. cuncti denique, sed prorsus omnes uino sepulti ‖ iacebant, omnes par*iter* mortui. tunc nullo negotio artissimis uinculis impeditis ac pro arbitrio suo constrictis illis, imposita dorso meo puella, dirigit gressum ad suam patriam. 12

469 (beside "diore uinum iam inmixtum")

Quam simul accessimus, tota ciuitas ad uotiuum conspectum effunditur. procurrunt parentes, affines, clientes, alumni, famuli laeti faciem, gaudio delibuti. pompam cerneres omnis sexus et omnis aetatis nouumque et hercules memorandum spectamen, uirginem asino triumphantem. denique ipse etiam hilarior pro uirili parte, ne praesenti negotio ut alienus discreparem, porrectis auribus 13

470 (beside "cerneres omnis sexus")

125 (beside "praesenti negotio ut alienus discreparem, porrectis auribus")

F 156[a b]. φ 50[a]. 1 quid] quod *Petsch* quod si quoquo *Stewech* non] num *vd Vl* 6 ⟨esse⟩ Haem. *vd Vl* 8 cariuſ (φ) *em. Beroald* hilarius *Stewech* 9 c̄tēptā ea (φ, *sed* eā) quęſiuere φ: q̄ſiere *em. Mercer* mortui] bruti *Bursian* surdi *Bluemner* mori *Plasberg coll. 246,23* 11 inſtanti (φ) *em. v* 13 uinulentiaq; 16 prorsus somno uinoque *Soping* 17 ōs partī mortui φ: ōmſ parati morti *adscript. ad* uino sep. *ex mg. irrepsisse putat Novák cf. 254,3 sq.* ad somnos, partim mortui *Rohde cf. 186,4* passim *Wower* parit̄ *He cf. 46,4 50,1* 25 ſpectam̃ (φ) tam *in ras. al. m. scr. cf. 89,24* specłam ? *He cf. 67,24*

Oud. E

proflatisque naribus rudiui fortiter, immo tonanti clamore personui. et illam thalamo receptam commode parentes sui fouebant, me uero cum ingenti iumentorum ciuiumque multitudine confestim retro *T*lepolemus agebat non inuitum. nam et alias curiosus et tunc latronum captiuitatis spectator optabam fieri. quos quidem colligatos adhuc uino magis quam uinculis deprehendimus. totis ergo prolatis erutisque rebus et nobis auro argentoque et ceteris onustis ipsos partim constrictos, uti fuerant, prouolutosque in proximas r*u*pinas praecipites dedere, alios uero 471 suis sibi gladiis obtruncatos reli[n]quere.

Tali uindicta laeti et gaudentes ciuitatem reuenimus. et illas quidem diuitias public*ae* custodel*ae* commisere, 14 Tlepolemo puellam repetitam lege tradidere. exin me ⟨*su*⟩um sospitatorem nuncupatum matrona prolixe curi- 472 tabat ipsoque nuptiarum die praesepium meum ordeo passim repleri iubet fae[mi]numque camelo Bactrinae sufficiens apponi. sed quas ego condignas Fotidi diras deuotiones inprecer, quae me formauit non canem, sed asinum, quippe cum uiderem largissimae cenae reliquiis rapinisque canes omnes inescatos a*t*que distentos.

Post noctem unicam et rudimenta Veneris recens nupta gratias || summas apud suos parentes ac maritum mihi meminisse non destitit, quoad summos illi promitterent ho-

---

F 156[b]. φ 50[a]. 3 ciuiũq; (φ) *litt. refict. mut. in* ouiũq;

4 retro* (*eras.* p *aut* t *antea induct.*) φ: retro² retrorsum *Luetj* plepolem; (φ) 5 ⟨eram⟩ et *Rohde* 14 rapinaſ (φ) *em. v* 11 relinquere *em.* φ 12 gaudenteſ (φ) *litt. postrem. refict.; fuit* tiſ *a pr. m. corr. in* teſ ciuitatẽſ (*ead. m. del.* ſ *et add.* ˜; *alia litt. refing. erasit* ſ) φ: ciuitatē 13 publica cuſtodela (φ) *verb. quale* asseruandas *supplet Florid* ⟨in⟩ publicam custodelam *Bursian* publicae custodelae *Oud* 14 T. ⟨uero⟩ *Plasberg* meũ (φ) me suum *Beroald* memet *Hild inepte; nam* memet *Ap. non adhibet nisi pro pronom. reflex. cf. 29,20 67,24 77,14 169,12 172,6 apol. 24 (27,24)*
□ 15 qrutatabat (*alter.* ta *induct., in mg. ead. m.* curuta) φ: curutabat 17 fartim *Bluemner* fęminuq; (φ) *em. v* 18 deuotiones *del. Leo; sed cf. 220,12 279,7* 21 adq; (*litt. ref.*) φ: atq;

nores habituri mihi. conuocatis denique grauioribus amicis
consilium datur, quo potissimum *pacto* | digne remunerarer.
placuerat uni domi me conclusum et otiosum hordeo lecto
473 fabaque et uicia saginari; sed optinuit alius, qui meae
libertati prospexerat, suadens, ut rurestribus potius campis
in greges equinos lasciuiens discurrerem daturus dominis
equarum inscensu generoso multas mulas alumnas. ergo **15**
igitur euocato statim armentario equisone magna cum *126*
praefatione deducendus adsignor. et sane gaudens laetus-
que praecurrebam sarcinis et ceteris oneribus iam nunc
renuntiaturus nanctaque libertate ueris initio p*ra*tis her-
474 bantibus rosas utique reperturus aliquas. subibat me
tamen illa etiam sequens cogitatio, quod tantis actis gra-
tiis honoribusque plurimis asino meo tributis humana facie
recepta multo tanta pluribus beneficiis honestarer. sed
ubi me procul a ciuitate gregarius ille perduxerat, nullae
deliciae ac ne ulla quidem libertas excipit. nam protinus
uxor eius, auar*a* *e*quidem nequissimaque illa mulier,
molae machinariae subiugum me dedit frondosoque baculo
subinde castigans panem sibi suisque de meo parabat corio.
nec tantum sui cibi gratia me fatigare contenta, uicino-
rum etiam frumenta mercen⟨*n*⟩ariis discursibus meis con-
terebat, nec mihi misero statuta saltem cibaria pro tantis
praestabantur laboribus. namque hordeum meum frictum
475 et sub eadem mola meis quassatum ambagibus ‖ colonis
proximis uenditabat, mihi uero per diem laboriosae ma-

F 156b 157a. φ 50ab. 1 habitum iri *Petsch* habitu iri *Plasberg coll. Arch. f. lat. Lex. ind. I—X p. 596 cf. 13,10 sq. 102,6 128,16 sq. apol. 3 (3,13 sq.) 48 (55,14) 51 (57,25)*
2 facto (φ) pacto *Oud* 3 uti (n *supra* t *add. ead. m. et in mg.* ni) φ: uni 6 inter *vd Vl* 8 equisoni *vd Vl*
11 pratiſ (rat *in ras. al. m. ex* art) φ: partiſ *sed em. ead. m.* 13 consequens *Rohde* 15 *cf. apol. 3 (4,20) Leo Arch. f. lat. Lex. XII 99 sqq.* 18 auarę qdē φ: auara (e *supra*) qdē auara quidem *v cf. 167,7 188,11* a. equidem *Seyffert cf. 161,14*
19 nodosoque *Bluemner* ponderosoque *Purser cf. 72,17*
22 mercenariiſ *em.* φ

Oud. *E*

chinae adtento sub ipsa uespera furfures apponebat incretos ac sordidos multoque lapide salebrosos.

16 Talibus aerumnis edomitum nouis Fortuna saeua tradidit cruciatibus, scilicet ut, quod aiunt, domi forisque fortibus factis adoriae plenae gloriarer. equinis armentis na*m*que me congregem pastor egregius mandati dominici
476 serius auscultator aliquando permisit. at ego tandem liber asinus laetus et tripudians graduque molli gestiens equas opportunissimas iam mihi concubinas futuras deligebam. sed haec etiam spes hilarior in capital⟨*e*⟩ processit exitium. mares enim ob admissuram ueterem
477 pasti satianter ac diu saginati, terribiles [alios] alioquin et utique quouis asino fortiores, de me | metuentes sibi et adulterio degeneri praecauentes nec hospitalis Iouis seruato foedere riualem summo furentes persecuntur [h]odio. *127*
hic elatis in altum uastis pectoribus arduus capite et sublimis uertice primoribus in me pugillatur ungulis, ille terga pulposis *t*orulis obesa conuertens postremis uelitatur
478 calcibus, alius hinnitu maligno comminatus remulsis auribus dentiumque candentium renudatis asceis totum me commorsicat. sic apud historiam de rege Thracio legeram, qui miseros hospites ferinis equis suis lacerandos deuorandosque porrigebat; adeo ille praepotens tyrannus

---

F 157ᵃ. φ 50ᵇ. 2 lapideſ alebroſoſ *eras.* ſ *em. al. m.* 5 plenus *Groslot; genet. ad* gloriar. *refert Oud, ad* factis *Hild* glρriarere qn iſ (φ: *sed al. m. recte distinx.*)
6 nanq; 7 feriuſ (φ, *sed in mg. al. m.* c̊ feruſ) 10 capital *al. m. add.* e φ: capitaŀ 11 ueterē (φ) *in mg.* ·l· *ad v. sequ. addit. fort. huc pertinet cf. praef. 34* uenerem *v, ut interpretament. del. Pric, defend. deleto* admiss. *aut scripto* admissariam *Oud* admissuram ueterem *def. Wiman* ⟨in⟩ uenerem *Petsch cf. 95,19* 12 alioſ aliq̊n & (φ, *in mg.* c. alias) alios *del. v cf. 7,12 81,15* 15 hodio *em.* φ
18 coruliſ (φ) *em. v* uelitat (φ) *litt. ref. corr. in* uol 19 remissis *ed. Rom.* 20 aſteiſ (φ) *refict. litt. mut. in* coſtiſ *em. Luetj* hastis *v* saxis *Oud* 22 feris? *He sed cf. 28,9* 23 proiciebat *vd Vl* praepotens ille *v*

sic parcus hordei fuit, ut edacium iumentorum famem
corporum humanorum largitione sedaret. ad eundem mo- 17
dum distractus et ipse uariis equorum incursibus rursus
molares illos circuitus requirebam. uerum Fortuna meis
cruciatibus insatiabilis aliam mihi denuo pestem instruxit.||
479 delegor enim ligno monte deuehundo, puerque mihi prae-
fectus imponitur ⟨*ex*⟩ omnibus ille quidem puer deter-
rimus. nec me montis excelsi tantum arduum fatigabat
iugum, nec saxeas tantum sudes incursando contribam un-
480 gulas, uerum fustium quoque crebris ictibus per*dit*e de-
dolabar, ut usque plagarum mihi medullaris insideret
dolor; coxaeque dexterae semper ictus incutiens et unum
feriendo locum dissipato corio et ulceris latissimi facto
foramine, immo fouea uel etiam fenestra nullus tamen
desinebat identidem uulnus sanguine delibutum obtundere.
lignorum uero tanto me premebat pondere, ut fascium
481 molem elefanto, non asino paratam putares. ille uero
etiam quotiens in alterum latus praeponderans declinarat
sarcina, cum deberet potius grauantis ruinae fustes de-
mere et leuata paulisper pressura sanare me uel certe in
alterum latus translatis peraequare, contra lapidibus ad-
ditis insuper sic iniquitat*i* ponderis medebatur. nec tamen 18
post tantas meas clades inmodico sarcinae pondere con-
tentus, cum fluuium transcenderemus, qui forte praeter uiam

F 167^{a}. φ 50^{b}. 1 [sic]? *Leo* parcuſ *litt. refict.; vid. fuisse* partuſ φ: partuſ (o *supra* t) 3 equaꝝ *litt. refict.; fuit* equoꝝ φ: equoꝝ 7 omnibus *def. Hild Kroll Glott. V 361 cf. Loefstedt Komm. z. Per. Aeth. 49* ⟨prae⟩ omn. *vd Vl coll. 213,7.10* omn. ⟨modis⟩ *v* omnimodis *Guilelm* omnium *ed Vic Iunt* ⟨ex⟩ o. *He* puer *del. v cf. Phil. supp. IX 519 sqq.* 9 contriueram *vd Vl sed cf. Thielmann Arch. f. lat. Lex. III 542* 10 ꝓcliue (φ) perdite *Hild* perdiem *Purser coll. 165,26* perdius *Plasberg* prolixe *Luetj cf. 75,24 164,15 al.* prodige *Bursian* persaepe *v* 11 usque ⟨uapulando⟩ *vd Vl* 16 linoꝝ (g *supra* n) *em. ead. m.* faſciū (ſ *ex* r *al. m.*) φ: ſarcinū 20 iuuare *He* me] eam *Bluemner* 22 iniquitate (φ) *al. m. corr. in* ineq- iniquitatem *vel* iniquitati *v Ap. verb. medendi cum tertio casu coniungit* 24 per uiam *Kronenberg*

Oud. *E*

defluebat, peronibus suis ab aquae madore consulens ipse
quoque insuper lumbos meos insiliens residebat, exi- 128
guum scilicet et illud tantae molis super|pondium. ac
si quo casu limo caenoso ripae supercilio lubricante [h]o-
neris inpatientia prolapsus deruissem, cum deberet egre-
gius agaso manum porrigere, capistro suspendere, cauda
subleuare, certe partem tanti oneris, quoad resurgerem
482 saltem, detrahere, nullum quidem defesso mihi ferebat au-
xilium, sed occipiens a capite, immo uero et ipsis auri-
bus totum me compilabat || *ad incitas* fusti grandissimo,
donec fomenti uice ipsae me plagae suscitarent. idem
mihi talem etiam excogitauit perniciem. spinas acerrumas
483 et punctu uenenato uiriosas in fascem tortili nodo con-
strictas caudae meae pensilem deligauit cruciatum, ut in-
cessu meo commotae incitataeque funestis aculeis infeste
19 me conuulnerarent. ergo igitur ancipiti malo laborabam.
nam cum me cursu proripueram fugiens acerbissimos in-
cursus, uehementiore nisu spinarum feriebar: si dolori
parcens paululum restitissem, plagis compellebar ad cur-
sum. nec quicquam uidebatur aliud excogitare puer ille
nequissimus quam ut me quoquo modo perditum iret,
idque iurans etiam non nunquam comminabatur.

Et plane fuit, quod eius detestabilem malitiam ad peiores
conatus stimularet; nam quadam die nimia eius insolentia
expugnata patientia mea calces in eum ualidas extuleram.
denique tale facinus in me comminiscitur. stuppae sar-

F 157[ab]. φ 50[b]51[a]. 1 pōīb; *ut vid. m. vet. mut. in* p̊dib; φ: pom̄ib; (*in mg. m. recentiss. add.* peronib;) 2 ⟨haud⟩ exiguum *Petsch* 4 honeriſ *em.* φ 7 certe (φ) *supra* te *eras. vid.* 10 concipulabat *Lips cf. 204,8 vd Vl Arch. f. lat. Lex. IX 461* | cidit (φ) caedit *E* caedens *v* ad incitas *He cf. 73,3* ad exitium *Damsté* identidem *Brakman* et id *Koziol* concidendo *Luetj del. Beyte* *inter* cidit *et* fusti *lac. quatt. litt.* (φ), *sed nihil periit* 13 uiriosaſ (φ) *def. Armini* uirosas *v cf. 213,16* 15 infestis aculeis [infeste] *Leo* 17 aceruiſſimoſ (φ, b *supra* u *add. al. m.*)

Oud. E
484 cina me satis onustum pro*b*eque funiculis con*s*trictum pro-
ducit in uiam deque proxima uillula spirantem car*b*un-
culum furatus oneris in ipso meditullio reponit. iamque
fomento tenui calescens et enutritus ignis surgebat in
flammas et totum me funestus ardor inuaserat, nec ullum
pestis extremae suffugium nec salutis aliquod apparet
solacium et ustrina talis moras non sustinens et meliora
consilia praeuertitur. sed in rebus scaeuis adfulsit For- **20**
tunae nutus hilarior nescio an futuris periculis me reser-
uans, certe praesente statutaque morte liberans. nam forte
485 pluuiae pridianae recens conceptaculum aquae lutulentae *129*
proximum conspicatus ibi memet inprouido saltu totum
abicio flammaque prorsus extincta tandem et | pondere
leuatus et exitio liberatus euado. sed ille deterrimus ac
temerarius puer hoc quoque suum nequissimum factum in
me retorsit gregariisque omnibus adfirmauit me sponte
uicinorum foculos transeuntem titubanti gradu prolapsum
ignem ultroneum acce*r*sisse mihi, et arridens addidit: 'quo
usque ergo frustra pascemus ⟨*as*⟩in⟨*um*⟩ igninum istum?'.
Nec multis interiectis diebus longe peio⟨*ri*⟩bus me
dolis petiuit. ligno enim, quod gerebam, in proximam
casulam uendito uacuum me ducens iam se nequitiae meae
486 proclamans imparem miserrimumque istud magisterium
rennuens querelas huius modi concinnat: 'uidetis istum **21**
pigrum tardissimumque et nimis asinum? me prae⟨*ter*⟩
cetera flagitia nunc nouis periculis etiam angit. ut

F 157[b]. φ 51[a]. 1 ꝓpeq; (φ) *em. Stewech* 2 carbunculũ b *ex* u *al. m. corr.* 7 sustinet, sed *vel* sustinens [et] *v* et meliora '*vel optima*' *interpretat. Plasberg* diutiora *Bluemner* maturiora *Oud* pleniora *Kronenb* timidiora *He* 8 *cf. 77,23* 11 lutulentae ⟨plenum⟩ *vdVl* 18 accefſiſſe . m (i above) & (φ) accersisse mihi . et *Petsch cf. 153,7 244,14* arcessisse *Lips* 19 Inigninũ (*φ, sed m. rec. in mg.* c (e above) igninum) ignigenum *v* ignigerum *vir. doct.* igniarium *Oud* asinum igninum *He* 20 peiob; *em. m. rec. et* φ 24 *cf. 133,3* 25 nimis ⟨asininum⟩ *Bluemner* p̄ (φ) *em. ed. Iunt* 26 etiam periculis *vdVl*

Oud. *E*

quemque enim uiatorem prospexerit, siue illa scitula mulier
seu uirgo nubilis seu tener puellus est, ilico disturbato
gestamine, non nunquam etiam ipsis stramentis abiectis,
487 furens incurrit et homines amator talis appetit et humi
prostratis illis inhians illicitas atque incognitas temptat
libidines et ferinas ⟨*parans*⟩ uoluptates auersa Venere
488 inuitat ad nuptias. nam imaginem etiam sauii mentiendo
ore improbo compulsat ac morsicat. quae res nobis non
mediocris lites atque iurgia, immo forsitan et crimina
pariet. nunc etiam uisa quadam honesta iuuene, ligno
quod deuehebat abiecto dispersoque, in eam furiosos direxit impetus et festiuus hic amasio humo sordida prostratam mulierem ibidem incoram omnium gestiebat inscendere. quod nisi ploratu questuque femineo conclamatum uiatorum praesidium accurrisset ac de mediis
ungulis ipsius esset erepta liberataque, misera illa compauita atque dirupta ipsa quidem cruciabilem cladem
sustinuisset, nobis uero poenale reliquisset exitium.'

22 Talibus mendaciis admiscendo sermones alios, qui 130
489 meum uerecundum silentium uehe||mentius premerent, animos pastorum in meam perniciem atrociter suscitauit.
denique unus ex illis: 'quin igitur publicum istum maritum', inquit, 'immo communem omnium adulterum illis
suis monstruosis nuptiis condignam uictimamus hostiam';
et 'heus tu, puer', ait, 'obtruncato protinus eo intestina

F 157^b 158^a. φ 51^a. 1 quenq; uiatorum *vdVl* prospexit *Haupt sed est coniunct. iterativ. cf. 29,5* illa sit *v* 2 puellusſeſe *al. m.* ſ *add. ante* ſeſe φ: puella ſeſe *em. vdVl* puellus, eos *E* puellus, ecce *Guileln* puellus sit *aut servato* puellus, sese *infra* inruit *Oud* puellus, e re *Luetj cf. 233,25* 6 — fer. uol. — *v. Geisau* fer. ⟨auens⟩ *Cast* ⟨instruens⟩ *Kronenb* ⟨parans⟩ *He* feminas uolutatas *Pric* uoluptates *post* illicitas (*v. 5*) *transpos. vdVl* uoluptarius *Rohde; an* ferin. uolupt. *ut interpretam. ad* illic. libid. *addit. delendum? cf. tamen 39,12* auersaque *Kaibel* 7 ſabii (b *ex* u *corr. ead. m.*) 9 mediocriſ (φ) *mut al. m. in* —eſ 25 *sqq. in maxima huius pag. parte litt. fere euanuerunt aut ab al. m. satis neglegenter refictae aut vocibus supra uetustas repetitis obscuratae sunt*

Oud. E

quidem canibus nostris iacta, ceteram uero carnem omnem operariorum cenae reserua. nam corium adfirmatum | cineris inspersu dominis referemus eiusque mortem de lupo facile mentiemur.' sublata cunctatione accusator ille
490 meus noxius, ipse etiam pastoralis exsecutor sententiae, laetus et meis insultans malis calcisque illius admonitus, quam inefficacem fuisse mehercules doleo, protinus gladium cotis adtritu parabat.

Sed quidam de coetu illo rusticorum: 'nefas', ait, 'tam 23
bellum asinum sic enecare et propter luxuriem lasciuiamque amatoriam criminatos opera seruitioque tam necessario carere, cum alioquin exsectis genitalibus possit neque in uenerem nullo modo surgere uosque omni metu periculi liberare, insuper etiam longe crassior atque corpulentior effici. multos ego scio non modo asinos inertes, uerum etiam ferocissimos equos nimio libidinis laborantes atque ob id truces uesanosque adhibita tali
491 detestatione mansuetos ac mites exinde factos et [h]oneri ferundo non inhabiles et cetero ministerio patientes. denique nisi uobis suadeo nolentibus, possum spatio modico interiecto, quo mercatum proxumum obire statui, petitis e domo ferramentis huic curae praeparatis ad uos actutum redire trucemque amatorem istum atque insuauem

---

F 158ᵃ. φ 51ᵃᵇ. 2 offirmatum *Steucch* adsiccatum *Rohde* 3 cruoris *Damsté* 10 enecare (*al. m. supra add.* necare) φ: en$\overset{e}{\text{i}}$care (*em. m. rec.*) sic enecare et *post* criminatum (*v. 11*) *transpos. Kronenb*, et *solum Giarr* 11 amatoriā****** opera (*media legi nequeunt; al. m. superscr.* amatoriam criminatus *et vid fuisse* —tuſ *a pr. m. script.*) φ: amatoriam criminatum opera amatoria crimina, tam ⟨utili⟩ opera *vdVl et* crimina [tum] *Novák* criminatos *He* inanem reatum *Brakman* 13 in uenerē *quae sequuntur lineola deleta sunt; lego dubitanter* nullomo **ſurgere (*eras. vid.* do) φ: in uenerē ullo modo ſurgere ullo *Beroald; cf. Hofmann Lat. Gramm. 832* uoſq; ōī cetu (φ) metu *v* 18 mansuetos ac *del. G. Voss* manſueſ (φ) *sed requiras* mansues ac mansuetos *cf. 81,19 99,6sq. apol. 8,22sq.* mites *Pric cf. Gell. V 14,21* pingues (*coll. Λούκ. 33: ἥμερός τε καὶ πίων*) *Oud* honeri *em.* φ 21 obire *refict., sed fuit idem*

Oud. *E*

dissitis femoribus emasculare et quouis ueruece mitiorem
efficere.'

24 Tali sententia mediis Orci manibus extractus, set ex-
492 tremae poenae reseruatus maerebam et in nouissima parte
corporis totum me periturum ‖ deflebam. inedia denique
continua uel praecipiti ruina memet ipse quaerebam ex- *131*
tinguere moriturus quidem nihilo minus, sed moriturus
integer. dumque in ista necis meae decunctor electione,
matutino me rursum puer ille peremptor meus contra
montis suetum ducit uestigium. iamque me de cuiusdam
uastissimae ilicis ramo pendulo destinato paululum uiam
supergressus ipse securi lignum, quod deueheret, recidebat.
et ecce de proximo specu uastum attollens caput funesta
493 proserpit ursa. quam simul conspexi, pauidus et repen-
tina facie conterritus totum corporis pondus in postremos
poplites recello arduaque ceruice sublimiter eleuata lorum,
quo tenebar, rumpo meque protinus pernici fugae com-
mitto perque prona non tantum pedibus, uerum etiam
toto proiecto corpore propere deuolutus immitto me cam-
pis subpatentibus, *ex* summo studio fugiens | immanem
ursam ursaque peiorem illum puerum.

25 Tunc quidam uiator solitarium uagumque me respi-
ciens inuadit et properiter inscensum baculo, quod gerebat,
494 obuerberans per obliquam ignaramque me ducebat uiam. nec

F 158[a]. φ 51[b]. 1 u[r]ebece (u *mut. in* b *et* [r] *add. m. rec.*) φ: uerbece 3 extracto (*refict., fuit fort.* extract;) ſet extreme pene reſeruat; merebā (*litt. refict., sed vid. eaed. fuisse*) φ: retract; ſ& extm[e]a uite deſpicienſ merebā (*ead. m. scriptura magis tenui fort. in lac. postea add.*) 4 nobilissima *Barth* nauissima *Purser* 10 fastigium *Brant* 12 deueherem *vdVl coll. 167,6* 14 pſ[r]epit *em. ead. m. et* φ prorepit *Bluemner cf. 89,1* 16 recello *cf. 254,5* 17 21 *verba pleraque adeo evanuerunt ut cognosci vix possint* 17 cō|citato *al. m litt. refing. effecit; sed dubium an aliud script. fuerit, praesertim cum* cō *i. e.* com *certum sit* φ: co'mitto *cf. 40,11* 19 piecto (φ) *litt. refict., sed fuit id.* 20 *lac. ante* ſummo, *in qua nihil iam legitur* φ: & ſummo ex summo *Colv cf. 179,25 214,7* 24 me *del. vdVl cf. 59,22*

inuitus ego cursui me commodabam relinquens atrocissimam uirilitatis lanienam. ceterum plagis non magnopere commouebar quippe consuetus ex forma concidi fustibus.

Sed illa Fortuna meis casibus peruicax tam opportunum latibulum misera celeritate praeuersa nouas instruxit insidias. pastores enim mei perditam sibi requirentes uac-
495 culam uariasque regiones peragrantes occurrunt nobis fortuito statimque me cognitum capistro prehensum attrahere gestiunt. sed audacia ualida resistens ille fidem hominum deumque testabatur: 'quid me raptatis uiolenter? quid inuaditis?'

'Ain, te nos tractamus inciuiliter, qui nostrum asinum furatus abducis? || quin potius effaris, ubi puerum eiusdem agasonem, ne[c]catum scilicet, occultaris?'; et ilico detractus ad terram pugnisque pulsatus et calcibus contusus
496 infit deierans nullum semet uidisse ductorem, sed plane 132
continatum solutum et solitarium ob indiciuae praemium occupasse, domino tamen suo restituturum. 'atque utinam ipse asinus', inquit, 'quem numquam profecto uidissem, uocem quiret humanam dare meaeque testimonium innocentiae perhibere posset: profecto uos huius iniuriae pigeret.'

Sic adseuerans nihil quicquam promouebat. nam collo

F 158[ab]. φ 51[b]. 2 lanië (˜ *al. m. vid. add.*) nā φ: lanie. Nā (*em. al. m. deleto* Nā *et supra addito* nā) ⟨nam⟩ ceterum *Bluemner* 3 ex forma (ma *refict.*) *om.* φ *del. Oud cf. vdVl Arch. f. lat. Lex. X 386 sqq.* 5 miſera (φ) *218,2 cft. Armini* mira *vdVl cf. 29,24* 9 reſiſtenſ (ſt *al. m. ex* d *corr., sed pr. m. in mg. add.* reſiſtenſ) φ: reſiſtenſ (ſt *inter scribend. ex al. litt. corr.*) 10 raptatis? uiolenter *vdVl* 12 an *E cf. 69,1 129,20* 13 effeṛạṭiſ (arıſ) *em. ead. m. et* φ 14 n*eçatū *corr. al. m. ex* neccatū 15 pugniq; (*add. ead. m.*) et *prorsus evan.* 16 plane ⟨me⟩ *vdVl* 17 *cf. 22,11 et 133,21* 18 suo — utinam *evan.* utinam] si *vdVl* 19 quem ⟨utinam⟩ *vdVl* profecto *del. vdVl cf.* nunq. prof. *apol. 2 (3,2) 40 (47,17)* *a* fecto *ad litt.* u *in* uocem *litt. evan.* uidisse uellem *Haupt; Tib. I 10,11 cft. Leo* 21 posset *del. vdVl, addit. propter clausul. monet Leo*

Oud. *E*

constrictum reducunt eum pastores molesti contra montis illius siluosa nemora, unde lignum puer solebat egerere.

26 nec uspiam ruris ⟨*r*⟩*e*peritur ille, sed plane corpus eius membratim laceratum multisque dispersum locis conspicitur. quam rem procul dubio sentiebam ego illius ursae
497 dentibus esse perfectam et hercules dicerem quod sciebam, si loquendi copia suppeditaret. sed quod solum poteram, tacitus licet serae uindictae gratulabar. et cadauer quidem disiectis partibus tandem totum repertum aegreque concinnatum ibidem terrae dedere, meum uero Bellerofontem, abactorem indubitatum cruentumque percussorem criminantes, ad casas interim suas uinctum perducunt, quoad renascenti die sequenti deductus ad magistratus, ut aiebant, poenae redderetur.

Interimdum puerum illum parentes sui plangoribus
498 fletibusque querebantur, et adueniens ecce rusticus nequaquam | promissum suum frustratus destinatam sectionem meam flagitat. ⟨*at*⟩ 'non est in his', inquit unus, 'indidem praesens iactura nostra, sed plane crastino libet non tantum naturam, uerum etiam caput quoque ipsum pessimo isto asino demere. nec tibi ministerium deerit istorum.'

27 Sic effectum est, ut in alterum diem clades differretur mea. at ego || gratias agebam bono puero, quod saltem mort⟨*u*⟩us unam carnificinae meae dieculam donasset. nec tamen tantillum saltem gratulationi meae quietiue *133*

F 158ᵇ. φ 51ᵇ52ᵃ. 1 maesti *He* confestim *Leo* 2 siluosi *Kronenb coll. 188,21* cliuosa *Cornelissen* 3 ruris] uiuus *Bluemner* Osiris *Damsté* operit (o *in ras., fuit* a) φ: apt *em. v cf. 226,5* 9 partibus ⟨collectis⟩ *vd Vl* 13 [sequenti]? *Leo* 15 interī dū (φ) interdum, *He cf. 125,6* 16 querebantur (*in mg. ead. m. add.* q;rebant) φ: q̄rebāt et *om.* φ *v* rusticoſ (ᵛ *add. ead. m.?*) 18 ⟨at⟩ non est *Luetj* , in his *v* in his, *He cf. 80,16* sanabilis ? *Leo* indidem *scil. a lascivia asini cf. 171,10* un; (φ) *compend.*; *refict. simile litterae* j 21 demetere *Heins cf. Suet. Cal. 33 Cic. de petit. 2,9* 22 iſto4 (φ) o4 *refict., sed fuit id.* 25 mort; (*linea induct.*) φ: mortuuſ

Oud. E

spatium datum; nam mater pueri, mortem deplorans acerbam filii, fleta et lacrimosa fuscaque ueste contecta, ambabus manibus trahens cinerosam canitiem, heiulans et
499 exinde proclamans stabulum inrumpit meum tunsisque ac diuerberatis uehementer uberibus incipit: 'et nunc iste securus incumbens praesepio uoracitati suae deseruit et insatiabilem profundumque uentrem semper esitando distendit nec aerumnae meae miseretur uel detestabilem casum defuncti magistri recordatur; sed scilicet senectam infirmitatemque meam contemnit ac despicit et impune se laturum tantum scelus credit. at utcumque se praesumit innocentem; est enim congruens pessimis conatibus contra noxiam conscientiam sperare securitatem. nam pro deum fidem, quadrupes nequissime, licet precariam uocis usuram
500 sumeres, cui tandem uel ineptissimo persuadere possis atrocitate⟨*m*⟩ istam culpa carere, cum propugnare pedibus et arcere morsibus misello puero potueris? an ipsum quidem saepius incursare calcibus potuisti, moriturum uero defendere alacritate simili nequisti? certe dorso receptum auferres protinus et infesti latronis cruentis manibus eriperes, postremum deserto deiectoque illo conseruo magistro comite pastore non solus aufugeres. an ignoras eos etiam, qui morituris auxilium salutare denegarint, quod contra bonos mores id ipsum fecerint, solere puniri? sed non diutius meis cladibus laetaberis, homicida. senties, efficiam, misero dolori naturales uires ad-

---

F 158b. φ 52a. 1 *ad* datum *m. rec. add.* eſt acerbã *al. m.* b *corr. ex* u (φ) 4 exinde *cf. 126,13; i. e. 'saepe' Wiman coll. 139,6 147,12 256,20* 8 miſeret (*al. m. ref.*) 11 credit at] creditat *Rohde* an (*em. ead. m.*) φ: at atque *v* et *Pric* utique *Pric cf. 126,19* 12 innoc. *cf. Corp. gloss. Lat. VI 580:* ἀβλαβής, ἀθῷος 13 parare *vdVl* 16 atrocitate (φ) *em. v* iſtã *ut vid., sed ˜ dub.* φ: iſta culpa ⟨tua⟩ *Bursian* *supra* carere *aliquid eras.; cognoscuntur pr. litt.* u *et extrem.* re φ: uacare 18 moriturã *em.* φ 21 deiectoq; (φ) *in mg. ead. ut vid. m.* derelicto 22 non *ante* deserto *transpos. vdVl* 24 fecerint fecerint (*alter. induct.*) 26 sentias *Oud*

Oud. E

501 esse'; et cum dicto subsertis manibus exsoluit suam sibi 28 fasciam pedesque meos singillatim inligans ‖ indidem constringit artissime, scilicet ne quod uindictae meae superesset praesidium, et pertica, qua stabuli fores offirmari
502 solebant, *ad*repta | non prius me desiit obtundere, quam uictis fessisque uiribus suopte pondere degrauatus manibus eius fustis esset elapsus. tunc de brachiorum suorum cita fatigatione conquesta procurrit ad focum ardentemque titionem gerens mediis inguinibus obtrudit usque, donec solo, 134 quod restabat, *n*isus praesidio liquida *f*imo strictim eg[r]esta faciem atque oculos eius confoedassem. qua caecitate atque faetore tandem fugata est a me pernicies: ceterum titione delirantis Althaeae Meleager asinus interisset.

504

LIBER VIII

1 Noctis gallicinio uenit quidam iuuenis ⟨*e*⟩ proxima ciuitate, ut quidem mihi uidebatur, unus ex famulis Charites, puellae illius, quae mecum aput latrones pares aerumnas exanclauerat. is de eius exitio et domus totius
505 infortunio mira ac nefanda, ignem propter adsidens, inter conseruorum frequentiam sic annuntiabat:

'Equisones opilionesque, etiam busequae, fuit Charite nobisque misella et quidem casu grauissimo nec uero

---

F 158[b] 159[a]. φ 52[a]. 5 abrepta φ: arrepta *cf. 21,4* 6 *cf. 120,11* 9 obtrudit; q; (q; *induct., om.* φ) obtrudit usque *Salm* 10 miſuſ (φ, *sed em.* ĩnisus) ſimo (φ) *em.* *v* (*Rob*) liquido — egesto *Oud cf. 77,4* egreſta (φ, *sed puncto del.* r) 12 pniciеſ (φ) ſ *postea addit., fort. ab al. m.* 13 interissem *Florid fort. recte*

Ɛgo ſalluſtiuſ legi & em̄daui rome Felix . MƐT[h]aphora mor|foſeon Lib̄ VII. Ɛxpl̄ic. INCĪP liber. VIII. feliciter. 15 ⟨de⟩ proxima *vdVl coll. 210,14 227,19* ⟨ex⟩ pr. *Wower* 20 annuntiauit[bat] *em. ead. m.* φ: annuntiabat 21 etiã buſeſ (*posterior* ſ *induct.*) quę φ: etiã buſeq̄ et busequae, iam *E* 22 nobiſ q (φ) nobis quam *v* nobis quoniam *Gruter* nobisque *E* nobisque misella ⟨periuit⟩ *vdVl cf. 90,24*

Oud. E

incomitata Manis adiuit. sed ut cuncta noritis, referam
uobis a capite, quae gesta sunt quaeque possint merito
doctiores, quibus stilos fortuna subministrat, in historiae
specimen chartis inuoluere.

506 Erat in proxima ciuitate iuuenis natalibus prae-
nobilis qu*idem*, clarus *et* pecuniae *fructu* satis locuples, sed
luxuriae popinalis scortisque et diurnis potationibus exer-
507 citatus atque ob id factionibus latronum male sociatus
nec non etiam manus infectus humano cruore, Thras*y*llus||
nomine. idque sic erat et fama dicebat. hic, cum pri- 2
mum Charite nubendo maturuisset, inter praecipuos pro- 11
cos summo studio pe̊titionis eius munus obierat et quan- 135
quam ceteris omnibus id genus uiris antistaret eximiisque
508 muneribus parentum inuitaret iudicium, morum tamen
inprobatus repulsae contumelia fuerat aspersus. ac dūm
erilis puella in bon⟨*i*⟩ Tlepolemi manum uenerat, firmiter
deorsus delapsum nutriens amorem et denegati thalami
permiscens indignationem, cruento facinori quaerebat ac-
cessum. nanctus denique praesentiae suae tempesti*u*am
occasionem, sceleri, quod diu cogitarat, accingitur. ac
die, quo praedonum infestis mucronibus puella fuerat astu
uirtutibusque sponsi sui liberata, turbae gratulantium
exultans | insigniter permiscuit sese salutique praesenti
509 a⟨*c*⟩ futurae suboli nouorum maritorum gaudibundus ad
ho⟨*no*⟩rem splendidae prosapiae inter praecipuos hospites

F 159ᵃ. φ 52ᵃᵇ 1 ueritiſ *litt. refict., potest fuisse* noritiſ φ: noritiſ 2 φ: possent 3 ſtiluſ (φ), *sed em.* (*Rob.*) 6 quo (φ) equo *v* loco *v* qui eo *vd Vl* qdē *He* eo (φ) et *v* fuit (φ) fuerat *vd Vl* simul *Colv* auitae *Leo* affatim *Kronenb* fructu, *He cf. 158,19 sq.* 7 luxurie popinali *Hild* ⟨aere alieno⟩ exercitatus *vd Vl* 8 male *cf. 186,12* clam *vd Vl, sed* clam *prae-position. esse·ap. Apul. docet Novák* 9 nec|jn̄ etiā (*al. m.* ne *punctis delev.*, ᵃ *add. et* n̄ *mut. in* jn̄ *i. e.* inde) φ: nec nō etiā thraſilluſ 10 isque *Pric* 16 bon (*al. m. add.* ⁱ) tlepolemi φ: bonabepolemi 18 premens *vd Vl* indignatione *Nolte* 19 tempeſtillā (φ) *em. v cf. 87,22 et sic semper* 23/24 p̄ſentia (φ) *em. Lips* 25 horē (φ, *sed em. al. m.*)

Oud. *E*

domum nostram receptus, occultato consilio sceleris, amici
fidelissimi personam mentiebatur. iamque sermonibus
assiduis et conuersatione frequenti, nonnunquam etiam
cena poculoque communi carior cariorque factus in pro-
fundam *ru*inam Cupidinis sese paulatim nescius praecipi-
510 tauerat. quidni, cum flamma saeui amoris parua quidem
primo uapore delectet, sed fomenti⟨*s*⟩ consuetudinis ex-
aestuans inmodicis ardoribus totos amburat homines.

3 Diu denique deliberauerat secum Thras*y*llus, quo⟨*d*⟩
nec clandestinis colloquiis opportunum repperiret locum
et adulterinae Veneris magis magisque praeclusos adi-
tus copia custodientium cerneret nouaeque atque gli-
511 scentis affectionis firmissimum uinculum non posse disso-
ciari perspiceret et puellae, si uellet, quanquam uelle non
posset, furatrinae coniugalis incommodaret rudimentum;
et tamen ad hoc ipsum, quod non potest, conten||tiosa
pernicie, quasi posset, impellitur. quod nunc arduum
factu putatur, amore per dies roborato facile uidetur
512 effectu. spectate denique, sed, oro, sollicitis animis in-
tendite, quorsum furiosae libidinis proruperint impetus.

4 Die quadam uenatum Tlepolemus assumpto Thrasyllo *136*
petebat indagaturus feras, quod tamen in capreis feri-
tatis est; nec enim Charite maritum suum quaerere
patiebatur bestias arm*a*tas dente uel cornu. iamque apud
frondosum tumulum ramorumque densis tegminibus um-
513 brosu⟨*m*⟩ prospectu uestigatorum obseptis capreis canes

F 159[ab]. φ 52[b]. 1 occultato (φ) *litt. refictis corrupt. in* octultato *aut* accultato 4 carior* (*fuitne* cariorıſ?) 5 roinã φ: romā *em. Faber* 7 fomtı (φ) fomento *v* fomentis *E* 9 diu diuque *Bluemner; 71,8 cft. Novák* thraſilluſ quo nec (φ) quod nec *Salm cf. 5,1* quo uel *v* quo⟨modo⟩ uel *vdVl* (*v. 10 Sciopp. secutus*) quo pacto cland. *vel* qui cland. *Novák* 10/11 locum ⟨cum⟩ *Sciopp* 12 gliſcentiſ (t *vid. corr. ex* d) 15 coniugale *vir doct. ad mg. ed. Iunt alt.* incommodare *He* rud. '*ignorantiam*' *interpr. Florid* 16 et *del. Pric* 19 ⟨et⟩ intendite *Rohde* 20 proruperit *v* 21 thlaſyllo 22 qđ φ: q (*Rob*) quid *v* ⟨si⟩ quid *Colv* 24 arm̄taſ (φ) *em. v* 25 *nunc quidem legitur* umbroſu φ: umbroſo

Oud. *E*

uenationis indagini[s] generosae, mandato cubili residentes
514 inuaderent bestias, immittuntur statimque sollertis disci-
plinae memores partitae totos praecingunt aditus tacitaque
prius seruata mus⟨*s*⟩itatione, signo sibi repentino reddito,
latra[n]tibus feru*i*dis dissonisque miscent omnia. nec ulla
caprea nec pauens dammula nec prae ceteris feris mitior
cerua, sed aper immanis atque inuisitatus exsurgit toris
515 callosae cutis obesus, pilis inhorrentibus corio squalidus,
setis insurgentibus spinae hispidus, dentibus attritu sonaci
spumeus, oculis aspectu minaci flammeus, impetu saeuo
fre mentis oris totus fulmineus. et primum quidem canum
516 procaciores, quae comminus contulerant uestigium, genis
hac illac iactatis consectas interficit, dein calcata retiola,
qua primos impetus reduxerat, transabiit. et nos quidem 5
cuncti pauore deterriti et alio[n]quin innoxiis uenationibus
consueti, tunc etiam inermes atque inmuniti tegumentis
frondis uel arboribus latenter abscondimus, Thrasyllus uero
nactus fraudium opportunum decipulum sic Tlepolemum
captiose compellat: ||

"Qui⟨*d*⟩ stupore confusi uel etiam cassa formidine
517 similes humilitati seruorum istorum uel in modum pauoris
feminei deiecti tam opimam praedam mediis manibus
amittimus? quin equos inscendimus? quin ocius indipisci-
mur? *en* cape uenabulum et ego sumo lanceam" nec tan-
tillum morati protinus insiliunt equos ex summo studio
bestiam insequentes. nec tamen illa genuini uigoris oblita

F 159ᵇ. φ 52ᵇ. 1 indaginiſ (φ) *sed* ſ *eras.* 2 inuaderent (φ) *sed eras.* nt *cf. 76,19* 4 muſitatione (φ) *em. v* 5 latrantib; (φ, *sed in mg.* c̊ latratibus) ferundiſ (φ) *em. v* 6 pa⌊uenſ dam⌋mula *litt. quas notavi prorsus evan.* 7 inuiſitatuſ (φ) *cf. Gell. V 14,7* 9/10 dentiſ — oculi *Rohde* 11 *post* oris *lac statuit vdVl* 12 genuinis *Purser cf. 140,4* 14 reduxerat (φ) *interpret. 'inhibuerat' Oud* direxerat *Pric* 15 alionqn *em.* φ 17 abscondimur *Scal cf. 137,16* 20 qui (φ) quid *v* 21 ceruorum *de Rhoer* 24 & cape (φ) i cape *Heins* en̨ cape *Haupt cf. 18,1* tu cape *vdVl* em cape? *He cf. apol. 63 (71,20)* en ego *Heins* lanceā nec *prors. evan.* 25 ex ſummo *evan.*

Oud. *E*

retorquet impetum et incendio feritatis ardescens dente
518 compulso, quem primum insiliat, cunctabunda rimatur. 137
sed prior Tlepolemus iaculum, quod gerebat, insuper dorsum bestiae contorsit. at Thrasyllus ferae quidem pepercit, set equi, quo uehebatur Tlepolemus, postremos poplites lancea feriens amputat. quadrupes reccidens, qua sanguis effluxerat, toto ⟨*t*⟩ergo supinatus inuitus dominum suum deuoluit ad terram. nec diu, sed eum furens
519 aper inuadit iacentem ac primo lacinias eius, mox ipsum resurgentem multo dente lania*uit* nec coepti nefarii bonum piguit amicum uel suae saeuitiae litatum saltem tanto periculo cernens potuit expleri, sed percito atque plagosa crura [uulnera] contegenti suumque auxilium
520 miseriter roganti per femus dexterum dimisit lanceam tanto ille quidem fidentius, quanto crederet ferri uulnera similia futura prosectu dentium. nec non tamen ipsam
6 quoque bestiam facili manu transadigit. ad hunc modum definito iuuene exciti latibulo suo quisque familia maesta concurrimus. at ille quanquam perfecto uoto, prostrato inimico laetus ageret, uultu tamen gaudium tegit et frontem adseuerat et dolorem simulat et cadauer, quod | ipse
521 fecerat, auide circumplexus omnia quidem lugentium officia sollerter adfinxit, sed solae lacrimae procedere noluerunt. sic ad nostri similitudinem, qui uere lamentabamur, conformatus manus || suae culpam bestiae dabat.

F 159b 160a. φ 52b 53a. 1/2 dente cõpulſo (φ) *in mg. ead. m. add.* dentẽ c̄pulſũ (dentiũ c̄pulſu *putat Rob, et sic v*) 4 pepciſſ& (φ, *sed em.*) 7 efflu⌊xerat⌋ *litt. evan.* ergo (φ) *em. v* 8 ſed φ: *et (ſ *vid. evan. aut eras. esse*) *cf. 160,16* 9 *sqq. permultae litt. evan.* 10 laniatũ (φ) (*Rob*) *em. v* 13 plagoso, cruda u. *Cornelissen* plagosa et cruda u. *Luetj* plagosa crurum u. *vir doct.* uulnera *del. v* ⟨contra⟩ uulnera *Bluemner* con⌊tegenti⌋ 14 femus] pectus *Bluemner* immisit *v* demisit *Colv* 18 defuncto *v cf. 148,23 Min. Fel. 37,3 Corp. gloss. Lat. II 40* 22—25 *prorsus corrosa paucar. litt. colorem aut ductum tenet membrana* 24 ⌊ſimilitu⌋dinẽ *potius legi quam* ⌊amaritu⌋dine *cf. 202,15* φ: amaritudinē c̄firmat; (φ) *em. v*

Oud. *E*

Necdum satis scelere transacto fama dilabitur et cur-
522 sus primos ad domum Tlepolemi detorquet et aures in-
felicis nuptae percutit. quae quidem simul percepit tale
nuntium, quale non audiet aliud, amens et uecordia per-
cita cursuque bacchata furibundo per plateas populosas et
arua rurest⟨*r*⟩ia fertur insana uoce casum mariti quiri-
tans. confluunt ciuium maestae cateruae, secuntur obuii
dolore sociato, ciuitas cuncta uacuatur studio uisionis. et
ecce mariti cadauer accur*r*it labantique spiritu totam se
523 super corpus effudit ac paenissime ibidem, quam deuoue-
rat, ei red⟨*d*⟩idit animam. sed aegre manibus erepta suo- *138*
524 rum inuita remansit in uita, funus uero toto feralem
pompam prosequente populo deducitur ad sepulturam.

Sed Thrasyllus nimium nimius clamare, plangere et, 7
quas in primo maerore lacrimas non habebat, iam scilicet
crescente gaudio reddere et multis caritatis nominibus
Veritatem ipsam fallere. illum amicum, coaetaneum, con-
525 tubernalem, fratrem denique addito nomine lugubri ciere,
nec non interdum manus Charites a pulsandis uberibus
amouere, luctum sedare, heiulatum cohercere, uerbis pal-
pantibus stimulum doloris obtundere, uariis exemplis
multiuagi casus solacia nectere, cunctis tamen mentitae
pietatis officiis studium contrectandae mulieris adhibere
odiosumque amorem suum perperam delectando nutrire.
sed officiis inferialibus statim e*x*actis puella protinus festi-
526 nat ad maritum suum demeare cunctasque prorsus per-
temptat uias, certe illam lenem otiosamque nec telis ullis
indigentem, sed placidae quieti consimilem: inedia deni-
que misera et incuria squalida, tenebris imis abscondita,

F 160ᵃ. φ 53ᵃ. 3 tale *cf. 154,9* 6 rureſtia (φ) *em. v cf. 76,2* 9 accurſit *em.* φ occurrit *Leo* 11 redidit (*in mg.* ·l· *cf. praef. 34*) φ: reddit *em. v* 14 nimium nimiumque *Colv* 18 lugere (gubri *superscr.*) *em. ead. m.* φ: lugubri lugubriter *Pric cf. 57,23* lugubre (*cf. 119,10*) *aut* lugubri uoce *vel* sono *Oud, sed nomen Tlep. ipsum lugubre interpr. Prescott* 24 lactando *Heins* 25 statim *cf. 105,5 121,19 144,9* *factiſ (*eras.* e, f *corr. ex* r) φ: eractiſ exactis *Elmenh* peractis *Wower cf. 226,9*

Oud. E

iam cum luce transegerat. sed Thrasyllus instantia per-
uicaci partim per semet ipsum, partim per ceteros fami-
liares ac neces||sarios, ipsos denique puellae parentes ex-
torquet tandem, | iam lurore et inluuie paene conlapsa
membra lauacro, cibo denique confoueret. at illa, paren-
tum suorum alioquin reuerens, inuita quidem, uerum re-
527 ligiosae necessitati subcumbens, uultu non quidem hilaro,
uerum *pau*lo sereniore ob[oed]iens, ut iubebatur, uiuen- 139
tium *mu*nia, pro[ru]rsus in [s]pectore, immo uero penitus
*in medul*lis luctu ac maerore carpebat animum; *dies-
que to*tos totasque noctes insumebat l*uctuoso desi*derio et
imagines defuncti, qu*as ad habitum dei* Liberi for⟨*m*⟩a-
528 uerat, adfixo s*eruitio diuinis percolens* honoribus ipso se
8 sola*cio cruciabat. sed Th*rasyllus, praeceps alioq*uin et
de ipso nomine* temerarius, priusquam dolorem lacrimae
satiarent et percitae mentis resideret furor et in sese
529 ni*m*ietatis senio lassesceret luctus, adhuc flentem maritum,
adhuc uestes lacerantem, adhuc capillos distrahentem non
dubitauit de nuptiis conuenire et imp[r]udentiae labe ta-

F 160ᵃ. φ 53ᵃ. 5 denique] potuque *Cornelissen* 7 *sqq. parte membranae lacerata verba nonnulla in finibus versuum abscissa sunt; quae eadem om. φ, al. m. in φ lacunas supplevit. Supplementa praebent dett. transscripta ex cod. F nondum laeso* (*Rob*) 8 uerũ . . .|lo φ: paulo obędienſ (φ) *em. v* 8/9 uiuentiũ . . . . . .|nia φ: ⌊munia⌋ ma (*sic*) (⌊⌋ *in lac. postea add.*) 9 ꝓrurſuſ (φ) *em. v* inſpectore (φ, *sed em. ead. m.*) pęnit; I. . . . .|liſ φ: penit⁹ ⌊ĩ medulliſ⌋ 10/11 am̃ũ . . . .|toſ φ: am̃ũ & dieſ totoſ (*pr. m. scrips.*) 11 inſumebat l . . . .| derio φ: ĩſumebat ⌊luctuoſo deſi⌋derio 12 defuncti qu. . . . .|liberi φ: defuncti ⌊quaſ ad habitum dei⌋ liberi forauerat (φ) *em. v* 13 adfixo ſ. . . . .| honorib; φ: adfixo ⌊ſeruitio diuiniſ percolenſ⌋ honorib; colens? *He ut spatium sufficiat* ſe φ: ſeſe 13/14 ſolac . . . . .ra|ſylluſ φ: ſola⌊tio cruciabat —⌋tharſylluſ ů (ů *add. al. m.*) 14 cruciabat. sed *v* cr. uerum ? *He propt. spat. vac.* 14/15 alio (*et prior pars litt.* q) . . . . temerariuſ| φ: alio ⌊quin — et de ipo noie temari⁹⌋ et re et ipso nomine *Heins* 17 ninietatiſ *em.* φ 19 imprudentie (φ) *cf. 36,24* impudentiae *v*

cita pectoris sui secreta fraudesque ineffabiles detegere. sed Charite uocem nefanda⟨*m*⟩ et horruit et detestata est
530 et uelut graui ton⟨*i*⟩tru procellaque sideris uel etiam ipso diali fulmine percussa corruit corpus et obnubilauit animam. sed interuallo reualescente paulatim spiritu, ferinos mugitus iterans et iam scaenam pessimi Thrasylli perspiciens, ad limam consilii desiderium petitoris distulit. tunc inter moras umbra illa misere trucidati Tlepolemi
531 san⟨*i*⟩e cruentam et pallore deformem attollens faciem quietem pudicam interpellat uxoris:

"Mi coniux, quod tibi prorsus ab alio dici non licebit: etsi pectori tuo iam perma*rcet* nostri memoria uel acer*b*ae mortis meae casus foedus caritatis intercidit, —
532 quouis ‖ alio felicius maritare, modo ne in Thrasylli manum sacrilegam conuenias neue sermonem conferas ne⟨*c*⟩ mensam accumbas nec toro adquiescas. fuge mei percussoris cruentam dexteram. noli parricidio nuptias auspicari. uulnera illa, quorum sanguinem *tu*ae lacrimae proluerunt, non sunt tota dentium uul*nera*: lancea mali Thras*y*lli me tibi fecit alienum" *et addi*dit cetera omnem- 140
que scaenam sceleris inlumi*nauit*. 21

F 160[ab]. φ 53[a]. 2 nefandā (‾ *al. m. ut vid. add.*) & horruit (φ) *cf. 105,19* exhorruit *v cf. 216,26* 3 ton^i^tru *em. al. m.* 6 mugit; (*in mg. ead. m. add.* ru) φ: reiteranſ *cf. 218,19* etiā (φ) *distinx. Colv* 8 illas umbra *vdVl* 9 ſane (φ) *em. Meurs* 12 si *v* pmanat φ: pmaneat permanet *v quo probato*: si ⟨uel⟩ *Plasberg* ⟨et⟩ iam *Leo* iam ⟨non⟩ *Giarr* permarcet *He* uel ⟨si⟩ *Pric* nec *Colv* 13 acerbę (b *ex* u *al. m. corr.*) 14 quoiuis *Colv cf. 156,3 aut ablativ. putand. cf. Hor. epod. 2,9 Ov. Her. 4,134* 15 ne (φ) nec *v* nėu *He* 16 torum *Kirchhoff* 18 *sqq. membrana lacerata in initio versuum nonnullae voces vel litterae abscissae sunt; lacunas suppl. al. m. in φ cf. 182,6* ſanguinē ⌊..e lacrimę φ: ⌊— he⌋ lac^i^me tuae *v* 19 ꝓluerunt (φ) ꝓ *corr. ex* p uul .... lancea (*spatium non capax nisi litterar.* nera) φ: uulnera . ſed lancea (*a pr. m. script.*) 20 thraſilli alienū | .... dit φ: alienū. ⌊Et addi⌋dit 21 Inlumi | .... t illa φ: īlumi⌊nat · at⌋ illa inluminauit. At i. *He*

Oud. E

9 *At* illa, ut primum maesta quieuerat, toro *faciem im-*
533 *pressa*, *eti*amnunc dormiens, lacrimis | ema*nantibus genas*
*cohum*idat et uelut quo[d]dam tormen*to inquieta quiete excussa*
534 luctu redintegrato prolixum h[eu]eiu*lat discissaque interu*la
decora b⟨*ra*⟩chia saeuientibus palmulis conuerberat. nec
tamen cum quoquam participatis nocturnis imaginibus,
sed indicio facinoris prorsus dissimulato et nequissimum
percussorem punire et aerumnabili uitae sese subtrahere
□ tacita decernit. ecce rursus *nu*per ⟨*f*⟩*e*ruide uo|uptatis
detestabilis petitor aures obseratas de nuptiis obtundens
aderat. sed illa clementer aspernata sermonem Thrasylli
astuque miro personata instanter garrienti summisseque
deprecanti:

"Adhuc", inquit, "tui fratris meique *c*arissimi mariti
facies pulchra illa in meis deuersatur oculis, adhuc odor
535 cinnameus ambrosei corporis per nares meas percurrit,
adhuc formonsus Tlepolemus in meo uiuit pectore. boni
ergo et optimi consules, si luctui legitimo miserrimae
feminae necessarium concesseris tempus, quoad residuis
mensibus spatium reliquum compleatur anni, qu*ae* res

F 160[b]. φ 53[ab]. 1 quieuerat] coniuerat *Bertin* 1/2 toro ... . iã nunc φ: thoro faciem impreſſa nũc 2 ema | .... (*ultima pars litt.* n *aut* m)idat φ: ema nãtib⁹ genas cohumidat —— 3 qđdã torm̄ | .... (*vid. suprema pars litt.* l *et posterior pars litt.* u)ctu φ: ꝗdã torm̄ to inquieta quieti excuſſa luctu *em. v cf. 15,17 96,4* 4/5 ꝑli|xũ heueu (*vel* heula) .... (*superior pars litt.* l *vel* d) a decora bchia (*in mg. add. m. vet.* ĩterula, *vid. in textu fuisse* interida) φ: ꝑlixũ heu heu eiulat . Diſciſſaq; interula decora brachia 8 ꝑcuſſorẽ (φ) ¯ *al. m. add., sed vid.* ¯ *eras.* 9 imperor uide (*induct.*) φ: impetor uide improuide *Rossbach* improuidae *v cf. praef. 54* ('*inconsultae*' *interpret. Oud coll. 277,12*) nuper feruide *He* impetu turbidae *Luetj* impie toruidae *Koziol* impetu auido *Bluemner* 12 ſũmiſſeque (*al. m. eff.* q;) 14 kmi 16 ꝑcurrit *in mg. ead. m. add.* ·re 20 anniq; (φ) *em. v*

Oud. *E*

cum meum pudorem, tum etiam tuum salutare commo-
dum respicit, ne forte inmaturitate nuptiarum indignatione
536 iusta manes acerbos mariti ad exit⟨*i*⟩um salutis tuae
suscitemus." 4

Nec isto ser||mone Thrasyllus sobriefactus uel saltem **10**
tempestiua pollicitatione recreatus identidem pergit lin- *141*
gu⟨*a*⟩ aes*tua*⟨*n*⟩ti susurros improbos inurguere, quoad □
simulanter reuicta Charite suscipit: "istud equidem certe
magnopere deprecanti concedas necesse est mihi, Thrasylle,
ut interdum taciti clandestinos coitus obeamus nec quis-
537 quam persentiscat familiarium, quo⟨*a*⟩d dies reliquos
metiatur annus."

Promissioni fallaciosae mulieris oppressus subcubuit
Thrasyllus et prolixe consentit de furtiuo concubitu noctem-
que et opertas exoptat ultro tenebras uno potiundi studio
postponens omnia. "sed heus tu", inquit Charit[at]e,
"quam probe ueste contectus omnique comite uiduatus
prima uigilia tacitus fores meas accedas unoque sibilo
contentus nutricem istam meam opperiare, quae claustris
538 adhaerens excubabit aduentui tuo. nec setius patefactis
aedibus acceptum te nullo lumine conscio ad meum per-
ducet cubiculum."

Placuit Thrasyllo scaena feralium nuptiarum. nec **11**
sequius aliquid suspicatus, sed expectatione turbidus de
diei | tantum spatio et uesperae mora querebatur. sed ubi
sol tandem nocti decessit, ex imperio Charites ad[h]or-
natus et nutricis captiosa uigilia deceptus inrepit cubi-
culum pronus spei. tunc anus de iussu dominae blandiens

F 160ᵇ. φ 53ᵃ   3 aceruoſ (φ)   exitũ (φ) *em. v*
7 linguę ſatiati (φ) *sed del.* ſatiati   l. satiantis *Colv; 110,3 cft. Kronenb* l. sauciantis *Beroald* l. lactantis *vdVl* l. fatuantis *Brakman* lingua aestuanti *He*   9 nec ecce ē m (i *supra*) *em.* φ   mihi] mi *Gruter* mihi, mi *Oud*   11 qđ φ: q quoad *v*   reliquuſ (φ) *al. m. corr. in* oſ, *in mg. pr. m.* Reliq (os *supra*) dieſ metiat (z *supra*) annoſ   12 emetiatur *vd Vl*   annũ (φ) *em. al. m. cf. ad v. 11*   13 promissione *Kronenb*   16 charitate *em.* φ   17 *cf. 275,9*   26 adhortat; (*prior.* t *ex* n *al. m. corr.*) φ: adornat⁹

Oud. *E*

539 ei furtim depromptis calicibus et oenoforo, quod inmixtum
uino soporiferum gerebat uenenum, crebris potionibus
auide ac secure haurientem mentita dominae tarditatem,
quasi parentem adsideret aegrotum, facile sepeliuit ad
somnum. iamque eo ad omnes iniurias exposito ac supi-
nato introuocata Charite masculis animis impetuque diro
fremens inuadit ac supersistit sicarium.

12 "En", inquit, "fidus coniugis mei comes, en uenator
egregius, en carus maritus. haec est illa dextera, quae
meum sanguinem fudit, hoc pectus, quod fraudulen||tas
ambages in meum concinnauit exitium, oculi isti, quibus
male placui, qui quodam modo tamen iam futuras tenebras
540 auspicantes uenientes poenas antecedunt. quiesce securus, *142*
beate somniare. non ego ⟨*te*⟩ gladio, non ferro petam; absit,
ut simili mortis genere cum marito meo coaequeris: uiuo
tibi morientur oculi nec quicquam uidebis nisi dormiens.
faxo, feliciorem necem inimici tui quam uitam tuam sen-
tias. lumen certe non uidebis, manu comitis indigebis,
Chariten non tenebis, nuptias non frueris, nec mortis
quiete recrea*b*eris nec uitae uoluptate laeta*b*eris, sed in-
certum simulacrum errabis inter Orcum et solem et diu
quaeres dexteram, quae tuas expugnauit pupulas, quodque
est in aerumna miserrimum, nescies de quo queraris. at
541 ego sepulchr*o* mei Tlepolemi tuo luminum cruore libabo
et sanctis manibus eius istis oculis parentabo. sed quid
mora temporis dignum cruciatum lucraris et meos forsitan
tibi pestiferos imaginaris amplexus? relictis somnolentis
tenebris ad aliam poenalem euigila caliginem. at*to*lle
uacuam faciem, uindictam recognosce, infortunium intel-
542 lege, aerumnas computa. sic pudicae mulieri tui placue-
runt oculi, sic faces nuptiales tuos illuminarunt thalamos.

F 160^b 161^a. φ 53^b. 12 tam̄ iā (φ) *supra* futur. *script. et eras.* (*Rob*) 14 ego ⟨te⟩ *Kronenb* 20 recreaberiſ (b *ex* u *al. m. corr.*) lętaberiſ (b *ex* u *al. m. corr.*) 22 quereris *Petsch* 24 ⟨ad⟩ sepulcrum *Wower* ſepulchrū (φ) ū *in ras. al. m.* sepulchro *He cf. 91,9 sq.* 28 ac tu in (c tu in *in ras. al. m. scr., fuit* at . . le) φ: attale *em. v*

Vltrices habebis pronubas et orbitatem comitem et perpe-
543 tuae conscientiae stimulum."
Ad hunc modum uaticinata mulier acu crinali capite 13
depromta Thrasylli conuulnerat tota lumina eumque prorsus exoculatum relinquens, dum dolore[m] | nescio crapulam cum somno discutit, arrepto nudo gladio, quo se Tlepolemus solebat incingere, per mediam ciuitatem cursu furioso proripit se ⟨*et*⟩ procul dubi⟨*o*⟩ nescio quod scelus gestiens *r*ecta monimentum mariti contendit. at nos et omnis populus, nudatis totis aedibus, studiose conse-
544 quimur hortati mutuo ‖ ferrum uaesanis extorquere manibus. sed Charite capu*lum* Tlepolemi propter assistens gladioque fulgenti singulos abigens, ubi fletus uberes et lamentationes uarias cunctorum intuetur, "abicite", inquit, "importunas lacrimas, abicite luctum meis uirtutibus alienum. uindicaui in me*i* mariti cruentum peremptorem, 143
punita sum funestum mearum [mearum] nuptiarum praedonem. iam tempus est, ut isto gladio deorsus ad meum Tlepolemum uiam quaeram." et enarratis ordine singulis, 14
545 quae sibi per somnium nuntiauerat maritus quoque astu Thrasyllum inductum petisset, ferro sub papillam dexteram transadacto [c̄] corruit et in suo sibi peruolutata sanguine postremo balbu*tt*iens incerto sermone ⟨*e*⟩*f*flauit animam uirilem. tunc propere familiares miserae Chari-
546 tes accuratissime corpus ablutum [m]unita sepultura ibidem marito perpetuam coniugem reddidere.

F 161^a. φ 53^b 54^a. 1 p̄nubaſ (φ) *em. v* orb. *cf. 109,23* 4 dep̄ta∗ *cf. 74,13 186,1* φ: dēpta 5 dolorē (φ) *em. v* 8 se ⟨et⟩ *He* dubi (*al. m. add.* °) 9 ſecta (φ) *sed induct. em. v* ⟨et⟩ recta *vd Vl* 10 uiduatis *Brant* 12 caput *in mg. paene eras.* capulū (*Rob*) φ: capulū 16 meū *em. in* mei, *ut nunc vid., al. m.* φ: mei (ū *ead. m. add.*) 17 mearū mearū *em.* φ 22 c̄corruit (φ) *cf. 7,16* 23 balbultienſ φ: balbutienſ balbuttiens *He cf. 24,11* p̄flauit (φ) *rasur. supra* p proflauit *Pric* pereffiauit *v* efflauit *He* 25 munita (φ) inunita *Brant cf. 288,11* unita *Lips* unica *Stewech cf. 55,10 109,25 praef. 47*

Oud. E

Thrasyllus uero cognitis omnibus, nequiens idoneum exit[i]um praesenti cladi reddere certusque tanto facinori nec gladium sufficere, sponte delatus ibidem ad sepulchrum "ultronea uobis, infesti Manes, en ades⟨t⟩ uictima" saepe clamitans, ualuis super sese diligenter obseratis inedia statuit elidere sua sententia damnatum spiritum.'

15 Haec ille longo⟨s⟩ trahens ⟨su⟩spiritus et nonnun- 547 quam inlacrimans grauiter adfectis rusticis adnuntiabat. tunc illi mutati dominii nouitatem metuentes et infortunium domus erilis altius miserantes fugere conparant. sed equorum magister, qui me curandum magna ille quidem commendatione susceperat, quidquid in casula pre- 548 tiosum conditumque seruabat, meo atque aliorum iumentorum dorso repositum a[d]sportans sedes pristinas deserit. gerebamus infantulos et mulieres, gerebamus pullos, passeres, aedos, catellos et quidquid infirmo gradu fugam|| morabatur, nostris quoque pedibus ambulabat. nec me pondus sarcinae, quanquam enormis, urguebat, quippe 549 gaudiali fuga | detestabilem illum exectorem uirilitatis meae relinquentem.

Siluosi montis asperum permensi iugum rursusque repo[s]sita camporum spatia peruecti, iam uespera semitam tenebrante, peruenimus ad quoddam castellum frequens et opulens, unde nos incolae nocturna, immo uero 144 matutina etiam prohibebant egressione: lupos enim numerosos grandes et uastis corporibus sarcinosos ac nimia ferocitate saeuientes passim rapinis adsuetos infestare cunctam illam regionem iamque ipsas uias obsidere et in

F 161^{ab}. φ 54^{a}. 2 exitiū (φ) *em. Stewech* clade (φ) *ab* exitum *pendere conicit Leo* cladi reperire *Stewech* 5 adeſt (t *al. m. add.*) uictima 5 ualb̄ (φ, *sed. em. m. recentiss.*) 7 longo (φ) *al. m. add.* ſ ſp̄ſ (φ) suspiritus *Brant coll. 6,22 123,4 237,23* 9 d̄nii (ii *refict., sed fuit id.*) φ: d̄ni 11 illa equidem *Oud coll. 165,8 sq. cf. 165,18* 12 ⟨cum⟩ commendatione *vd Vl coll. 165,8* 14 adſportanſ *em. v* 15 *an|fereſ *corr. al. m. ex* paſ|fareſ *cf. 192,18 254,1 Heraeus Arch. f. lat. Lex. XI 324* φ: paſſereſ anseres *v* 16 ędoſ (φ) *cf. Varr. l. L. V 97* capellas *Piccart* 22 repoſſita *em.* φ suppos- *Leo* 27 adsuetis *Bluemner*

Oud. E

modum latronum praetereuntes adgredi, immo etiam uae-
sana fame rabidos finitimas expugnare uillas, exitiumque
550 inertissimorum pecudum ipsis iam humanis capitibus im-
minere. denique ob iter illud, qua nobis erat commean-
dum, iacere semesa hominum corpora suisque uisceribus
nudatis ossibus cuncta candere ac per hoc nos quoque
summa cautione *ingre*[d]di debere idque uel in primis
obseruitare, ut luce clara et die iam prouecto et sole
florido uitantes undique latentes insidias, cum et ipso
lumine dirarum bestiarum repigratur impetus, non laci-
niatim disperso[s], sed cuneatim stipato commeatu diffi-
551 cultates illas transabiremus. sed nequissimi fugitiui du- 16
ctores illi nostri caecae festinationis temeritate ac metu
incertae insecutionis spreta salubri monitione nec expectata
luce proxuma circa tertiam ferme uigiliam noctis onustos
nos ad uiam propellunt. tunc ego metu praedicti peri-
culi, quantum pote, turbae medius et inter conferta
552 iumenta latenter absconditus clunibus meis ⟨*ab*⟩ ad-
g⟨*r*⟩essionibus ferinis consulebam; iamque me cursu celeri
ceteros equos antecellentem mirabantur omnes. sed illa
perni||citas non erat alacritatis meae, sed formidinis indi-
cium; denique mecum ipse reputabam Pegasum inclutum
illum metu magis uolaticum fuisse ac per hoc merito
pinnatum proditum, dum in altum et adusque caelum
sussilit ac resultat, formidans scilicet igniferae morsum
Chimaerae. nam et illi pastores, qui nos agebant, in
speciem proelii manus obarmauerant: hic lanceam, ille
uenabulum, alius gerebat spicula, fustem alius, sed et

F 161b. φ 54a. 3 inertissimarum *Pric* pecodū (˅ *add. ead. m.*) φ: pecudū pecorum *He sed cf. Neue Wagener Lat. Formenl.* *I*[3] *845* 7 uia reddi (φ) uiae reddi *v* ingredi *He* 9 uit. und. lat. ins. *post* impetus *v. 10 transpos. vdVl* 11 disperſoſ (φ) *em. v* 17 pote (φ, *sed m. rec. add.* ram) *litt. refict. al. m. mut. in* potui poteram *v Ap.* quam pote, *sed* quantum poteram *dixisse docet Novák; sed cf. Neue-Wagener l. l.*[3] *II 174sq.* mediuſ (diu *al. m. in ras., sed in mg. pr. m.* diuſ) 18 ⟨ab⟩ *v cf. 168,1* adgeſſionib; (φ) *em. v* 20 ⟨asinos et⟩ equos *vdVl* 22 uolanticū (n *induct.*) 26 iam *Colv*

Oud. *E*

saxa, quae sale|brosa semita largiter subministrabat; erant 553 qui sudes praeacutas attol⟨*l*⟩erent; plerique tamen ardentibus facibus proterrebant feras. ne⟨*c*⟩ quicquam praeter unicam tubam deerat, quin acies esset proeliaris. sed nequicquam frustra timorem illum satis inanem perfuncti 145 longe peiores in⟨*h*⟩aesimus laqueos. nam lupi, forsitan confertae iuuentutis strepitu uel certe nimia luce flammarum deterriti uel etiam aliorsum grassantes, nulli contra nos aditum tulerunt ac ne procul saltem ulli comparuerant.

17 uillae uero, quam tunc forte praeteribamus, coloni multitudinem nostram latrones rati, satis agentes rerum suarum eximieque trepidi, canes rabidos et immanes et quibusuis lupis et ursis saeuiores, quos ad tutelae prae- 554 sidia curiose fuerant alumnati, iubilationibus solitis et cuiusce modi uocibus nobis inhortantur, qui praeter genuinam ferocitatem tumultu suorum exasper[n]ati contra nos ruunt et undique laterum circumfusi passim insiliunt ac sine ullo dilectu iumenta simul et homines lacerant diuque grassati plerosque prosternunt. cerneres non tam hercules memorandum quam miserandum etiam spectaculum: canes copiosos ardentibus animis alios fugientes arripere, alios stantibus inhaerere, quosdam iacentes in- 555 scendere, et per omnem nostrum commeatum morsibus ambulare. ecce tanto periculo malum maius || insequitur. de summis enim tectis ac de proxumo colle rusticani illi saxa super nos raptim deuoluunt, ut discernere prorsus nequiremus, qua potissimum caueremus clade, comminus canum an eminus lapidum. quorum quidem unus caput 556 mulieris, quae meum dorsum residebat, repente percussit.

F 161b 162a. φ 54ab. 2 attolerent *em.* φ 3 ne *em.* φ 5 frustra *del. Brant dubito an recte ut in loco singulari* immanem *Lips* 6 inęsim; *em.* φ 14 sibilationibus *Heins sed cf. Fest. 104,9 M. 74,14 Thewr.; ad Varr. l. L. VI 68 revocat Leo* 15 cuiusque modi *E cf. vdVl Arch. f. lat. Lex. X 386* 16 exasperati (per *in ras. al. m. scr., fuit* p*) φ: exaspernati 19 non *del. vdVl cf. 55,3* 20 miserarandū (*alter.* ra *induct.*) 22 inscindere (φ) *em. Colv* 23 comitatum *Brant* 24 *cf. 105,19 sq.*

quo dolore commota statim fletu cum clamore sublato
maritum suum pa⟨*sto*⟩rem illum suppetiatum ciet. at ille 18
deum fidem clamitans et cruorem uxoris ab⟨*s*⟩tergens
altius quiritabat: 'quid miseros homines et laboriosos uiatores tam crudelibus animis inuaditis atque obteritis?
557 quas praedas [m]u*ul*tis? quae damna uindicatis? at non
speluncas ferarum uel cautes incolitis barbarorum, ut humano sanguine profuso gaudeatis.'

Vix haec dicta et statim lapidum congestus cessauit imber | et infestorum canum reuocata conquieuit procella. unus illinc denique de summo cupressus cacumine:
'a*t* nos', inquit, 'non uestrorum spoliorum cupidine latro- 146
cinamur, sed hanc ipsam cladem de uestris protelamus manibus. iam denique pace tranquilla securi potestis incedere.'

Sic ille, sed nos plurifariam uulnerati reliquam uiam capessimus alius lapidis, alius morsus uulnera referentes, uniuersi tamen saucii. aliquanto denique uiae permenso spatio peruenimus ad nemus quoddam proceris arboribus consitum et pratentibus uirectis amoenum, ubi placuit illis ductoribus nostris refectui paululum conquiescere corporaque sua diuerse laniata sedulo recurare. ergo passim prostrati solo primum fatigatos animos recuperare ac de-
558 hinc uulneribus medelas uarias adhibere festinant, hic cruorem praeterfluentis aquae rore deluere, ille spongeis inacidatis tumores comprimere, alius fasciolis hian||tes uincire plagas.

Ad istum modum saluti suae quisque consulebat.
interea quidam senex de summo colle prospectat, quem 19
circum capellae pascentes opilionem esse profecto clama-

F 162^{a}. φ 54^{b}. 2 paſto|rē (φ) ſto *in confinio vers. add. al. m.* illum ⟨meum⟩ *Kronenb* 3 abſtgenſ *em.* φ 5 *in mg. var. lect.* (ac pſternitiſ ?) *vid. eras.* (*Rob*) 6 munitiſ (φ) *cf. v. 12sq. def. Kronenb* inhiatis *E* cupitis ? *Novák* uultis *He* 12 ad (φ) at *v cf. 196,23 219,3* ⟨en⟩ inquit (*seruato* ad nos) *HMueller* 20 patentibus *v* 26 inacidatiſ (φ) inaci *refict., sed id. fuit* madidatis *v*

Oud. *E*

559 bant. eum rogauit unus e nostris, haberetne uenui lactem uel adhuc liquidum uel in caseum recentem inchoatum. at ille diu capite quassanti: 'uos autem', inquit, 'de cibo
560 uel poculo uel omnino ulla refectione nunc cogitatis? an nulli scitis, quo loco consederitis?', et cum dicto conductis ouiculis conuersus longe recessit. quae uox eius et fuga pastoribus nostris non mediocrem pauorem incussit. ac dum perterriti de loci qualitate sciscitari gestiunt nec est qui doceat, senex alius, magnus ille quidem, grauatus annis, totus in baculum pronus et lassum trahens uestigium ubertim lacrimans per uiam proximat uisisque nobis cum fletu maximo singulorum iuuenum genua contingens sic adorabat:

20 'Per Fortunas uestrosque Genios, sic ad meae senec-
561 tutis spatia ualidi laetique ueniatis, dec⟨*r*⟩ep⟨*i*⟩to seni subsistite meumque paruulum ab inferis ereptum canis meis reddite. nepos namque meus et itineris huius suauis comes, dum forte passerem incantantem sepiculae consecta- 147
tur arripere, delapsus in proximam foueam, quae fruticibus imis subpatet, in extremo iam uitae consistit periculo, quippe cum de | fletu ac uoce ipsius auum sibi saepicule clamitantis uiuere illum quidem sentiam, sed per corporis, ut uidetis, mei defectam ualetudinem opitulari
562 nequeam. at uobis aetatis et roboris beneficio facile est subpetiari miserrimo seni puerumque illum nouissimum successionis meae atque unicam stirpem sospitem mihi facere.'

21 Sic deprecantis suamque canitiem distrahentis totos quidem miseruit. sed unus prae ceteris et animo fortior

---

F 162ª. φ 54ᵇ55ª. 1 lactẽ (˜ *paul. evan.*) *cf. 199,23* 2 incoactum *v* recenter coagulatum *Heins* 3 quasſante (i *superscr.*) *em. ead. m. et φ* quassato *vdVl cf. 45,5 71,13 98,6* 9 magis *Rover* magnis *Oud* 14 Fortunas ⟨uestras⟩ *Rossbach* 15 decepto (φ) *em. Beroald* defecto *Brant* 18 paſſarẽ (e *superscr.*) *em. ead. m. et φ cf. 188,15* 21 auũ *litt. refict., fuit* ouiũ (*Rob*) φ: *al. m. in lac. postea add.* auũ 29 fortior (φ) *posterior.* r *ead. m., fort. ex* re, *corr.*

Oud. *E*

et aetate iuuenior et corpore || ualidior quique solus praeter
alios incolumis proelium superius euaserat, exurgit alacer
et percontatus, quonam loci puer ille decidisset, monstran-
tem digito non longe frutices horridos senem illum in-
pigre comitatur. ac dum pabulo nostro suaque cura
563 refecti sarcinulis quisque sumptis suis uiam capessunt,
clamore primum nominatim cientes illum iuuenem fre-
quenter inclamant, mox *m*ora diutina commoti mittunt
e suis arcessitorem unum, qui requisitum comitem tem-
pestiuae uiae commonefactum reduceret. at ille modicum
commoratus refert sese buxanti pallore trepidus ⟨*et*⟩ mira
super conseruo suo renuntiat: conspicatum se quippe su-
pinato illi et iam ex maxima parte consumpto immanem
draconem mandentem insistere nec ullum usquam mise-
rinum senem comparere illum. qua re cognita et cum
pastoris sermone conlata, qui ⟨*s*⟩aeuum prorsus hunc illum
nec alium *l*ocorum inquilinum praemin*a*batur, pestilenti
deserta regione uelociori se fuga proripiunt nosque pellunt
crebris tundentes fustibus. cele⟨*r*⟩rime denique longo iti- **22**
564 nere confecto pagum quendam accedimus ibique totam
perquiescimus noctem. *inibi* coeptum facinus oppido me-
morabile narrare cupio.

F 162[ab]. φ 55[a]. 5 pabulo (b *ex* u *corr.*) nostri *Petsch* 8 hora (φ) *em. v* hora diurna *vdVl* 11 buxanti⟨que⟩ *v* pallore o *ex* u *ead.*(?) *m. corr.* ⟨et⟩ *He* mira⟨que⟩ *vdVl* 12 renuntians *Bluemner* 14 ullum *del. vdVl cf. 167,14 190,8.9 192,5 226,1* miſerinū (φ) *def. Leo Arch. f. lat. Lex. XII 96 Gött. Gel. Anz. 168 (1906) p. 841* miserrimum *v fort. recte; nam locus singularis, et spectat ad 192,25 cf. v. 19* 15 illum *del. Kirchhoff* 16/17 q euū prſ; hunc illū nec aliū cocorū Inqlinū p̄minebat (* over t) *rasur. supra* t, *omnia induct.* (φ *non inducta, sed* p̄minebat, with 2 over t) 16 eum *v* saeuum *E* dudum? *Leo* eu⟨iden⟩t̃ *He* hunc [illum nec] anguem *E cf. 35,13 52,16* 17 locorum *v* praeminabatur *v cf. 118,1* 18 propellunt *vdVl* 19 celērime ˜ *add. al. m.* 21 u, with i above (*i. e.* ubi) *in ras., vid. fuisse* in (*an* m?) φ: m, with i above (*i. e.* mihi) inibi *Beroald cf. 194,28 201,19* ubi *v* ceptū (φ) *cf. 237,1* conpertum *Beroald cf. 213,7* acceptum *Brant cf. 197,7* 22 cupio] en incipio *vdVl*

Oud. *E*

Seruus quidam, cui cuncta⟨*m*⟩ familiae tutelam do- *148*
minus permiserat suus quique possessionem maximam illam, in quam deuerteramus, uillicabat, habens ex eodem famu-litio conseruam coniugam, liberae cuiusdam extrariaeque
565 mulieris flag⟨*r*⟩abat cupidine. quo dolore paelicatus uxor eius instricta cunctas mariti rationes et quicquid horreo reconditum continebatur admoto combussit igne. nec tali damno tori sui contumeliam uindicasse contenta, iam con|tra sua saeuiens uiscera laqueum sibi nectit infantulumque, quem de eodem marito iam dudum susceperat, eodem funiculo nectit seque per altissimum puteum adpendicem paruu||lum trahens praecipitat. quam mortem
566 dominus eorum aegerrime sustinens adreptum seruulum, qui causam tanti sceleris uxori suae praestiterat, nudum ac totum melle perlitum firmiter alligauit arbori ficulneae, cuius in ipso carioso stipite in⟨*h*⟩abitantium formi-
567 carum nidificia borriebant et ultro citro commeabant multiiuga scaturrigine. quae simul dulcem ac mellitum corporis nidorem persentiscunt, paruis quidem, sed numerosis et continuis morsiunculis penitus inhaerentes, per longi temporis cruciatu⟨*m*⟩ ita, carnibus atque ipsis uisceribus adesis, homine consumpto membra nudarunt, ut ossa tantum uiduata pulpis nitore nimio candentia funestae cohaererent arbori. —

23 Hac quoque detestabili deserta mansione, paganos in
568 summo luctu relinquentes, rursum pergimus dieque tota campestres emensi uias ciuitatem quandam populosam et nobilem iam fessi peruenimus. inibi larem sedesque perpetuas pastores illi statuere decernunt, quod et longe ⟨*a*⟩

F 162[b]. φ 55[a] 1 cunctā (φ) ‾ *al. m. add.* 3 familitio (φ, *sed prior.* i *mut. in* u) 4 coniugam *cf. 131,6 213,11* 5 flaga-bat (r *superscr.*) *al. m. em.* 6 instincta *Ald cf. Gell. XVII 20,7* 13 ar-reptū ad (*delet.* ad) (φ) *fuit scil.* arreptū (ad *superscr.*) *cf. 12,4* 14 ux. s.] *ras. in mg.;* luxurie sua *fuisse putat Rob* 16 cariosa *em.* φ inabitantiū *em.* φ 17 nidifici aborribant (e *superscr.*) (*ead. m. add.*?) φ: nidificia ||buriebant borribant *Seyffert cf. 79,1 156,22 al.* 20 p longi *coniunx. al. m.* 21 cruciatu (φ) *em. v* 29 ⟨a⟩ *He*

Oud. *E*

quaesituris firmae latebrae uiderentur et annonae copiosae beata celebritas inuitabat. triduo denique iumentorum
569 refectis corporibus, quo uendi*b*iliores uideremur, ad mercatum producimur magnaque uoce praeconis pretia singulis nuntiantis equi atque alii asini opulentis emptoribus praestinantur; a*t* me relictum solum ac subsiciuum cum 149
fastidio plerique praeteribant. iamque taedio contrectationis eorum, qui de dentibus meis aetate*m* computabant, manum cuiusdam faetore sordentem, qui gingi*u*as identidem meas putidis scalpebat digitis, mordicus adreptam
570 plenissime con*t*erui. quae res circumstantium ab emptione mea utpote ferocissimi deterruit animos. tunc praeco dirruptis faucibus et rauca uoce saucius in meas fortunas ridi||culos construebat iocos: 'quem ad finem cantherium istum uenui frustra subiciemus et uetulum ⟨*et*⟩ extritis ungulis debilem et dolore deformem et in hebeti | pigritia ferocem nec quicquam amplius quam ruderarium crib⟨*r*⟩um?
571 atque *ideo* uel donemus eum cuipiam, si qui tamen faenum suum perdere non grauatur.'

Ad istum modum praeco ille cachinnos circumstanti- **24**
bus commouebat. sed illa Fortuna mea saeuissima, quam per tot regiones iam fug⟨*i*⟩ens effugere uel praecedentibus malis placare non potui, rursum in me caecos detorsit oculos et emptorem aptissimum duris meis casibus mire repertum obiecit. scitote qualem: cinaedum et senem

---

F 162ᵇ163ᵃ. φ 55ᵃᵇ. 1 ⟨nullae magis⟩ firmae l. ⟨fore⟩ *vdVl* longe — firmàe *recte coniung. Kronenb cf. 19,18 133,23* 2 lauta *Nolte* 3 uendiuilioreſ *em.* φ 4 pducim; (; *del. ead. m.*) 6 ac (φ) at *v* 8 ętateſ (φ) *em. v* 9 gingibaſ (φ) *em. v* 11 paenissime *Lips* c̄terui (terui *in ras. al. m.; certum est* ui, *potest fuisse* c̄gerui) φ: cōgerui *Charis. 248,4 sq. Keil cft. Leo* 15 et tritis *Scriver* ⟨et⟩ extritis *Beyte* 16 dolore] squalore *vdVl* colore *Beroald* lurore *Oud* 17 ampli; (; *in ras. al. m.*) cribū (φ, *ab al. m. add.* ci *supra* cri) *em. v* 18 quare *al. m. in ras. maiore; vid. fuisse* atq; *et in extrema parte fort.* ut φ: atque ideo uel atque adeo *Stewech* 22 fugenſ (i *supra*) *em. al. m.* 24 durisque *vdVl*

Oud. *E*

cinaedum, caluum quidem, sed cincinnis semicanis et pen-
dulis capillatum, unum de tri*u*iali popularium faece, qui
572 per plateas et oppida c*y*mbalis et crotalis personantes
deamque Syria⟨*m*⟩ circumferentes mendicare compellunt.
is nimio praestinandi studio praeconem rogat, cuiatis
essem; at ille Cappadocum me et satis forticulum denun-
tiat. rursum requirit annos aetatis meae; sed praeco
lasciuiens: 'mathematicus quidem, qui stellas eius dispo-
suit, quintum ei numerauit annum, sed ipse scilicet melius
istud de suis nouit professionibus. quanquam enim pru-
573 dens crimen Corneliae legis incurram, si ciuem Romanum
pro seruo tibi uendidero, quin emis bonum et frugi
mancipium, quod te et foris et domi poterit iuuare?'
sed exinde odiosus emptor aliud de alio non desinit
quaerere, denique de mansuetudine etiam mea percontatur 150
25 anxie. at praeco: 'uer*u*ecem', inquit, 'non asinum uides,
ad usus omnes quietum, non mordacem nec calcitronem
quidem, sed prorsus ut in asini corio modestum hominem
inhabitare credas. quae res cognitu non ardua. nam||
si faciem tuam mediis eius feminibus *i*⟨*m*⟩miseris, facile
574 periclitaberis, quam grandem tibi demonstret patientiam.'
Sic praeco l*u*rchonem tractabat dicacule, sed ille
cognito cauillatu similis indignanti: 'a*t* te', inquit, 'cadauer
surdum et mutum delirumque praeconem, omnipotens et
omniparens dea[s] Syria et sanctus Sabadius et Bellona
et mater ⟨*I*⟩daea ⟨*et*⟩ cum suo Adone Venus domina

F 163ª. φ 55ᵇ. 1 cinncinniſ (*secund.* n *delet.*) 2 tribiali (*al. m.* v *ex* b *corr.*) *em.* φ 3 cībaliſ (φ) 4 ſyria φ: ſiriam *Λούκ.* 35: *τῶν . . . τὴν ϑεὸν ἐπαιτεῖν ἀναγκαζόντων* 16 ūbecē (φ, *al. m.* u *corr. ex* b) 17 calcetronē (φ) *em. v* 19 reſ (*al. m. add.* eſt) ardua (φ) *mut. al. m. in* tarda 20 emiſeriſ (φ) *em. v* 21 quā (uidenſ *superscr. al. m.*) demonstret — patientiam *Bluemner ut ἀπροσδόκητον significaret* 22 lyrchonē (φ) *em. v* 23 cognito (i *in ras., sed fuit id.*) ad (φ, *in mg.* c with e above at) 25 deaſſyria& (φ, *eras. priore* ſ) & *inter scribend. ex* ſ *eff.* Sabazius *Stewech* 25 o͞ipatenſ (*corr. ex* pot-, *em. in* par- *al. m.*) φ: o͞iparens (rens *al. m. in lac.*) (*Rob*) 26 matē idea *al. m. corr. ex* materdea *aut* materdea (i above) φ: mater idea ⟨et⟩ cum *v* ⟨ac⟩ cum *Petsch*

Oud. E

575 caecum reddant, qui scurrilibus iam dudum contra me uelitaris iocis. an me putas, inepte, iumento fero posse deam committere, ut turbatum repente diuinum deiciat simulacrum egoque misera | cogar crinibus solutis discurrere et deae meae humi iacenti aliquem medicum quaerere?'

Accepto tali sermone cogitabam subito uelut lymphaticus exilire, ut me ferocitate cernens exasperatum emptionem desineret. sed praeuenit cogitatum meum emptor anxius pretio depenso statim, quod quidem gaudens dominus scilicet taedio mei facile suscepit, septemdecim denarium, et ilico me stomida spartea deligatum tradidit Philebo; hoc enim nomine censebatur iam meus do-
576 minus. at ille susceptum nouicium famulum trahebat ad 26
domum statimque illinc de primo limine proclamat: 'puellae, seruum uobis pulchellum en ecce mercata perduxi.' sed illae puellae chorus erat cinaedorum, quae statim exultantes in gaudium fractae rauca et effeminata 151
577 uoce clamores absonos intollunt, rati scilicet uere quempiam hominem seruulum ministerio suo paratum. sed postquam non ceruam pro uirgine, sed asinum pro homine succidaneum uidere, nare detorta magistrum suum uarie cauillantur: non enim seruum, sed maritum illum scilicet sibi perduxisse. et 'heus', aiunt, 'caue ne solus exedas tam bellum scilicet pullulum, sed nobis quoque tuis paluribulis nonnunquam inpertias.'

Haec et huius modi mutuo blate||rantes praesepio me

F 168ab. φ 55b. 1 reddunt (φ) u *mut. in* a *al. m.*

4 misera (φ) *eras.* a (*Rob*) 5 quęrre (e *supra*) *em. ead. m.* 7 fermone* (*vid. eras.* ˜) lŷphacit; *em.* φ 10 ftatim (φ) *evan.* 11 f⌊ufcepi⌋t *evan.* 12 denariũ (φ) u *ref. ab al. m.* tumidaf partea (*prior.* t *in ras. al. m. refinx.*) φ: ftumidaf partea *em. Sittl cf. Marx Lucil. II p. 190* (*cf.* crepida, lampada) 16 mercata (φ) *corr. al. m. in* mercat; 18 fractę (φ) *rauca (*eras.* a, rauc *in ras. al. m. scr., sed vid. id. fuisse*) φ: ạrauca (ạ *add. al. m.*) *cf. Quintil. XII 10,12* fracta [rauca] *Cannegieter* 25 uellũ (φ, *sed em. al. m.*) □

Oud. *E*

proximum deligant. erat quidam iuuenis satis corpulen-
578 tus, choraula doctissimus, conlaticia stipe de mensa pa-
ratus, qui foris quidem circumgestantibus deam cornu
canens adambulabat, domi uero promiscuis operis partia-
rius agebat concubinus. hic me simul domi conspexit,
libenter adpositis largiter cibariis gaudens adloquitur:
'uenisti tandem miserrimi laboris uicarius. sed diu uiuas
et dominis placeas et meis defectis iam lateribus con-
sulas.' haec audiens iam mea⟨*s*⟩ futuras nouas cogita-
bam aerumnas.

27 Die sequenti uariis coloribus indusiati et deformiter
quisque formati facie caenoso pigmento delita et oculis
579 obunctis grafice prodeunt, mitellis et cro[cro]cotis et carba-
580 sinis et bom*m*bycinis iniecti, quidam tunicas albas, in mo-
dum lanciolarum quoquouersum fluente purpura depictas,
cingulo subligati, pedes luteis induti calceis; deamque
serico contectam amiculo mihi gerendam imponunt brac-
chiisque suis umero tenus renudatis, | adtollentes immanes
gladios ac secures, euantes exsiliunt incitante tibiae cantu
lymphaticum tripudium. nec paucis pererratis casulis ad
581 quandam uillam possessoris beati perueniunt et ab in-
gressu primo statim absonis ululatibus constrepentes fana- *152*
tice peruolant diuque capite demisso ceruices lubricis in-

F 163ᵇ. φ 55ᵇ 56ᵃ. 1 proximo *v* 2 choraula (φ) *in mg. pr. m. add.* ceraula *cf. Ovid. ex Ponto I 1,39* 4 pmiſcuiſ *poster.* ſ *delet.* (φ) *restituit Beroald* promiscui *v* partiarioſ (φ *supra add.* ᵗᵘ) o *ex* u *al. m. corr.* 5 c̄cubit⁹ (t *ex* n *corr.*) φ: cōcubin; *def. Petsch coll. 39,11 180,20* domi *ex v. 4 insert. del. Bluemner fort. recte* 7 uenistine *vdVl; Verg. Aen. VI 687 cft. Brakman* 9 meaſ (φ) ſ *al. m. add.* ⟨mente⟩ mea? *He* 13 crocroco|tiſ (t *refict. fort ex* g, iſ *redintegr., sed id. fuit*) φ: crocrocogiſ (d *supra*) *em. v* 14 bonbyciniſ 16 φ: inducti *cf. 48,9 218,14 272,8* deam ⟨deni⟩que *Bluemner* 19 *leuanteſ (*inferior pars litt.* l *a priore m. scr., superior a m. redintegrante, deinde tota induct.; fuitne* heu?) φ: euā|teſ (u *mut. in* b *al. m.; in mg. m. rec.* c ouanteſ (e *supra*)) 20 tripudio (φ) *em. ead. m.* 23 *puolant (*p *ex* po) φ: puolant (o *supra*) prouolant *Scriver* diuque] denique *v*

Oud. *E*

torquentes motibus crinesque pendulos in circulum rotantes et nonnunquam morsibus suos incursantes musculos ad postremum ancipiti ferro, quod gerebant, sua quisque
582 brachia dissicant. inter haec unus ex illis ba⟨*c*⟩chatur effusius ac de imis praecordiis anhelitus crebros referens uelut numini⟨*s*⟩ diuino spiritu repletus simulabat sauciam uecordiam, prorsus quasi deum praesen||tia soleant homi-
583 nes non sui f⟨*i*⟩eri meliores, sed debiles effici uel aegroti.
specta denique, quale caelesti prouidentia meritum repor- 28
tauerit. infit uaticinatione clamosa conf[l]icto mendacio semet ipsum incessere atque criminari, quasi contra fas sanctae religionis dissignasset aliquid, et insuper iustas poenas noxii facinoris ipse de se suis manibus exposcere. arrepto denique flagro, quod semiuiris illis proprium ge-
584 stamen est, contortis taenis lanosi uelleris prolixe fimbriatum et multiiugis talis ouium tesseratum, indidem sese multinodis commulcat ictibus mire contra plagarum dolores praesumptione munitus. cerneres prosectu gladiorum ictuque flagrorum solum spurcitia sanguin*i*s effeminati madescere. quae res incutiebat mihi non paruam sollicitudinem uidenti tot uulneribus largiter profusum cruorem, ne quo casu deae peregrinae stomachus, ut quorundam
585 hominum lactem, sic illa sanguinem con*cu*pi⟨*s*⟩ceret asi-

---

F 168ᵇ. φ 56ᵃ. 4 bachat[2] (φ) 6 numini (φ) *em. v* nimium *Oud* 7 prorsus quasi *cf. 209,18 sq.* 8 feri (φ) *em. al. m. supra add.* [i] 9 ⟨de⟩ caelesti *vd Vl* 10 c̄flicto *em.* φ 12 diſſignaſſ& (φ) *cf. 237,1; Plaut. Most. 413 Ter. Ad. 87 cft. Leo* 13 noxi[i] *em. ead. m.* 15 taeniis *v cf. 124,9 Lachmann ad Lucret. p. 279 Lindsay Lat. Spr. 463* 16 taliſ (φ) *eras.* ſ ouiua* *eras.* ˜; *superscript. erat ut vid.* ouiũ; a *vid. irrepsisse ex lect.* ouiũ (a superscr.) φ: ouiū 17 multinodiſ ſ *add. postea, fort. ab ead. m.* (φ) mira *Colv* 19 ſpurcicie (cie *in ras. al. m., in mg. pr.* ſpurcitia, *quod paene evan.*) φ: ſpurcitie *corr. ut vid. ex* ſpurcita ſanguiniſ (φ) iſ *al. m. in ras.; fuit* e[s], *fort.* e *mut. in* j 19/20 effeminatī adeſcere (φ) *em. al. m.* 23 lactem *cf. 192,1* illa (φ) illae *Bursian cf. 285,11* illius *Novák* ille *Petsch* sic illa *del. Koziol* c̄ſpicer& (φ) *interpret. 'circumspiceret' Beyte em. Beroald*

Oud. *E*

ninum. sed ubi tandem fatigati uel certe suo laniatu
satiati pausam carnificinae dedere, stipes aereas, immo
uero et argenteas multis certatim offerentibus sinu rece-
pere patulo nec non et uini cadum et lactem et caseos
et farris et siliginis aliquid et nonnullis hordeum deae
gerulo donantibus, auidis animis conradentes omnia et in
sacculos huic quaestui de industria praeparatos farcientes *153*
586 dorso meo congerunt, ut duplici scilicet sarcinae pondere
grauatus et horreum simul et templum incederem.

29 Ad istum modum palantes | omnem illam depraeda-
bantur regionem. sed in quodam castello copia laetati
largioris quaesticuli gaudiales instruunt dapes. a quodam
colono fictae uaticinationis mendacio pinguissimum de-
poscunt arietem, qui deam Syriam esurientem suo satiaret
sacrificio, || probeque disposita cenula balneas obeunt ac
dehinc lauti quendam fortissimum rusticanum industria
laterum atque imis uentris bene praeparatum comitem
cenae secum adducunt paucisque admodum praegustatis
olusculis ante ipsam mensam spurcissima illa propudia ad
inlicitae libidinis extrema flagitia infandis uriginibus ef-
ferantur passimque circumfusi nudatum supinatumque
587 iuuenem execrandis oribus flagitabant. nec diu tale faci-
nus meis oculis tolerantibus 'porro Quirites' *pro*clamare
gestiui, sed uiduatum ceteris s*y*llabis ac litteris processit
□ 'O' tantum sane clarum ac ualidum et asino proprium,
sed inoportuno plane tempore. namque de pago proximo
complures iuuenes abactum sibi noctu perquirentes asellum
nimioque studio cuncta deuorsoria scrutantes, intus aedium
audito ruditu meo, praedam absconditam latibulis aedium
rati, coram rem inuasuri suam inprouisi conferto gradu
se penetrant palamque illos execrandas foeditates obeuntes

F 163b164a. φ 56a. 5 [et] nonnullis ⟨et⟩ *vdVl* 10 modũ (φ) o *em. ex* u *ut vid. ead. m.* 20 *ad* uriginib; — nudatũ *in mg. add.* ·l· *cf. praef. 34* 22 flagitabant (φ) fatigabant *Haupt* diutius *vdVl* denique *Pric cf. 6,9* 23 pclamare (φ) *em. v* *cf. Laberius 125 Ribb. Priap. 26,1* 24 ſillabiſ (φ) pceſſit (φ) *em. v* 29 aedium *del. Kaibel* 30 ĩuaſuri (ĩ *ex* in *eff. al. m.*)

Oud. *E*

deprehendunt; iamiamque uicinos undique percientes tur-
588 pissimam scaenam patefaciunt, insuper ridicule sacerdotum
purissimam laudantes castimoniam. ⟨*h*⟩ac infamia con- 30
sternati, quae per ora populi facile dilapsa merito in-
uisos ac detestabiles eos cunctis effecera[n]t, noctem ferme
circa mediam collectis omnibus furtim castello facessunt
bonaque itineris parte ante iubaris exortum transacta[m]
iam die claro solitudines auias nacti, multa secum prius
conlocuti, accingunt se meo funeri deaque uehiculo meo
sublata et humi reposita cunctis stramentis me renuda- 154
tum ac de quadam quercu destinatum flagro illo pecuinis
ossibus catenato uerberantes paene ad extremam ‖ con-
fecerant mortem; fuit unus, qui poplites meos eneruare
secure sua comminaretur, quod de pudore illo candido
589 scilicet suo tam deformiter triumphassem: sed ceteri non
meae salutis, sed simulacri *i*acentis contemplatione in uita
me retinendum censuere. rursum itaque me refertum sar-
cinis planis gladiis minantes perueniunt ad quandam no-
bilem | ciuitatem. inibi uir principalis, et alias religiosus
et eximie deum reuerens, tinnitu cymbalorum et sonu
tympanorum cantusque Frygi*i* mulcentibus modulis ex-
citus procurrit obuiam deamque uotiuo suscipiens hospitio
590 nos omnis intra conseptum domus amplissimae constituit
numenque summa ueneratione atque hostiis opimis placare
contendit.

Hic ego me potissimum capitis periclitatum memini. 31
nam quidam colonus partem uenationis inmanis cerui
pinguissimum femus domino illi suo muneri miserat, quod

F 164ᵃ. φ 56ᵃᵇ. 1 *cf. 62,22 202,5; 14,19 110,12*
3 ac (φ) *em. v* 5 effecerant *em.* φ 7 tranſactã *em.* φ
8 nancti (*poster* n *induct.*) φ: nacti 10 renundatũ *em. ead.
m.* 16 tacentiſ (φ) *em. Beroald* 20 exumie *em.* φ
d̃m (φ) dominae *Beroald* deam *de Rooy an* deum ⟨matris⟩*?
He* tinnitu (φ) *prior.* t *ex* T *corr. al. m.*, tu *in ras. ex* ua
ut vid., sed. vid. antea superscript. fuisse sonitu *v cf. Neue-
Wagener Lat. Formenl.*[3] *I 786* 21 frygii (*posterior* i *ex* ũ
al. m.)

incuriose pone culinae fores non altiuscule suspensum canis adaeque uenaticus latenter inuaserat, laetusque praeda propere custodientes oculos euaserat. quo damno cognito suaque reprehensa neglegentia cocus diu lamentatus lacrimis inefficacibus iamiamque domino cenam flagitante maerens et utcumque metuens altius, filio suo paruulo consalutato adreptoque funiculo, mortem sibi nexu laquei comparabat. nec tamen latuit fidam uxorem eius casus extremus mariti, sed funestum nodum uiolenter inuadens manibus ambabus: 'adeone', inquit, 'praesenti malo perterritus mente excidisti tua nec fortuitum istud remedium, quod deum prouidentia subministrat, intueris? nam si quid in ultimo fortunae turbine resipiscis, exper-
591 gite mi ausculta et aduenam istum asinum remoto quodam loco deductum iugula femusque eius ad similitudinem perditi detractum || et accuratius in protrimentis sapidissime percoctum adpone domino ceruini uicem.'

Nequissimo uerberoni sua placuit salus de mea morte *155*
et multum conseruae laudata sagacitate destinatae[t] iam lanienae cultros acuebat.

592

LIBER VIIII

1 Sic ille nequissimus carnifex contra me manus impias obarmabat, at ego praecipitante consilium periculi tanti praesentia nec expectata diutina cogitatione lanienam imminentem fuga uitare statui, protinusque uinculo, quo fueram deligatus, abrupto cursu me proripio totis pedibus, ad tutelam salutis crebris calcibus uelitatus, ilicoque me

F 164[ab]. φ 56[b]. 1 ſuſpenſũ *prim.* ſ *in ras. ab ead. m.* 5 *cf. 201,1* 16 detruncatum *Rohde* sapidissimis *vdVl coll. 246,9* 17 uicẽ φ: uice *cf. 213,12 268,21 flor. 2 (3,2)* 19 deſtinata (*ex posterior a al. m. eff.* e) etiã laniene (φ) *em. Lips* 20 Ego ſalluſtiuſ legi & emdaui rome felix. | Methaphoramorphoſeon. LIB. VIII. exptic. Incip. VIIII. 23 cſilio (o *al. m. corr. ex* ũ)

Oud. *E*
raptim transcursa proxima porticu triclinio, in quo domi-
nus aedium sacrificales epulas cum sacerdo|tibus deae
593 cenitabat, incunctanter immitto nec pauca rerum adpara-
tus cibarii, mensas etiam geni⟨*al*⟩is impetu meo collido
atque disturbo. qua rerum deformi strage paterfamilias
commotus ut importunum atque lasciuum me cuidam fa-
mulo curiose traditum ⟨*iubet*⟩ certo aliquo loco clausum
cohiberi, ne rursum conuiuium placidum simili petulantia
dissiparem. hoc astu⟨*tu*⟩lo commento scitule munitus et
mediis lanii manibus ereptus custodela salutaris mihi
gaudebam carceris.

Sed nimirum nihil Fortuna rennuente licet homini
nato dexterum prouenire nec consilio prudenti uel remedio
594 sagaci diuinae prouidentiae fatalis dispositio subuerti uel
reformari potest. mihi denique id ipsum commentum,
quod momentariam salutem repperisse uidebatur, peri-
culum grande, immo praesens exitium conflauit aliud.
nam quidam subito puer mobili ac trepida facie percitus, 2
ut familiares inter se susurrabant, inrumpit triclinium
suoque || annuntiat domino de proximo angiportu canem
rabidam paulo ante per posticam impetu miro sese di-
rexisse ardentique prorsus furore uenaticos canes inuasisse
ac dehinc proximum petisse stabulum atque ibi pleraque *156*
iumenta incur*r*isse pari saeuitia nec postremum saltem
ipsis hominibus pepercisse; nam Myrtilum mulionem et
595 ⟨*H*⟩efaestionem cocum et Hypat*o*fi⟨*l*⟩um cubicularium et
Apollonium medicum, immo uero et plures alios ex fa-
milia abigere temptantes uariis morsibus que*m*que lace-

F 164[b]. φ 56[b]. 3 [rerum]? *Leo* 4 gen; (φ) *indux. al. m. om.* v geni⟨al⟩is *He* 7 iussit *ante vers. al. m. in mg. add.* φ *in mg.*: iubet l″oco ali′quo 9 astulo (φ) *em. Roald cf. v. 15 60,10 et 206,10 225,11* 12 nichil (*ut semper*) (φ) c *ex* l *al. m. corr. fort. ex correct. vet.* rennuente *cf. 133,3* 16 uidebar *vdVl coll. Λούκ. 40* 19 susurrabant *corr. ex* sururs- *ead. m., in mg. pr. add.* su 24 incurrusse (φ) *em. al. m.* 26 efestionẽ hypatasiũ (φ) Hypatarium *v* Hypataeum *vel* Hypatofilum *He cf. Bechtel Hist. Personennamen p. 434. 449. 536; an* Hypnofilum ? (*Cast*) 28 quenq; *em.* φ

Oud. *E*

rasse, certe uenenatis morsibus cont[r]acta non nulla iumenta effera[t]ri[a] simili rabie. quae res omnium statim percussit animos, ratique me etiam eadem peste infectum ferocire arreptis cuiusce modi telis mutuoque, ut
596 exitium commune protelarent, cohortati, ipsi potius eodem *uaesaniae* morbo laborantes, persecuntur. nec dubio me lanceis illis uel uenabulis, immo uero et bipennibus, quae facile famuli subministrauerant, membratim compilassent, ni respecto subiti periculi turbine cubiculum, in quo mei domini deuertebant, protinus inrupissem. tunc clausis obseratisque super me foribus obsidebant locum, quoad sine ullo con*g*ressionis suae periculo pestilentiae | letalis peruicaci rabie possessus ac peresus a*b*sumerer. quo facto tandem libertatem nanctus, solitariae fortunae munus amplexus, super constratum lectum abiectus, post multum
597 equidem temporis somnum humanum quieui.

3 Iamque clara die mollitie cubiculi refota lassitudine uegetus exurgo atque illos, qui meae tutelae peruigiles excubias agitauerant, ausculto de meis sic altercare fortunis: 'adhucine miserum istum asinum iugi furore iactari credimus?' 'immo uero iam uirus increscente saeuitia prorsus extinctum.' sic opinionis uariae terminum || ad explorationem conferunt ac de rima quadam prospiciunt sanum me atque sobrium otiose consistere. iamque ultro foribus patefactis plenius, an iam sim mansuetus, pericli-
598 tantur. sed unus ex his, de caelo scilicet missus mihi

F 164b 165a. φ 56b 57a. 1 c̄tracta (φ) contacta *v* 2 efferatria (φ, *sed in mg. add.* c (e supra) efferata *m. recentiss.*) *confusae duae lectiones* efferata (ri supra) *cf. 12,4 praef. 54* efferata *v ante Colv* efferari iam *Colv* efferari *Novák* 4 cuiusce *cf. 190,15* 6 bęranię (φ) *em. v* dubie *Petsch* 7 illi *Beyte* 8 uenabulis (φ) b *ex* c *corr.* (*Rob*) *cf. 168,10* 12 concessionis (φ) *em. Lips cf. 189,19* 13 adsumerer φ: ass- *em. v* 17 cubiculi* φ: cubiculis 22 extinctus *vdVl* uirus *recte pro genetiv. interpretat.* explorationē (*prior.* o *ex* a *corr.*) 24 mansuefactus *ed. Basil* periclitant (2 supra) (φ) *al. m. corr. in* percōtant (2 supra)

Oud. *E*

sospitator, argumentum explorandae sanitatis meae tale commonstrat ceteris, ut aquae recentis completam peluem 157 offerrent potui meo, ac si intrepidus et more solito sumens aquis adlibescerem, sanum me atque omni morbo scirent expeditum: contra uero si uisum contactumque laticis uitarem ac perhorrescerem, prò conperto noxiam rabiem pertinaciter durare; hoc enim libris etiam pristinis proditum obseruari solere. isto placito uas immane confestim 4 aquae perlucidae de proximo petitae fonte, cunctantes adhoc, offerunt mihi: at ego sine ulla mora progressus etiam obuio gradu satis sitienter pronus et totum caput inferens salutares uere equidem illas aquas hauriebam. 599 iamque et plausus manum et aurium flexus et ductum capistri et quiduis aliud periclitantium placide patiebar, quoad contra uesanam eorum praesumptionem modestiam meam liquido cunctis adprobarem.

Ad istum modum uitato duplici periculo, die sequenti rursum diuinis exuuiis onustus cum crotalis et cymbalis circumforaneum mendicabulum producor ad uiam. nec paucis casulis atque castellis oberratis deuertimus ad quempiam pagum urbis opulentae quondam, ut me|morabant incolae, inter semiruta uestigia conditum et hospitio proxumi stabuli recepti cognoscimus lepidam de adulterio cuiusdam pauperis fabulam, quam uos etiam cognoscatis uolo.

5 Is gracili pauperie laborans fabriles operas praebendo paruis illis mercedibus uitam tenebat. erat ei tamen

---

F 165ª. φ 57ª. 9 petitę (φ) ę *al. m. mut. in* o 10 adhoc (φ) adhuc *v; sic omnib. praeter tres locis metam., cf. 229,9* 12 inferenſ *ead. m. supra add.* ƚ uergenſ φ: uergenſ inuergens *edd vett* inserens *Petsch* mergens *Colv* immergens *Roald* quidem? *Jordan cf. 165,18* 13 manus *vel* manuum *v* natium *Cornelissen cf. Neue-Wagener Lat. Formenlehre*[3] *I 547* 15 ueſanã (φ) *poster* a *in ras. al. m. scr.* 18 exubiiſ (φ, *al. m.* b *mut. in* u) 23 adulterio ⟨uxoris⟩ *vdVl* 26 hic g̃cili (hic g̃ *in ras. al. m. scr., vid. fuisse* Iſ gracili) φ: is gracili p̄hendēſ (h *ex* b *corr. et* ēſ *in ras. scr. al. m.*) φ: p̄hendo 27 illic *Nolte cf. 33,5 160,1*

Oud. *E*

uxorcula etiam satis quidem || tenuis et ipsa, uerum tamen
600 postrema lasciuia famigerabilis. sed die quadam, dum
matutino ille ad opus susceptum proficiscitur, statim la-
tenter inrepit eius hospitium temerarius adulter. ac dum
Veneris conluctationibus securius operantur, maritus igna-
rus rerum ac nihil etiam tum tale suspicans inprouisus
⟨*h*⟩ospitium repetit. iamque clausis et obseratis foribus
uxoris laudata continentia ianuam pulsat, sibilo etiam
praesentiam suam denuntiante. tunc mulier callida et ad 158
huius modi flagitia perastutula tenacissimis amplexibus
expeditum hominem dolio, quod erat in angulo semi-
obrutum, sed alias uacuum, dissimulanter abscondit, et
patefactis aedibus adhuc introeuntem maritum aspero ser-
mone accipit: 'sicine uacuus et otiosus insinuatis manibus
ambulabis mihi nec obito consueto labore uitae nostrae
prospicies et aliquid cibatui parabis? at ego misera per
601 nox et per diem lanificio neruos meos contorqueo, ut
intra cellulam nostram saltem lucerna luceat. quanto me
f⟨*e*⟩licior Da*p*hne uicina, quae mero et prandio matutino
saucia cum suis adulteris uolutatur!'

6 Sic confutatus maritus: 'et quid istic est?' ait; 'nam
602 licet forensi negotio officinator noster attentus ferias nobis
fecerit, tamen hodiernae cenulae nostrae prospexi. uide
sis, ut dolium, quod semper uacuum, frustra locum de-
tinet tantum et re uera *prae*ter impedimentum conuersa-
tionis nostrae nihil praestat amplius? istud ego *quinque*
denariis cuidam uenditaui, et adest, ut dato pretio secum

F 165ᵃ. φ 57ᵃ. 5 Venereis *Stewech* 7 oſpitiū *em.* φ 9 denuntians *Cast* 13 introeⱽntē ⱽ *ead. m. add.* 16 aliqd (d *ex* t *corr. ead. m.*) perdia *WSchulze coll. 107,12* 19 flicior *em. al. m.* dafhne (φ) prandio et mero *vdVl* 21 & quid (φ, *sed in mg. m. recentiss.* c (e above) ecquid) *cf. 207,9* istuc *v cf. 33,10* 23/24 uideſiſ ut (φ) *corr. al. m. in* uideſ;iſtut *lect. pr. m. def. Leo post* uacuum *distincto* uide sis id? *Oud* superuacuum *Wower* 25 p̄t (φ) *ex* pt̃ *al ut uid. m. corr.* 26 ego . . . . . . | *in lac. m. rec. add.* ſeptē, *fuit certe* ſ *prima litt. vocis a pr. m. scriptae* φ: qnq'

Oud. E

rem suam ferat. quin itaque praecingeris mihique manum tantisper accommodas, ut exobrutum protinus tradatur emptori.'

E re nata fallaci⟨*os*⟩a mulier temerarium tollens ca-
603 chinnum: 'magnum', inquit, | 'istum uirum ac strenuum negotiatorem nacta sum, qui rem, quam ego || mulier et intra hospitium contenta iam dudum septem denariis uendidi, minoris distraxit.'

A*d*ditamento pretii laetus maritus: 'et quis est ille', ait, 'qui tanto praestinauit?'

At illa: 'olim, inepte', inquit, 'descendit in dolium sedulo soliditatem eius probaturus.'

Nec ille sermoni mulieris defuit, sed exurgens ala- 7
criter: 'uis', inquit, 'uerum scire, mater familias? hoc tibi dolium nimis uetustum est et multifariam rimis hiantibus quassum' ad maritumque eius dissimulanter conuersus: 'quin tu, quicumque es, homuncio, lucernam', ait, 'actutum mihi expedis, ut erasis intrinsecus sordibus diligenter, *159*
604 aptum⟨*ne*⟩ usui, possim dinoscere, nisi nos putas aes de malo habere?' nec quicquam moratus ac suspicatus acer et egregius ille maritus accensa lucerna: 'discede', inquit, 'frater, et otiosus adsiste, donec probe percuratum istud tibi repraesentem'; et cum dicto nudatus ipse delato lu-
605 mine scabiem uetustam cariosae testae occipit exculpere. at uero adulter *b*ellissimus ille pusio inclinatam dolio pronam uxorem fabri superincuruatus secure dedolabat. ast illa capite in dolium demisso maritum suum astu meretricio tractabat ludicre; hoc et illud et aliud et rursus ali⟨*u*⟩d

---

F 165ab φ 57ab. 4 e re ⟨concin⟩nata *Kirchhoff* e re nata ⟨commenta⟩ *Novák cf. 76,23 82,17 85,18 109,12* fallacia (φ) *em. Pric cf. 185,13 210,2* 9 abditamto (φ) *em. v* 12 ſoliditatē (l *ex* d *corr. ead. m.*) 15 uetuſtū* (*eras.* ſ) 19 ⟨an⟩ aptum *Pric.* ⟨ne⟩ *Brakman* 20 *scil. de arbore; proverb. cognov. Barth* 22 otioſuſ (*alter.* o *ex* u *corr. ead. m.*) 24 exscalpere *edd vett* 25 uelliſſim; φ: uil- *em. v* 26 at *Novák quia hoc uno loco legitur* ast; *sed cf. Schmalz Berl. ph. Woch. 1905 p. 366 Sen. trag. rec. Leo I 215* 28 alid *em.* φ *cf. Neue-Wagener Lat. Formenl.*³ *II 531*

Oud. *E*

purgandum demonstrat digito suo, donec utroque opere perfecto acceptis septem denariis calamitosus faber collo suo gerens dolium coactus est ad hospitium adulteri perferre. —

8 Pauculis ibi diebus commorati et munificentia publica saginati uaticinationisque crebris mercedibus suffarcinati *606* purissimi illi sacerdotes nouum quaestus genus sibi comminiscuntur. sorte unica ⟨*sem*⟩per ca*r*tulis pluribus enotata *607* consulentes de rebus uariis plurimos ad hunc modum ca*u*illantur. sors haec erat:

'ideo coniuncti terram proscindunt boues, ||
ut in futurum laeta germinent sata.'

tum si qui matrimonium *f*orte coaptantes interrogarent, rem ipsam responderi aiebant: iungendos conubio et satis liberum procreandis; si possessiones praestinaturus quaereret, merito boves [ut] et iugum et arua sementis florentia pronuntiari; si qui de profectione sollicitus diuinum caperet[ur] auspicium, | iunctos iam paratosque quadripedum cunctorum mansuetissimos et lucrum promitti de glebae *608* germine; si proelium capessiturus uel latronum factionem persecuturus, utiles necne processus, sciscitaretur, addi⟨*c*⟩tam uictoriam forti praesagio contendebant, quippe ceruices hostium iugo subacturi et praedam de rapinis uberrimam fructuosamque capturi.

F 165^{b}. φ 57^{b}. 6 cibi φ: ^{cibi} (*sed supra add. ead. m.*) sibi *v* 7 pcaſuliſ (φ) *litt.* c *et prior.* ſ *redint. al. m.* semper cartulis *He* oraculis *Bluemner* per casum tabulis *vd Vl* pro casibus *Colv* tabulis *E* plagulis *Plasberg* perticulis *Wiman*

8 cabillant (φ) b *mut. in* ᵛ 12 ſorte *em.* φ *Rohde* captantes *Colv* 13 iungendo *Bursian* 15 bouum ei iugum *Leo* ut *del. dubitanter Oud* ut et *fort. corrupt. ex* ut &; *de var. lect. coniunctis cf. praef. p. 53* 16 caper& (& *mut. ead. m. inter scribend. in* etur) 20 additã (φ) addictam *Stewech* editam *Oud* 21 forti '*sc. uiro*' *interpret. Oud, potius ironice ad* praesagio *pertinet;* sortis *Stewech* 22 ſubactu*ri (*vid. cras.* r) φ: ſubacturi *ironice ad ipsos refertur* subactum iri *Florid* subactu iri *vdVl cf. 165,1 211,15 sq. Neue-Wagener Lat. Formenl.*[3] *III 177* 23 capturi (φ) captum iri *Florid* captu iri *vdVl*

Oud. *E*

609 Ad istum modum diuinationis astu captioso conraserant non paruas pecunias. 160 sed adsiduis interrogationibus 9 610 argumenti satietate iam defecti rursum ad uiam prodeunt uia[m] tota[m], quam nocte confeceramus, longe peiorem, quidni? lacunosis incilibus uoraginosam, partim stagna⟨*n*⟩ti palude fluidam et alibi subluuie *c*aenosa lubricam. crebris denique offensaculis et assiduis lapsibus iam contusis cruribus meis uix tandem ad campestres semitas fessus euadere potui. et ecce nobis repente de tergo manipuli[s]: armati supercurrunt equites aegreque cohibit*a* *e*quorum curr[ic]uli rabie Philebum ceterosque comites eius inuolant auidi colloque constricto et sacrilegos impurosque compellantes interdum pugnis obuerberant | 611 nec non manicis etiam cunctos coartant et identidem urgenti sermone comprimunt, promerent potius aureum čantharum, promerent auctoramentum illud sui sceleris, quod simulatione sollemnium, quae in operto factitauerant, ab ipsis puluinaribus matris deum clanculo furati, prorsus quasi possent tanti facinoris || euadere supplicium tacita profectione, adhuc luce dubia pomerium peruaserint. nec 10 defuit qui manu super dorsum meum iniecta in ipso deae, quam gerebam, gremio scrutatus repperiret atque incoram omnium aureum depromeret cantharum. nec isto

F 165[b] 166[a]. φ 57[b]. 4 uiã totã (φ) uiam tota *v* uia intuta *Petsch* uia tota *v* nocte (φ) hactenus *Koch sed etiam in aliis rebus neglegenter excerpsit Ap. auctorem suum, cum nec referret sacerdotes simulacrum in templo deposuisse, quo fieri potuit ut cantharum inde surriperent, nec ipsos apud pauperem quendam devertisse, ubi asinus fabulam de adulterio lepidam cognoscere potuit cf. Λούκ. 41* 5 ſtagnati (φ) *em. al. m.* 6 tenoſa (φ) *em. v* 9/10 manipuliſ φ: manipuli manipuli — equitis *Florid* manipulus *v distinx. He an* manipulus: spiculis *? cf. 189,28* 10 ſupcurrunt *in mg. ead. m.* ·re φ: ſupcurrunt eqtẽſ φ: eqtiſ 10/11 cohibitę quo♃ (φ) *em. v* 11 curriculi (φ) *in mg. ead. m.* curuli (*vid.* ic *falso hic addit. ex v. 10*) *em. v cf. 75,18* 14 uiuctos *Vulcan* 15 ⟨lamentantes⟩ comprimunt *He* (*propter* potius) ocius *Beroald* protinus *Prescott* 16 auctoramenetũ (*poster.* e *induct.*) 18/19 *cf. 199,7* 21 manũ (*puncto vid. del.*˜) φ: manũ

Oud. E

saltem tam nefario scelere impuratissima illa capita con-
futari terreriue potuere, sed mendoso risu cauillantes:
'en', inquiunt, 'indignae rei scaeuitatem, qua[m] plerum-
612 que insontes periclitantur homines! propter unicum cali-
culum, quem deum mater sorori suae deae Syriae hospi-
tale munus optulit, noxios religionis antistites ad discrimen
uocari capitis.'

Haec et alias similis afannas frustra [a]b|laterantis
613 eos retrorsus abducunt pagani statimque uinctos in Tul- 161
lianum conpingunt cantharoque et ipso simulacro, quod
gerebam, apud fani donarium redditis ac consecratis altera
die productum me rursum uoce praeconis uenui subiciunt
septemque nummis carius, quam prius me comparauerat
*Ph*ilebus, quidam pistor de proximo castello praestinauit
protinusque frumento etiam coemto adfatim onustum per
iter arduum scrupis et cuiusce modi stirpibus infestum ad
p[r]ist⟨*r*⟩inum, quod exercebat, perducit.

11 Ibi complurium iumentorum multiuii circuitus intor-
quebant molas ambage uaria nec die tantum, uerum per-
peti etiam nocte prorsus instabili machinarum uertigine
614 lucubrabant peruigilem farinam. sed mihi, ⟨*n*⟩e rudimen-

---

F 166ᵃ. φ 57ᵇ58ᵃ. 1 ſcere (le *supra*) *em. ead. m.* 2 mendoſo (φ) *cf. Heraeus Sokrat. III (1915) 299 Loefstedt Arnobian. 59* 3 φ: ſeuitatē qua* (*eras.* ˜) φ: quā *cf. 53,13 sq.* quam *exclamativ. putant v* 4 cantharū (*in mg. ead. m.* caliculū) φ: caliculū 6 ⟨ut⟩ noxios *vd Vl* innoxios *Stewech* 7 uocari (φ) ri *in ras. al. m., ultima litt. fuit* ſ; *fuitne* tiſ? 8 hiſ (iſ *ex* ec *al. m. corr.*) φ: h̃ aliaſ (φ) *mut. in* aliiſ *al. m.* ſimilia *mut. in* ſimilib; φ: ſimiliſ afannaſ *mut. in* afannjſ *al. m.* φ: affannaſ *cf. 244,12 Arch. f. lat. Lex. II 597 Ribbeck Leipz. Stud. IX 338* ablaterantiſ (*al. m. indux.* n) φ: ab|laterantiſ (t pes) (*al. m. supra voc. litt. add.*) adblaterantes *Stewech* oblatrantes *Salm* blaterantis *Novák cf. 93,4* obblatteratis (*servata script. correct.*) *Brant* 13 cōparauerant (nt *indux. pr. m.,* t *supra ab eadem add. eras.*) φ: cōparauerat 14 fileb; (φ) 15 etiam] iam *vd Vl* 16 huiuſce (φ) cuiusque *Wasse*, cuiusce *Florid cf. 204,4* 17 piſtrinū (iſtr *al. m. ex* riſt) φ: pĩtinū 21 peruigiles *Bluemner* m erud- (φ) *al. m. mut. in* dū erud- mihi, ne rud- *v cf. apol. 66 (75,2)*

Oud. *E*

tum seruitii perhorrescerem scilicet, nouus dominus loca lautia prolixe praebuit. nam et diem primum illum feriatum dedit et cibariis abundanter instruxit praesepium. nec tamen illa otii saginaeque beatitudo durauit ulterius, sed die sequenti molae, quae maxima uidebatur, matutinus adstituor et ilico uelata facie propellor ad incurua spatia flexuosi ‖ canalis, ut in orbe termini circumfluentis reciproco gressu mea recalcans uestigia uagarer errore certo. nec tamen sagacitatis ac prudentiae meae prorsus oblitus facilem me tirocinio disciplinae praebui; sed quanquam frequenter, cum inter homines agerem, machinas similiter *615* circumrotari uidissem, tamen ut expers et ignarus operis stupore mentito defixus haerebam, quod enim rebar ut minus aptum et huius modi ministerio satis inutilem me ad alium quempiam utique leuiorem laborem legatu⟨*m*⟩ iri uel otiosum certe cibatu⟨*m*⟩ iri. sed frustra sollertiam damnosam exercui. complures enim protinus baculis armati me circumsteterunt atque, ut eram luminibus obtectis securus etiamnunc, repente signo dato et clamore conferto, plagas ingerentes aceruatim, adeo me strepitu turbulentant, ut cunctis consiliis abiectis ilico scitissime taeniae sparteae totus innixus discursus alacres *162* obirem. at subita sectae commutatione risum toto coetu **12** commoueram.

Iamque maxima diei parte transac|ta defectum alioquin me, helcio sparteo dimoto, nexu machinae liberatum adplicant praesepio. at ego, quanquam eximie fatigatus et refectione uirium uehementer indiguus et prorsus fame perditus, tamen familiari curiositate attonitus et satis anxius, postposito cibo, qui copiosus aderat, inoptabilis

---

F 166^a. φ 58^a. **1** ſcilic& (φ) *indux. al. m.* **10** tyrocinio φ: $\overset{i}{t}$oro— **13** enim *cf. 221,20* **15** legatū (φ) ‾ *al. m. add. cf. 208,22* delegatum *vdVl* **16** cibatu φ: cibatū **17** baculiſ (b *corr. ex* u) **20** conserto *Oud* **23** cętu (φ) **26** helcio∗ *eras.* ſ dimoto∗ (*eras.* ſ) φ: dimotoſ **27** ex$\overset{i}{u}$mię *em. ead. m.* φ: eximie

Oud. *E*

616 officinae disciplinam cum delectatione quadam arbitrabar. dii boni, quale⟨*s*⟩ illic homunculi ui*b*icibus li*u*id[in]is totam cutem depicti dorsumque plagosum scissili centunculo magis inumbrati quam obtecti, nonnulli exiguo tegili tantum modo pubem iniecti, cuncti tamen sic tunicati, ut essent per pannulos manifesti, frontes litterati et capillum semirasi et pedes anulati, tum lurore deformes et 617 fumosis tenebris uaporosae caliginis || palpebras adesi atque adeo male luminati et in modum pugilum, qui puluisculo per⟨*s*⟩persi dimicant, farinulenta cinere sordide 13 candidati. iam de meo iumentario contubernio quid uel ad quem modum memorem? quales illi muli senes uel cantheri⟨*i*⟩ debiles. circa praesepium capita demersi contruncabant moles palearum, ceruice⟨*s*⟩ cariosa uulnerum putredine follicantes, nare⟨*s*⟩ languidas adsiduo pulsu tus- 618 sedinis hiulci, pectora copulae sparte*ae* tritura continua exulcerati, costas perpetua castigatione ossium tenus renudati, ungulas multiuia circumcursione in enorme uestigium porrecti totumque corium ueterno atque scabiosa macie exasperati. talis familiae funestum mihi etiam metuens exemplum ueterisque Lucii fortunam recordatus et ad ultimam salutis meta*m* de[m]tru⟨*sus*⟩ summisso capite 619 maerebam. nec ullum uspiam cruciabilis uitae solacium aderat, nisi quod ingenita mihi curiositate recreabar, dum praesentiam meam parui facientes libere, quae uolunt, omnes et agunt et loquuntur. nec inmerito priscae poe- 163

F 166[ab] φ 58[a]. 2 quale (φ) *em. al. m.* illi *v* in uicib; (φ) in *ex* ui *eff. ead. m.; em. v* libidiniſ (φ) liuidinis *E* (miserinus *cft. Leo*) liuidineis *vdVl* liuidulis *Markland* liuidis? *Oud cf. flor. 9* (*10,10*) *praef. p. 48*
4 *cf. 38,19sq.* tegillo *Guilelm cf. 145,2* 7 tum] cutim *Wower* uultum *Plasberg* 9 ideo *vdVl cf. 195,18;* atque ideo *a metamorph. abesse docet Novák* eluminati *Leo*
10 ppſi (φ) *em. al. m.* 12 illic *Rohde* 13 cantheri (φ)
14 ceruice (φ) *em. Rohde* ceruices c. u. p. ⟨crudi⟩ *vdVl*
15 nare (φ) *al. m. add.* ſ *cf. apol. 50,28* 16 ſpartea (φ) *em. v*
19 ueterna (a *fort. ead. m. corr. ex* o) φ: uet̄no 22 me tãdẽ tru ſũmiſſo (φ) *eras.* ˜ *supra* a, *in mg. add. pr. m.* ·l· *cf. praef. 34 em. Stewech* 24 ingenita (φ) *supra* a *eras.* ˜

Oud.

ticae diuinus auctor apud Graios summae prudentiae uirum monstrare cupiens multarum ciuitatium obitu et uariorum populorum cognitu summas adeptum | uirtutes cecinit. nam et ipse gratas gratias asino meo memini, quod me suo celatum tegmine uariisque fortunis exercitatum, etsi minus prudentem, multiscium reddidit. fabu- **14** lam denique bonam prae ceteris, suaue⟨*m*⟩, comptam ad
620 auris uestras adferrẹ decreui, et en occipio.

Pistor ille, qui me pretio suum fecerat, bonus alioquin uir et adprime modestus, pessimam et ante cunctas mulieres longe deterrimam sortitus coniugam poenas extre||mas tori larisque sustinebat, ut hercules eius uicem ego quoque tacitus frequenter ingemescerem. nec enim uel unum uitium nequissimae illi feminae deerat, sed omnia prorsus ut in qua⟨*n*⟩dam caenosam latrinam in eius animum flagitia confluxerant: saeua scaeua uir[i]osa ebriosa peruicax pertinax, in rapinis turpibus auara, in sumptibus foedis profusa, inimica fidei, hostis pudicitiae. tunc spretis atque calcatis diuinis numinibus in uicem
621 certae religionis mentita sacrilega praesumptione dei, quem praedicaret unicum, confictis obseruationibus uacuis fallens omnis homines et miserum maritum decipiens matutino mero et continuo stupro corpus manciparat. talis illa **15** mulier miro me persequebatur odio. nam et antelucio, recubans adhuc, subiungi machinae nouicium clamabat asinum et statim, ut cubiculo primum processerat, in-

---

F 166ᵇ. φ 58ᵃᵇ. 1 *cf. Hom. Od. I 3* prudent$\overset{i}{ę}$ *al. m. ex* $\overset{i}{t}$ *corr.* ti 4 *cf. 18,26* 6 ⟨at⟩ multiscium *vd Vl* 7 *ante* prae *disting. v, post* ceteris *Leo* suaue cõptã (φ) s. compertam *Beroald cf. 4,20 193,21* bonam ⟨et⟩ p. c. suauem compertu *vd Vl* suauem compertam *vel* suaue conditam? *Colv* suauem (*del.* comptam) *Novák* 8 aurif (φ) *al. m. eff.* —ef 11 coniugam *cf. 194,4* 15 quãdã (⁻ *al. m. add.*) 16 ui$\overset{i}{r}$ofa (*nescio quae man.* ^{i} *addid.*) φ: uirofa *cf. 168,13* 18 fẹdif *ead. m.* o *add.* 25 fub|iungi (φ) *al. m. ex* iun *corr.* iu^{o} cl**abat (*litt. inter* l *et* a *redintegr. et delet.*) φ: clamabat 26 ⟨propter⟩ insistens *Rohde*

sistens iubebat incoram sui plagas mihi quam plurimas ir*rogari*, et cum tempestiuo prandio laxarentur iumenta
622 cetera, longe tardius a*p*plicari praesepio iubebat. quae saeuitia multo mihi magis genuinam curiositatem in suos mores ampliauerat. nam et adsiduo plane commeantem in eius cubiculum quendam sentiebam iuuenem, cuius et faciem uidere cupiebam ex summo studio, si tamen uelamentum capitis libertatem tribuisset meis aliquando luminibus. nec enim mihi sollertia defuisset ad detegenda 164
quoquo modo pessimae feminae flagitia. sed anus quae[n]dam stupr⟨*or*⟩um sequestr*a et* adulterorum internuntia de die cotidie inseparabilis aderat. cum qua protinus ientaculo ac dehinc uino me|ro mutuis uicibus uelitata scaenas fraudulentas in exitium miserrimi mariti subdolis ambagibus construebat. at ego, quanquam gra-
623 uiter suscensens errori Fotidis, quae me, dum auem fabricat, ‖ perfecit asinum, isto tamen uel unico solacio aerumnabilis deformitatis meae recreabar, quod auribus grandissimis praeditus cunct*a* longule etiam dissita facillime sentiebam.

16 denique die quadam timidae illius aniculae sermo talis meas adfertur auris:

'De isto quidem, mi erilis, tecum ipsa uideris, quem sine meo consilio pigrum et formidulosum familiarem istum sortita es, qui insuauis et odiosi mariti tui caperratum supercilium ignauiter perhorrescit ac per hoc amoris

F 166[b] 167[a]. φ 58[b]. 2 irrogari (ro *et* a *al. m. scr.*, *fuit* ir∗urgeri) φ: irourgeri *fuit in archetypo:* inurgeri (ro a *superscr.*) *cf. praef. 54* irrogari *v* 3 applicari (*prior* p *ex* u *corr. al. m.*) φ: anplicari (n *mut. in* m) iubebat *del. vdVl* 4 in ſuoſ (φ) *litt.* in ſuo *refict.* 10 an; (φ) a *post ras. al. m. scr.* 11 quedã (φ) dã *al. m. corr. ex* ndã ſtuprũ (φ) stupri *v* stuprorum *Novák* ſequeſtr& φ: ſequeſtre *em. v.* adulteriorum *Sciopp* 13/14 uelitata[f] | cęnas *ead. m.* [f] *add. recte distinx. Beroald* 19 cunctę (φ, *sed em. al. m.*) 20 timidę (φ) *ironiam cognov. Giarr* tinnulae *Wasse* uuidae *Sciopp* tumidae *Hild* 22 quem] quae *Wower* quod *Rohde* (*propter* isto *et* istum) *cf. 35,13*

Oud. *E*

languidi desidia tuos uolentes amplexus discruciat. quanto melior Philesit⟨*h*⟩erus adulescens et formonsus et liberalis et strenuus et contra maritorum inefficaces diligentias
624 constantissimus! dignus hercules solus omnium matronarum deliciis perfrui, dignus solus coronam auream capite gestare uel ob unicum istud, quod nunc nuper in quendam zelotypum maritum eximio studio commentus est. audi denique et amatorum diuersum ingenium compara.

Nosti quendam Barbarum nostrae ciuitatis decurionem, 17
quem Scorpionem prae morum acritudine uulgus appellat. hic uxorem generosam et eximia formositate praeditam mira custodela munita⟨*m*⟩ domi suae quam cautissime cohibebat.'

Ad haec ultima pistoris illa uxor subiciens: 'quidni?', inquit, 'noui diligenter. Areten meam condiscipulam memoras.' 'ergo', inquit anus, 'nosti totam Phile⟨*si*⟩theri 165
et ipsius fabulam?' 'minime gentium', inquit, 'sed nosse ualde cupio et oro, mater, ordine mihi singula retexe.'

Nec commorata illa sermocinatrix inmodica sic [anus] incipit: 'Barbarus iste cum necessariam profectionem pararet pudicitiamque carae coniugis conseruare summa diligentia cuperet, seruulum suum M*y*rmece*m* fidelitate
625 praecipua cognitum secreto commonet || suaeque dominae custodelam omnem permittit, carcerem et perpetua uincula, mortem denique uiolentam defamem com|minatus,
626 si quisquam hominum uel in transitu digito tenus eam conti[n]gisset, idque de*i*erans etiam confirmat per omnia diuina numina. ergo igitur summo pauore perculsum Myrmece*m* acerrimum relinquens uxori secutorem securam

---

F 167ᵃ φ 58ᵇ 59ᵃ. 2 philesiterus (φ) 7 eximio astulo *Kronenb* eximia astutia *vdVl* eximio astu *Novák* 10 Nosti (φ) N *al. m. scr.; fuit* n *aut* h 11 p̄ (φ) *cf. 10,19 17,10 45,20 218,6* pro *Pric cf. 105,18* 13 munita *em.* φ 15 *cf. 64,8* 17 philetheri *cf. v. 2* 20 anus *del. vdVl* 23 mirmicen (φ) 26 de fame *Colv* 28 c̄tingiss& (*φ, sed* n *del.*) degerans (φ) 30 myrmecen *em.* φ

Oud. E
dirigit profectionem. tunc obstinato animo uehementer
anxius Myrmex nec usquam domina⟨*m*⟩ sua⟨*m*⟩ progredi
sinebat et lanificio domestico destrictam inseparabilis ad-
627 sidebat ac tantum necessario uespertini lauacri progressu
adfixus atque conglutinatus, extremas manu prendens la-
cinias, mira sagacitate commissae prouinciae fidem tue-
18 batur. sed ardentem Philesitheri uigilantiam matronae
nobilis pulchritudo latere non potuit. atque hac ipsa po-
tissimum famosa castitate et insignis tutelae nimietate in-
stinctus atque inflammatus, quiduis facere, quiduis pati
paratus, ad expugnandam tenacem domus disciplinam
totis accingitur uiribus certusque fragilitatis humanae
fidei et quod pecuniae cunctae sint difficultates peruiae
auroque soleant adamantinae etiam perfringi fores, op-
portune nanctus Myrmecis solitatem, ei amorem suum
aperit et supplex eum medellam cruciatui deprecatur:
nam sibi statutam decretamque mortem proximare, ni
628 maturius cupito potiatur; nec eum tamen quicquam in re
facili formidare debere, quippe cum uespera solus fide
tenebrarum contectus atque absconditus introrepere et
intra momentum temporis remeare posset. his et huiusce
modi suadelis ualidum adde*bat* cuneum, qui rigentem 166
prorsus serui tenacitatem uiolenter diffinderet; porrecta
enim manu sua demonstrat ei nouitate nimia can||dentes
solidos aureos, quorum uiginti quidem puellae destinasset,
19 ipsi uero decem libenter offerret. exhorruit Myrmex in-
auditum facinus et occlusis auribus effugit protinus. nec
auri tamen splendor flammeus oculos ipsius exire potuit,

F 167^{ab}. φ 59^{a}. 2 d̄nā ſuā (φ) ¯ *utrobique al. m. add.* 3 deſtrictã φ: diſt— 4 ac ⟨permisso⟩ *Leo* 6 ꝓuincie (φ) *supra* n *et* c *al. m. alqd. add.; vid. voluisse* ꝓuidentie 15 myrmiciſ *litt. refict.* 16 *duplic. accusativ. def. Wiman cf. Hofmann Synt. 383* 18 cupita *Pric* 21 possit *Leo* 22 addenſ ad (φ) ad *del. v* addens ⟨argumentum⟩ (⟨aes⟩ *Brakman*) ad⟨igit⟩ *vdVl* adplicat *Bursian* addensat (*quod reiecerat Hild*) *Hertz* addebat *Luetj* (*scil. corrupt. in* addeb ad) 23 diffunder& (φ) *refict., vid. fuisse* u (i *supra*)

Oud. *E*

sed quam procul semotus et domum celeri gradu peruectus, uidebat tamen decora illa monetae lumina et opulentam
629 praedam iam tenebat animo miroque mentis salo et cogitationum | dissensione misellus in diuersas sententias carpebatur ac distrahebatur: illic fides, hic lucrum, illic cruciatus, hic uoluptas. ad postremum tamen formidinem mortis uicit aurum. nec saltem spatio cupido formonsae pecuniae leniebatur, sed nocturnas etiam curas inuaserat pestilens auaritia, ut, quamuis erilis eum comminatio domi cohiberet, aurum tamen foras euocaret. tunc, deuorato pudore et dimota cunctatione, sic ad aures dominae mandatum perfert. nec a genuina leuitate desciuit mulier, sed execrando metallo pudicitiam suam protinus auctorata est. ita gaudio perfusus ⟨*aduolat*⟩ ad suae fidei praecipitium Myrmex, non modo capere, uerum saltem contingere, quam exitio suo uiderat, pecuniam cupiens, et magnis suis laboribus perfectum desiderium Philesithero laetitia percitus nuntiat statimque destinatum praemium reposcit, et tenet nummos aureos manus Myrmecis, quae
630 nec aereos norat. iamque nocte promota solum perducit 20
ad domum probeque capite contectum amatorem strenuum infert adusque dominae cubiculum. commodum nouis amplexibus Amori rudi litabant, commodum prima stipendia Veneri militabant nudi milites: et contra omnium opinionem captata noctis opportunitate inprouisus maritus adsistit suae domus ianuam. || iam pulsat, iam clamat, iam saxo fores uerberat et ipsa tarditate magis magisque suspectus

---

F 167ᵇ. φ 59ᵃ. 1 quanquam *v cf. 31,7 37,12 71,26* 3 miroq; (φ) i *corr. ead. m. ex* o motoque *Petsch* 4 diffensionẽ (˜ *induct. et del.*) 6/7 ad postr. — aurum *post* euocaret *v. 10 transpos. vdVl* 7 spatio] sopito *Koch cf. 222,6* 11 pudore (*in mg. ead. m.* timore) φ: timore (pudore *suprascr.*) *cf. 37,5* sic] hic *Stewech* ocius *Oud cf. 52,11 63,2* 13 execrando *pro* c *primo vid. scrips.* r 14 ita] it *Kronenb* ⟨aduolat⟩ *Cast* 14/15 praecipitium ⟨praecipitat⟩ *vdVl* 16 et] φ: ex *id. coni. Brant* ut *Petsch del. Luetj* 26 *ante* suae *disting. v, post* ianuam *Beyte sed cf. 20,4 sq. 206,8 226,2* 27 suspecto *Novák*

Oud. E

631 dira comminatur Myrmeci supplicia. at ille repentino malo
perturbatus et misera trepidatione ad inopiam consilii
deductus, quod solum poterat, nocturnas tenebras sibi 167
causabatur obsistere, quin clauem curiose absconditam
repperiret. interdum Philesitherus cognito strepitu raptim
tunicas iniectus, sed plane prae turbatione pedibus intectis
procurrit cubiculo. tunc Myrmex tandem claue pessulis
subiecta repandit fores et recipit etiam tunc fidem deum
boantem dominum eoque propere cubiculum petente clan-
632 destino transcursu dimittit Philesitherum. quo iam pro
limine liberato securus sui clausa domo rursum se red-
didit quieti.

21 Sed dum | prima luce Barbarus procedit cubiculo,
uidet sub lectulo soleas incognitas, quibus inductus Phi-
lesitherus inrepserat suspectisque e re nata quae gesta
sunt, non uxori, non ulli familiarium cordolio patefacto,
sublatis iis *et* in sinum *fu*rtim absconditis, iusso tantum
M*y*rm*e*ce per conseruos uincto forum uers*us* adtrahi, ta-
citos secum mugitus iterans rapidum dirigit gressum,
certus solearum indicio uestigium adulteri posse se per-
633 facile indipisci. sed ecce per plateam dum Barbarus
uultu turgido subductisque superciliis incedit iratus ac
pone eum Myrmex uinculis obrutus, non quidem coram
noxae prehensus, conscientia tamen pessima permixtus la-
crimis uberibus ac postremis lamentationibus inefficacem
commouet miserationem, opportune Philesitherus occurrens,
quanquam diuerso quodam negotio destinatus, repentina
tamen facie permotus, non enim deterritus, recolens festi-
nationis suae delictum || *ac* cetera consequenter suspicatus

---

F 167^{b} 168^{a}. φ 59^{ab}. 1 mirmici 6 tunica *Giarr cf. 274,1 25,15 Suet. Vitell. 2,5* 10/11 pro lim.] postliminio *vdVl* formidine *Leo cf. 279,11* 17 ii ſed (φ) *al. m. corr. in* eiſ*ed fortĩ (φ) *em. v* 18 mirmice ūſo (φ) *em.* φ 24 p̄henſu7 (*7 al. m. add.; vid. mihi a pr. m. script.* u^{e}) φ: p̄henſū *in mg.* c̊ prehensus peruictus *Stewech cf. 233,3 271,11* 29 ut (φ) et *Salm* ac *He cf. 22,13 39,6 210,11 al. praef 43* et cetera ⟨ut erant⟩ *vdVl*

Oud. E

634 sagaciter extemplo sumpta familiari constantia, dimotis seruulis inuadit cum summo clamore Myrmecem pugnisque malas eius clementer obtundens: "at te", inquit, "nequissimum et periurum caput, dominus iste tuus et cuncta caeli numina, quae deierando temere deuorasti, pessimum pessime perduint, qui de balneis soleas hesterna die m⟨ih⟩i furatus es: dignus hercules, dignus, qui et ista uincula conteras et insuper carceris etiam tenebras perferas."

Hac opportuna fallacia uigorati iuuenis inductus, immo sublatus et ad credulitatem delapsus Barbarus, postliminio 168
635 domum regressus, uocato Myrmece, soleas illas offerens et ignouit ex animo et, uti domino redderet, cui surripuerat, suasit.'

⟨H⟩actenus adhuc anicula garriente suscipit mulier: 22
'beatam illam, quae tam constantis sodalis libertate fruitur! at ego misella molae etiam sonum et ecce illius scabiosi asini faciem timentem familiarem incidi.'

Ad haec anus: 'iam tibi ego probe suasum et confirmatum animi amatorem illum alacrem uadimonium
636 sistam' et insuper condicta uespertina regressione cubiculo facessit.

At pudica uxor statim cenas | saliares comparat, uina pretiosa defaecat, pulmenta recentia tuccetis temperat. mensa largiter instructa denique, ut dei cuiusdam aduentus, sic expectatur adulteri. nam et opportune maritus foris apud naccam proximum cenitabat. ergo igitur meti⟨s⟩ die propinquante helcio tandem absolutus refectuique

---

F 168[a]. φ 59[b]. 3 inclementer *Pric* ad (φ, *em. al. m.*) 5 deuotasti *v* —casti *vdVl cf. Min. Fel. 28,7* 7 m* (i *al. m., eras. vid.* i) φ: mi 12 Myrmeci? *Plasberg* 15 Acten; (φ, *al. m. add.* h) 16 libertate (φ) liberalitate *Nolte cf. 215,2* libera facultate *He* 20 uadimonio (*extrem.* o *ex* ū *corr. al.* (?) *m.*) φ: uadimoniᵒa uadimonium *Petsch cf. 88,7* 25 *post* instr. *dist. v, ante* mensa *Gruter* instructa ⟨pulchre semel exornat⟩ *Novák* 27 meridie (φ) sero diei *Bursian propter v. 21 220,4 cf. 211,25;* meta (metae *Leo* metis *He cf. 89,14*) die *Petsch*

Oud. *E*

secure redditus non tam hercules laboris libertatem gratulabar quam quod reuelatis luminibus libere[t]iam cunctas facinorosae mulieris artes prospectare poteram. sol ipsum
637 quidem delapsus Oceanum subterrenas orbis plagas inluminabat, et || ecce nequissimae anus adhaerens lateri temerarius adulter aduentat, puer admodum et adhuc lubrico genarum splendore conspicuus, adhuc adulteros ipse delectans. hunc multis admodum sauiis exceptum
23 mulier cenam iubet paratam adcumbere. sed ut primum occursoriam potionem et inchoatum gustum extremis labiis contingebat adulescens, multo celerius opinione rediens maritus aduentat. tunc uxor egregia diras deuotiones in eum deprecata et crurum ei[us] fragium abominata,
638 exsangui formidine trepidantem adulterum al*u*eo ligneo, quo frumenta confusa purgari consuerant, temere propter iacenti suppositum abscondit, ingenitaque astutia dissimulato tanto flagitio, intrepidum mentita uultum, percontatur de marito, cur utique contubernalis artissimi deserta
cenula praematurus adforet. at ille dolenti prorsus animo 169
suspirans adsidue:

'Nefarium', inquit, 'et extremum facinus perditae feminae tolerare nequiens fuga me proripui. hem qualis, dii boni, matrona, quam fida quamque sobria turpissimo se dedecore foedauit! iuro per istam ego sanctam Cererem me nunc etiam meis oculis de tali muliere minus credere.'

His instincta uerbis mariti audacissima uxor noscendae rei cupiens non cessat optundere, totam prorsus a principio fabulam promeret. nec destitit, donec eius uoluntati

---

F 168ª. φ 59ᵇ. 2 reuelatiſ (φ) ti *in ras. forma litt.* t *non langobardica; fuitne* reuelanſ? liber etiã (φ) liber iam *Rohde* libere iam *Fulv cf. 59,12; 202,19* 3 facinoroſę (f *in ras.*) arteſ (φ) r *in ras. al. m.* 8 ſabiiſ (b *ex* u *al. m. corr.*) 10 inchoatiuum *vdVl* 12 dir. deu. *cf. 164,18* 13 eiꝭ (φ) ei *v* crurifragium *Heins* crurum ei suffragium *Petsch* obominata *Wower* adom— *Lips* [ab]om— *Leo* 14 albeo *em.* φ 15 contusa *Wassc* 24 Ioro *em. ead. m.*

Oud. E

639 succubuit maritus et sic', ignarus suorum, domus alienae
percenset infortunium:
'Contubernalis mei fullonis uxor, alioquin seruati pu- 24
doris ut uidebatur femina, | quae semper secundo rumore
gloriosa larem mariti pudice gubernabat, occulta libidine
prorumpit in adulterum quempiam. cumque furtiuos
amplexus obiret adsidue, ipso illo denique momento, quo
nos lauti cenam petebamus, cum eodem illo iuuene misce-
batur in || uenerem. ergo nostra repente *turb*ata prae-
sentia, subitario ducta consilio, eundem illum subiectum
contegit uiminea cauea, quae fustium flexu teret⟨*i*⟩ in
640 rectum aggerata cumulum lacinias circumdatas suff*u*sa
candido fumo sulpuris inalbabat, eoque iam ut sibi uide-
batur tutissime celato mensam nobiscum secura parti-
cipat. interdum acerrimo grauique odore sulpuris iuuenis
inescatus atque obnubilatus intercluso spiritu diffluebat,
utque est ingenium uiuacis metalli, crebras ei sternuta-
641 tiones commouebat. atque ut primum e regione mulieris **25**
pone tergum eius maritus acceperat sonum sternutationis —
quod enim putaret ab ea profectum — solito sermone
salutem ei fuerat imprecatus et iterato rursum et frequen-
tato saepius, donec rei nimietate commotus quod res erat *170*
tandem suspicatur. et impulsa mensa protenus remotaque
cauea producit hominem crebros anhelitus aegre reflan-
tem inflammatusque indignatione contumeliae, gladium
flagitans, iugulare moriturum gestiebat, ni respecto com-
muni periculo uix eum ab impetu furioso cohibuissem
adseuerans breui absque noxa nostri suapte inimicum

F 168^{ab}. φ 59^{b} 60^{a}. 4 que ſe˪cd'o rum˩ore (c—m *al. m. scr.; putavi aliquando cognosci posse* ſe p r ſe, *fuisse igitur* ſemper ſecd'o4 ore) φ: ſēp ſecundo4 ore 8 lauti∗∗|nā (*eras.* ce, *quod al. m. deinde in vers. seq. addidit*) 9 curuata (φ) *em. v* 11 ter& (φ) *em. Oud* 12 aggregata *v* ſuffiſa (φ) suffusa *v* suffita *Colv* 16 ſp͞u (φ) diffluebat *cf. 57,10* 20 enim *cf. 211,13 281,9* putarat *Koziol* 22 quod r. e. *cf. 248,23 256,10 259,8* 24 efflantem *v* 28 suapte ⟨sponte⟩ *vdVl cf. Corp. gloss. IV 180,37 V 393,22 Löfstedt Synt. II 251 sq.*

642 eius uiolentia sulpuris periturum. nec suadela mea, sed ipsius rei necessitate lenitus, quippe iam semiuiuum, illum in proximum deportat angiportum. tum uxorem eius tacite suasi ac denique persuasi, secederet paululum atque ultra limen tabernae ad quampiam tantisper ⟨*deuerteret*⟩
643 familiarem sibi mulierem, quoad spatio feruens mariti sedaretur animus, qui tanto calore tantaque rabie perculsus non erat dubius aliquid etiam de se suaque coniuge tristius profecto cogitare. talium contubernalis epularum taedio fugatus larem reueni meum.'

26 Haec recensente pistore iam dudum procax et temeraria mulier || uerbis execrantibus fullonis illius detestabatur uxorem: illam perfidam, illam impudicam, denique uniuersi sexus grande dedecus, quae suo | pudore post-
644 posito torique genialis calcato foedere larem mariti lupanari maculasset infamia iamque perdita nuptae dignitate prostitutae sibi nomen adsciuerit; addebat et talis oportere uiuas exuri feminas. et tamen taciti uulneris et suae sordidae conscientiae commonita, quo maturius stupratorem suum tegminis cruciatu liberaret, identidem suadebat maritum temperius quieti decedere. at ille utpote intercepta cena, ⟨*cum*⟩ profugeret, prorsus ieiunus, mensam potius comiter postulabat. adponebat ei propere, quamuis

---

F 168^{b}. φ 60^{a} 1 Nec (N *al. m. ex* n) 3 uxori *vdVl cf. v. 21 107,22 112,6* tacite] tenaciter *Beyte* 5 ⟨deuerteret⟩ *He cf. 234,11* 6 mulierem ⟨iret⟩ *Petsch* ⟨migraret⟩ *vdVl* ⟨diuerteret⟩ (atque *post* tabernae *transpos.*) *Pric* spatio *cf. 217,7* 9 cogitare∗ (*fuit* r&) aliu^{d} (^{d} *vid. corr. ex* ˜ *ab al. m.*) φ: cogitar& aliũ 13 ⟨illud⟩ denique *vdVl* 14 suo] sancto *Rohde* 15 genialis *cf. 30,3 265,11* 16 prodita *vdVl*

17 et] etiam *vdVl* talis (i *mut. in* e *al. m.*) 10 cõ^{ni}mota *em. ead. m. et* φ 21 deced. *cf. 107,7* utpote ⟨qui⟩ *Pric sed Apul.* utpote *participio vel nomini addere solere doc. Oud* ⟨qui⟩ utpote *Luetj* 22 ⟨cum⟩ *He* pfuger& (φ, *sed al. m. corr. in* pfugerat) utpote — profugerat *parenthesin putat Novák,* profugerat — ieiunus *Oud* profugus et *Wiman*

inuita, mulier quippini destinatam alii. sed mihi penita
carpebantur praecordia et praecedens facinus et praesen-
645 tem deterrimae feminae constantiam cogitanti mecumque
sedulo deliberabam, si quo modo possem detectis ac reue-
latis fraudibus auxilium meo perhibere domino illumque,
qui ad instar testudinis al*u*eum succubabat, depulso teg- 171
mine cunctis palam facere. sic erili contumelia me cru- 27
ciatum tandem caelestis respexit prouidentia. nam senex
claudus, cui nostra tutela permissa fuerat, uniuersa nos
iumenta, id hora iam postulante, ad lacum proximum bi-
bendi causa gregatim prominabat. quae res optatissimam
mihi uindictae subministrauit occasionem. namque praeter-
grediens obseruatos extremos adulteri digitos, qui per an-
gustias caui tegminis prominebant, obliquata atque in-
festa ungula conpressos usque ad summam minutiem con-
tero, donec intolerabili dolore commotus, sublato flebili
clamore repulsoque et abiecto alueo, conspectui profano
redditus scaenam propudiosae mulieris patefecit. nec
tamen pistor damno pudicitiae magnopere commotus ex-
646 sangu⟨*i*⟩ pallore trepidantem puerum serena ‖ fronte et
propitiata facie commulcens incipit:

'Nihil triste de me tibi, fili, metuas. non sum bar-
barus nec agresti morum squalore praeditus nec ad exem-
plum naccinae truculentiae sulpuris te letali fumo necabo
ac ne iuris quidem seueritate[m] lege de adulteriis ad
discrimen uocabo capitis tam uenustum tamque pulchel-
lum puellum, sed plane cum uxore mea partiario tractabo.
nec herciscundae familiae, sed communi diuidundo for-
mula dimi|cabo, ut sine ulla controuersia uel dissensione
647 tribus nobis in uno conueniat lectulo. nam et ipse semper

---

F 168^b 169^a. φ 60^{ab}. 1 peͥnt; (; *al. m. corr. ex* a, *in mg. m. pr.* penita) φ: penita 6 albeū (b *mut. in* u) 7 c̄tu-melia∗ (*eras.* ¯) 15 c̄preſſoſ (*fuit ante* c̄p̄henſoſ, *in mg. ead. m. add.* p̄ſſoſ) φ: cōp̄ſſoſ 17 albeo (b *mut. in* u) 19 pu-dicitiae ⟨uxoris⟩ *vdVl* exſangu[1] ([1] *m. rec. add.*) 25 ſeueri-tatē (φ) *em. v* 28 hircifcundę (φ)

Oud. *E*

cum mea coniuge tam concorditer uixi, ut ex secta pru-
dentium eadem nobis ambobus placerent. sed nec aequi-
tas ipsa patitur habere plus auctoritatis uxorem quam
maritum.'

28 Talis sermonis blanditie cauillatum deducebat ad to-
rum nolentem puerum, sequentem tamen; et pudicissima
illa uxore alterorsus disclusa solus ipse cum puero cubans
gratissima corruptarum nuptiarum uindicta perfruebatur.
sed cum primum rota solis lucida diem peperit, uocatis
duobus e familia ualidissimis, quam altissime sublato puero,
ferula nates eius obuerberans: 'tu autem', inquit, 'tam *17*
648 mollis ac tener et admodum puer, defraudatis amatoribus
aetatis tuae flore, mulieres adpetis atque eas liberas et
conubia lege sociata conrumpis et intempestiuum tibi no-
men adulter⟨*i*⟩ uindicas?'

His et pluribus uerbis compellatum et insuper adfatim
plagis castigatum forinsecus abicit. at ille adulterorum
omnium fortissimus, insperata potitus salute, tamen nates
candidas illas noctu diuque dirruptus, maerens profugit.
nec setius pistor ille nuntium remisit uxori eamque pro-
29 tinus de sua proturbauit domo. at illa praeter genuinam
nequitiam contumelia etiam, || quamuis iusta, tamen altius
649 commota atque exasperata ad armillum reuertitur et ad
familiares feminarum artes accenditur magnaque cura
requisitam ueteratricem quandam femina⟨*m*⟩, quae deuo-
tionibus ac maleficiis quiduis efficere posse credebatur,
multis exorat precibus multisque suffarcinat muneribus,
alterum de duobus postulans, uel rursum mitigato con-
ciliari marito uel, si id nequiuerit, certe lar*u*a uel aliquo

---

F 169ª. φ 60ᵇ. 1 cũ (u *al. m. scr., fuit* ṽ, *pr. m. in mg. add.* ꝓcũ) 7 alterorſuſ (φ) *sed* e *delet., ut vix cognoscatur cf. 128,22* 9 *cf. Enn. ann. 558 Vahl.*[2] lucidam *Pric* pep̣it (e *et* t *m. pr., reliq. litt. al. m. scr.;* peperit *supra add. pr. m.*) φ: peperit 10 ualidiſſimiſ (*postrem.* i *ex* e *corr.; vid. pr. m. delevisse* e *et superscrips.* [1]) 15 adulter (φ) adulteri *v cf. 222,17* 23 *cf. 145,2* 24 accingitur *Colv coll. 177,20 216,12* 25 feminā (φ) ‾ *al. m. add.* 29 larba (b *in* v *mut. al. m.*)

Oud. E

diro numine immisso uiolenter eius expugnari spiritum. tunc saga illa et diuini potens primis adhuc armis facinerosae disciplinae suae uelitatur et uehementer offensum mariti flectere atque in amorem impellere conatur animum. quae res cum ei sequius ac rata fuerat | proueniret, indignata numinibus et praeter praemii destinatum compendium conte*m*tione etiam stimulata ipsi iam miserrimi mariti incipit imminere capiti umbramque uiolenter per-
650 emptae mulieris ad exitium eius instigare.

Sed forsitan lector scrupulosus reprehendens narratum 30
meum sic argumenta*b*eris: 'unde autem tu, astutule asine, intra terminos pistrini con*t*e*n*tus, quid secreto, ut adfirmas, mulieres gesserint, scire potuisti?'. accipe igitur, quem ad modum homo curiosus iumenti faciem sustinens cuncta, quae in perniciem pistoris mei gesta sunt, cognoui.

Diem ferme circa mediam repente intra pistrinum mulier reatu miraque tristitie deformis apparuit, flebili centunculo semiamicta, nudis et intectis pedibus, lurore 173
651 buxeo macieque foedata, et discerptae comae semicanae sordentes inspersu cineris pleramque eius an*t*euentulae contegebant faciem. haec talis manu pistori[s] clementer iniecta, quasi quippiam secreto conlocutura, in suum sibi ⟨*cubi*⟩culum deducit eum et adducta fore quam ‖ diutissime demoratur. sed cum esset iam confectum omne frumentum, quod inter manus opifices tractauerant, necessarioque peti deberet aliud, seruuli cubiculum propter adstantes dominum uocabant operique supplementum postulabant.

F 169ª. φ 60ᵇ. 7 c̄tentione (φ) *em. v* 10 scrupulosius *vdVl Amm. Marc. XVI 7,9 cft. Leo* 11 argum̄tauerif (φ) b *ex* u *corr. al.(?) m.* acutule *vdVl* stultule *Colv cf. 203,9* 12 c̄tect; φ: contentuf *cf. 207,7 sed 211,6 220,2* ⟨capite⟩ contectus? *He cf. 217,21* 18 flebili *ante* reatu *pos. Bursian* scissili *Wower* flabili? *Leo* uili *Wiman* meatu mira atque tristitia *Petsch* flebilis reatu m. t. d. a. ⟨scissili⟩ cent. *vdVl cf. 5,13* 21 anceuentulę (φ) *em. v cf. flor. 3 (4,19)* 22 piftorif (φ) *em. Beroald* 23/24 ⁿᵘ**biculū (*eras.* fi) φ: fibiculū *em. Petsch*

Oud. *E*

atque ut illis saepicule et interuocaliter clamantibus nullus respondit dominus, iam forem pulsare ualidius et, quod diligentissime fuerat oppessulata, maius peiusque aliquid opinantes, nis*u* ualido reducto uel diffracto cardine, tandem patefaciunt aditum. nec uspiam reperta illa muliere ui-
652 dent e quodam tigillo constrictum iamque exanimem pendere dominum eumque nodo ceruicis absolutum detractumque summis plangoribus summisque lamentationibus atque ultimo lauacro procurant peractisque feralibus officiis, frequenti prosequente comitatu, tradunt sepulturae.

31 Die sequenti filia eius accurrit e proxumo castello, in quod pridem denupserat, maesta atque crines pendulos quatiens et interdum pugnis obtundens ubera, quae nullo quidem domus infortunium nuntiante cuncta cognorat, sed ei per | quietem obtulit sese flebilis patris sui facies adhuc nodo reuincta ceruice eique totum nouercae scelus aperuit de adulterio, de maleficio et quem ad modum laruatus ad inferos demeasset. ea cum se diutino plangore cruciasset, concursu familiarium cohibita tandem pausam luctui fecit. iamque nono die rite completis apud tumulum sollemnibus familiam sup[p]ellectilemque et omnia iumenta ad hereditariam deducit auctionem. tunc unum larem uarie dispergit uenditionis incertae licentiosa fortuna. me denique ipsum pauperculus quidam hortu-
653 lanus comparat quinquaginta nummis, magno, ut aiebat,
32 sed ut || communi labore uictum sibi quaereret. res ipsa 174
mihi poscere uidetur, ut huius quoque seruiti mei disciplinam exponam.

Matutino me multis holeribus [h]onustum proxumam ciuitatem deducere consuerat dominus atque ibi uenditori-

---

F 169^{ab} φ 60^{b}61^{a}. 1 ⟨uehem⟩enter uoc. *He cf. 216,1; 20,5* iterum uoc. *Beyte* interdum uoc.*? vdVl cf. v. 13* insuper uoc. *Brakman* inter *del. Novák* s. ex inter⟨uallis⟩ *Plasberg* 4 niſi (φ) *em. v* 8 ⟨deplorant⟩ atque *vdVl* 16 ceruicem *v. Geisau* 21 ſuppellectilẽq; *cf. 85,3* 27 ſeruiti^{i} ^{i} *al. m. add.* (φ) 29 honustũ *em.* φ

bus tradita merce[de], dorsum insidens meum, sic hortum redire. ac dum fodiens, dum irrigans ceteroque incuruus labore deseruit, ego tantisper otiosus placida
654 quiete recreabar. sed ecce siderum ordinatis ambagibus per numeros dierum ac mensuum remeans annus post mustulentas autumni delicias ad hibernas Capricorni pruinas deflexerat et adsiduis pluuiis nocturnisque rorationibus sub dio et intecto conclusus stabulo continuo discruciabar frigore, quippe cum meus dominus prae nimia paupertate ne sibi quidem, nedum mihi posset stramen aliquod uel exiguum tegimen parare, sed frondoso casulae contentus umbraculo degeret. ad hoc matutino lutum nimis frigidum gelusque praeacuta frusta nudis inuadens pedibus enicabar ac ne suetis saltem cibariis uentrem meum replere poteram. namque et mihi et ipsi domino cena par ac similis, oppido tamen tenuis | aderat, lactucae ueteres et insuaues illae, quae seminis enormi senecta ad instar
655 scoparum in amaram caenosi sucus cariem exolescunt.

Nocte quadam paterfamilias quid*am* e pago proximo 33
tenebris inluniae caliginis impeditus et imbre nimio madefactus atque ob id ab itinere directo cohibitus ad hortulum nostrum iam fesso equo deuerterat receptusque comiter pro tempore, licet non delicato, necessario tamen || quietis subsidio, remunerari be[g]nignum hospitem cupiens,
656 promittit ei de prae[si]diis suis sese daturum et frumenti et oliui aliquid et amplius duos uini cados. nec moratus meus sacculo et utribus uacuis secum adportatis nudae

F 169[b] 170[a]. φ 61[a]. 1 mercede (φ) ⟨merce acceptaque⟩ mercede *Kosiol* merce *Stewech cf. Λούκ. 43: ἐπιθεὶς μοι τὰ λάχανα . . . . καὶ παραδοὺς τοῖς ταῦτα πιπράσκουσιν cf. v. 25 praef. p. 48* 2 dum — dum *cf. Woelfflin Arch. f. lat. Lex. II 234, sed 23,26 sq. 50,13 sq.* 3 labori *Oud* ⟨quaestui⟩ deseruit *vdVl* ⟨quaesticulo⟩ *Brakman coll. 290,3* placita *v* 8 dio (φ) *al. m. supra* io *add.* [a] subdio *Kronenb* 10 ⟨aut⟩ uel *vdVl coll. 239,13* 14 enitabar φ: enitebar euitabar? *He cf. 58,6* enicabar *Wiman Kronenb* 19 qdā de (ād *al. m. scr.; fuitne* qd ne?) φ: q me quidam e *Luetj* 24 begnignū *em.* φ 25 p̄ſidiiſ (φ, *sed* ſi *punctis. del.*) 27 *cf. 233,2*

Oud. *E*

spinae meae residens ad sexagesimum stadium profectio-
nem comparat. eo iam confecto uiae spatio peruenimus
ad praedictos agros ibique statim meum dominum comis
hospes opipari prandio participat. iamque iis poculis
mutuis altercantibus mirabile prorsus euenit ostentum. 175
una de cetera cohorte gallina per mediam cursitans aream
clangore genuino uelu*t* ouum parere gestiens personabat.
eam suus dominus intuens: 'o bona', inquit, 'ancilla et
satis fecunda, quae multo iam tempore cotidianis nos
partubus saginasti. nunc etiam cogitas, ut uideo, gustu-
657 lum nobis praeparare.' et 'heus', inquit, 'puer, calat⟨*h*⟩um
fetui gallinaceo destinatum angulo solito collocato.' ita,
uti fuerat iussum, procurante puero gallina consuetae
lecticulae spreto cubili ante ipso⟨*s*⟩ pedes domini prae-
maturum, sed magno prorsus futurum scrupulo prodidit
partum. non enim ouum, quod scimus, illud; sed pinnis
et unguibus et oculis et uoce etiam perfectum edidit
34 pullum, qui matrem suam coepit continuo comitari. nec
eo setius longe maius ostentum et quod omnes merito
perhorrescerent exoritur. sub ipsa enim mensa, quae
reliquias prandii gerebat, terra de⟨*h*⟩iscens imitus largis-
simum emicuit sanguinis fontem; hinc resultantes uber-
rimae guttae mensam cruore perspergunt. ipsoque illo
momento, quo stupore defixi mirantur ac trepidant diuina
praesagia, concurrit unus e cella uinaria nuntians omne
uinum, quod olim diffusum fuerat, in omnibus doliis
feruenti calore et prorsus ut igne copioso subdito ‖ re*b*ul-

---

F 170ª. φ 61ªᵇ. 5 altĩcantib; (φ) alternantibus *Stewech* 6 cristata *Cornelissen cf. 46,7, sed 59,17; de gallina dici monet Leo* 7 uelud 8 ancilla (φ) gallina *superscr. al. m.* 10 partib; (φ) *ead. m. supra* i *add.* u *cf. 39,8* 11 calatũ (c *corr. eff., potest fuisse* g) φ: galatũ 14 ipſo *em. al. m. et* φ 16 qđ ſcim; illud (φ) *induct.* 21 deiſcenſ (φ) largiſſimuſ (φ) ſ *al. m. pro compendio* ˜ *add., quod fuerat* 22 fons (φ) s (*hac forma*) *in ras., vid. fuisse* tẽ fontem *def. Petsch coll. 268,13* uberrume i *add. ead. m.* 27 rebullire b *ex* u *al. m. corr.*

Oud. *E*

lire. uis*a* e⟨*st*⟩ interea mustel*a* e[ti]tiam mortu⟨*u*⟩m ser-
pentem forinsecus mordicus adtrahens, et de ore pasto-
658 ricii canis uirens exiluit ranula ipsumque canem, qui
proximus consistebat, aries adpetitum unico morsu strangu-
lauit. haec tot ac talia ingenti pauore domini illius et
familiae totius ad extremum stuporem deiecerant animos,
quid prius quidue posterius, quid magis quid minus nu-
minum caelestium leniendis minis quot et qualibus pro-
curaretur hostiis. adhoc omnibus expectatione taeterrimae 35
formidinis torpidis accurrit quidam seruulus magnas et
postremas domino illi fundorum clades adnuntians.

Namque is adultis iam tribus liberis doctrina instructis *176*
et uerecundia praeditis uiuebat gloriosus. his adulescentibus
erat cum quodam paupere modicae casulae domino uetus
familiaritas. at enim casulae paruulae conterminos ma-
gnos et beatos agros possidebat uicinus potens et diues
et iuuenis, ⟨*s*⟩et prosapiae maiorum gloria male utens
pollensque factionibus et cuncta facile faciens in ciuitate;
⟨*hic*⟩ hostili modo uicini tenuis incursabat pauperiem
pecua trucidando, boues abigendo, fruges adhuc imma-
659 turas obterendo. iamque tota frugalitate spoliatum ipsis
etiam glebulis exterminare gestiebat finiumque inani com-
mota quaestione terram totam sibi uindicabat. tunc
agrestis, uerecundus alioquin, auaritia diuitis iam spolia-
tus, ut suo saltem sepulchro paternum retineret solum,
amicos plurimos ad demonstrationem | finium trepidans
eximie corrogarat. aderant inter alios tres illi fratres

F 170[ab]. φ 61[b]. 1 uiſę (φ) uisa est *v* muſte lętitiã (φ) *mut. al. m. in* muſtelę etiã muſtela etiam *v* mortuũ (φ) *alter.* u *add. al. m.* 2 adtraẽteſ (ẽteſ *al. m., fuit* adtrahen*) φ: adtrahenſ (*in mg.* c̊ attrahẽteſ) 3 exiluit (φ) *al. m. mut. in* liit 4 ſtrangulauit (ſ *ab al. m. redintegr.*) 7 magiſ φ: mal; 9 adhoc (φ) *cf. 112,14 205,10* 17 & (φ) set *Sauppe cf. 177,6* ⟨is⟩ et *Beyte* et ⟨splendidae⟩ prosapiae. ⟨hic⟩ *Rohde coll. 177,25* [maiorum] *Rohde fort. recte* 18 pollens qui *Bursian* 19 ⟨hic⟩ *He cf. 177,10 198,5* 24 iam ⟨fere omnibus⟩ *vdVl* 27 exumie (i above u) φ: eximie

cladibus amici quantulum quantulum ferentes auxilium.
36 nec tamen ille uaesanus tantillum praesentia multorum
ciuium territus uel etiam confusus, licet non rapinis,
saltem uerbis temperare uoluit, sed || illis clementer ex-
postulantibus feruidosque eius mores blanditiis permul-
centibus repente suam suorumque carorum salutem quam
sanctissime adiurans adseuerat parui se pendere tot me-
660 diatorum praesentiam, denique uicinum illum auriculis per
suos seruulos sublatum de casula longissime statimque
proiectum iri. quo dicto insignis indignatio totos audien-
tium pertemptauit animos. tunc unus e tribus fratribus
incunctanter et paulo liberius respondit frustra eum suis
opibus confisum tyrannica superbia comminari, cum alio-
quin pauperes etiam liberali legum praesidio de insolentia
locupletum consueuerint uindicari. quod oleum flammae,
quod sulpur incendio, quod flagellum Furiae, hoc et iste
sermo truculentiae hominis nutrimento fuit. iamque ad
extremam insaniam uecors, suspendium sese et totis illis
661 et ipsis legibus mandare proclamans, canes pastoricios *177*
uillaticos feros atque immanes, adsuetos abiecta per agros
essi*t*are cadauera, praeterea etiam transeuntium uiatorum
passi*ui*s morsibus alumnatos, laxari atque in eorum exi-
662 tium inhortatos immitti praecepit. qui simul signo solito
pastorum incensi atque inflammati sunt, furiosa rabie
conciti et latratibus etiam absonis horribiles eunt in ho-
mines eosque uariis adgressi uulneribus distrahunt ac
lacerant nec fugientibus saltem comper*c*unt, sed eo magis
37 inritatiores secuntur. tunc inter confertam trepidae mul-

F 170^b. φ 61^b. 1 quantulũ quantulũ (φ) *alter. induct.* 4 uoluit (φ) *ex priore* u *al. m. corr.* n 15 locupletũ (φ) *vid.* [1] *superscript. fuisse, sed evan.* uĩdicari *al. m. scr.; vid. fuisse* uindicari; *in mg. eras.* ·l· . . . . ari φ: uindicari 17 nutrimento (φ) *del. Rohde* 19 pastoricios *ut interpretam. ex 229,2 addit. delend. putat He* 21 eſſicare φ: exſiccare esitare *v cf. 17,8* 22 paſſib; (φ) passiuis *Colv cf. 272,5* lasciuis *E* passim *Beroald cf. 43,8* 23 p̄cipit *ead. m. add.* φ: p̄cepit 27 cõpeſcunt (φ) *em. Roald*

titudinis stragem e tribus iunior offenso lapide atque ob-
663 tunsis digitis terrae prosternitur saeuisque illis et ferocissimis canibus instruit nefariam dapem; protenus enim nancti praedam iacentem miserum | illum adolescentem frustatim discerpunt. atque ut eius letalem ululatum cognouere ceteri fratres, accurrunt maesti suppetias obuolutisque lacinia laevis ma||nibus lapidum crebris iactibus propugnare fratri atque abigere canes adgrediuntur. nec tamen eorum ferociam uel conter⟨r⟩ere uel expugnare potuere, quippe cum miserrimus adulescens ultima uoce prolata, uindicarent de pollutissimo diuite mortem fratris iunioris, ilico laniatus interisset. tunc reliqui fratres non tam hercules desperata quam ultro neglecta sua salute contendunt ad diuitem atque ardentibus animis impetuque uaesano lapidibus crebris in eum uelitantur. at ille cruentus et multis ante flagitiis similibus exercitatus percussor iniecta lancea duorum alterum per pectus medium transadegit. nec tamen peremptus ac prorsum exanimatus adulescens ille terrae concidit; nam telum transuectum
664 atque ex maxima parte pone tergum elapsum soloque nisus uiolentia defixum rigore librato suspenderat corpus. sed et quidam de seruulis procerus et ualidus sicario illi ferens auxilium lapide contorto tertii illius iuuenis dexterum brachium longo iactu petierat, sed impetu casso per extremos digitos transcurrens lapis contra omnium opinionem deciderat innoxius. non nullam tamen sagacis- 38
simo iuueni prouentus humanior uindictae speculam sub- 178
ministrauit. ficta namque manus suae debilitate sic crudelissimum iuuenem compellat: 'fruere exitio totius nostrae familiae et sanguine trium fratrum insatiabilem tuam crudelitatem pasce et de prostratis tuis ciuibus gloriose

---

F 170^b. φ 61^b 62^a. 1 offenſo pide (*ead. m. vid. supra add.* lapi, *eraso* pi *al. m.* pi *in textu scr.*) [superscript over pide: lae·] 7 ictibus *Kronenb* 9 c̄terere (φ) *em. Colv* continere *vdVl* 18 deſperatā (φ) *sed* ˜ *eras.* 22 *in mg.* d. *cf. praef. p. 34*

665 triumpha[n], dum scias, licet priuato suis possessionibus paupere fines usque et usque proterminaueris, habiturum te tamen uicinum aliquem. nam haec etiam dextera, quae tuum prorsus amputasset caput, iniquitate fati contusa decidit.'

Quo sermone, alioquin exasperatus, furiosus latro rapto gladio sua miserrimum iuuenem manu perempturus inuadit auidus. | nec tamen sui molliore⟨*m*⟩ prouocarat; quippe insperato et lon||ge contra eius opinionem resistens iuuenis complexu fortissimo arripit eius dexteram magnoque nisu ferro librato multis et crebris ictibus inpuram elidit diuitis animam et, ut accurrentium etiam familiarium manu se liberaret, confestim adhuc inimici sanguine delibuto mucrone gulam sibi prorsus exsecuit.

Haec erant quae prodigiosa praesagauerant ostenta,
666 haec quae miserrimo domino fuerant nuntiata. nec ullum uerbum ac ne tacitum quidem fletum tot malis circumuentus senex quiuit emittere, sed a*d*repto ferro, quo commodum inter suos epulones caseum atque alias prandii partes diuiserat, ipse quoque ad instar infelicissimi sui filii iugul*um* sibi multis ictibus contrucidat, quoad super mensam cernulus corruens portentuosi cruoris maculas noui sanguinis fluuio proluit.

39 Ad istum modum puncto breuissimo dilapsae domus fortunam hortulanus ille miseratus suosque casus grauiter ingemescens, deprensis pro prandio lacrimis uacuasque
667 manus complodens saepicule, protinus inscenso me retro, quam ueneramus, uiam capessit. nec innoxius ei saltem regressus euenit. nam quidam procerus et, ut indicabat habitus atque habitudo, miles e legione, factus nobis 179

F 170^b 171^a. φ 62^a. 1 triũphandũ (φ, *sed corr. in* -phaṇdū̆) *em. Pric* 6 exasperatus alioquin *vdVl* 8 nec tam̄ ſui molliore ꝑuocarat (φ, *sed em. al. m.*) *induct.* 11 liberato (e *induct.*) *em.* φ ei erepto *Bluemner* 18 abrepto φ: arrepto *cf. 23,3* 21 iugulā̃ φ: iugulū (*supra add.* gulā) 26 deprenſiſ (φ) depensis *v; neglegenter Ap., nam vid. prandisse hortulanus cf. v. 19 228,4.21*

obuius, superbo atque adroganti sermone percontatur,
quorsum uacuum duceret asinum? at meus, adhuc maerore permixtus et alias Latini sermonis ignarus, tacitus
praeteribat. nec miles ille familiarem cohibere quiuit
insolentiam, sed indignatus silentio eius ut conuicio, uiti,
668 quam tenebat, obtundens eum dorso meo proturbat. tunc
hortulanus subplicue respondit sermonis ignorantia se, quid
ille diceret, scire non posse. ergo igitur Graece subiciens
miles: 'ubi', inquit, 'ducis asinum istum?'. respondit hortulanus petere se ciuitatem proximam. 'sed mihi', inquit,
'opera[e] eius opus est; nam de proximo castello sarcinas
praesidis nostri cum ceteris iumentis debet aduehere'; et
iniecta statim manu loro me, quo ducebar, arreptum incipit || trahere. sed hortulanus prioris plagae uulnere prolapsum capite sanguinem detergens | rursus deprecatur
669 ciuilius atque mansuetius uersari commilitonem idque per
spes prosperas eius orabat adiurans. 'nam et hic ipse',
aiebat, 'iners asellus et nihilo minus ⟨*ferox*⟩ morboque
detestabili caducus uix etiam paucos holerum maniculos
de proximo hortulo solet anhelitu languido fatigatus subuehere, nedum ut rebus amplioribus idoneus uideatur gerulus.' sed ubi nullis precibus mitigari militem magisque 40
in suam perniciem aduertit efferari iamque inuersa uite
de uastiore nodulo cerebrum suum diffindere, currit ad
extrema subsidia simulansque *sese* ad commouendam
670 miserationem genua eius uelle contingere, summissus atque
incuruatus, arreptis eius utrisque pedibus sublimem elatum
terrae grauiter adplodit et statim qua pugnis qua cubitis
qua morsibus, etiam de uia lapide correpto, totam faciem
671 manusque eius et latera conuerberat. nec ille, ut primum

F 171[a]. φ 62[ab]. 11 operę (φ) *def. Armini* opera *Oud.* 12 debet *ex* debeſ *al. m., sed superscripserat* ' *pr. m.* 17 et *del. Luetj cf. 17,17* 18 nichil∗omin; (*eras.* h) nihili omnino *Petsch* indomitus? *Leo* ⟨ferox⟩ *Luetj cf. 195,16 sq.* ⟨mordax⟩ *Plasberg* ⟨minax⟩ *Purser* morboq; (φ) *sed. eras.* q; morbo quoque *Kronenb* 19 manipuloſ *v cf. Woelfflin Arch. f. lat. Lex. XII 20 sed 158,14* 25 ſimulanſ quęrere (φ) *em. Ger Voss cf. 234,8* simulansque e re *Stewech*

Oud. *E*

humi supinatus est, uel repugnare uel omnino munire se
potuit, sed plane identidem comminabatur, si surrexisset,
sese concisurum eum machaera sua frustatim. quo ser-
mone eius commonefactus hortulanus eripit ei spatham
eaque longissime abiecta rursum saeuioribus eum plagis *180*
adgreditur. nec ille prostratus et praeuentus uulneribus
ullum repperire saluti quiens subsidium, quod solum
restabat, simulat sese mortuum. tunc spatham illam secum
asportans hortulanus inscenso me concito gradu recta
festinat ad ciuitatem nec hortulum suum saltem curans
inuisere ad quempiam sibi deuertit familiarem. cunctisque
narratis deprecatur, periclitanti sibi ferret auxilium seque
cum suo sibi asino tantisper occultaret, || quoad celatus
spatio bidui triduiue capitalem causam euaderet. nec
oblitus ille ueteris amicitiae prompte suscipit, meque per
scalas complicitis pedibus in superius cenaculum adtracto
672 hortulanus deorsus in ipsa tabern[ac]ula d*e*repit in quan-
dam cistulam et supergesto delitiscit orificio.

41 *673* At miles ille, ut postea didici, tandem uelut emersus
graui crapula, nutabundus tamen | et tot plagarum dolore
saucius baculoque se uix sustinens, ciuitatem aduentat
confususque de impotentia deque inertia sua quicquam
ad quenquam referre popularium, sed tacitus iniuriam
deuorans quosdam commilitones nanctus is ta*n*tum cla-
des enarrat suas. placuit, ut ipse quidem contubernio
se tantisper absconderet — nam praeter propriam con-
tumeliam militaris etiam sacramenti genium ob amissam
spatham uerebatur —, ipsi autem signis nostris enotatis
inuestigationi uindictaeque sedulam darent operam. nec

F 171[a b]. φ 62[b]. 17 tabernacula (φ) *corrupt. ex v. antecedenti em. v* taberna clam *Rohde cf. 177,8* in ipsa tab. *del. Novák* direpit (φ) *cf. 79,13* 18 & (φ) *eras.* ſupgeſto (φ) superingesto *Leo* delitiſci torificio (φ) *al. m. corr. in* deliteſce[nti] supergesto ⟨cooperculo clauso⟩ *vdVl* 22 confusus *i. e.* *αἰσχυνθείς cf. Th. l. L. IV 266,57* 24 iſtā tū (iſtā *indux. al. m.*) φ: iſtas tū *em. Luetj.* iis tantum *vdVl sed* is *pro* iis *script. cf. 155,24* 29 uindictęq; (; *ead. m. scr. eraso* ue) φ: uindicte q̄; (‾ *induxit,* ; *add. al. m.*)

defuit uicinus perfidus, qui nos ilico occultari nuntiaret. tum commilitones accersitis magistratibus mentiuntur sese multi pretii uasculum argenteum praesidis in uia perdidisse idque hortulanum quendam repperisse nec uelle restituere, sed aput familiarem quendam sibi delitescere. tunc magistratus et damno ⟨*et*⟩ praesidis nomine cognito ueniunt ad deuersori nostri fores claraque uoce denuntiant
674 hospiti nostro nos, quos occultaret apud se certo certius, dedere potius quam discrimen proprii subiret capitis. nec ille tantillum conterritus salutique studens eius, quem in suam receperat fidem, quicquam de nobis fatetur ac die- 181
bus plusculis nec uidisse quidem illum hortulanum contendit. contra commilitones ibi nec uspiam illum delitiscere adiurantes genium principis contendebant. postremum || magistratibus placuit obstinate denegantem scrutinio detegere. immissis itaque lictoribus ceterisque publicis ministeriis angulatim cuncta sedulo perlustrari iubent, nec quisquam mortalium ac ne ipse quidem asinus intra limen comparere nuntiatur. tunc gliscit uiolentior utrimquesecus contentio, militum pro comperto de nobis 42
adseuerantium fidemque Caesaris identidem implorantium,
675 *at* illius negantis adsidueque deum numen obtestantis. qua con⟨*ten*⟩tione et clamoso strepitu cognito, curiosus alioquin et inquieti procacitate praeditus asinus, dum obliquata ceruice per quandam fenestrulam, quidnam sibi uellet tumultus ille, prospicere gestio, unus e commilitonibus casu fortuito conlimatis oculis ad umbram meam cunctos testatur incoram. magnus denique continuo clamor exortus est et emensis protinus | scalis iniecta

F 171ᵇ. φ 62ᵇ63ᵃ. 5 ibi *Seyffert* 6 & dãno p̄ſidiſ (φ) et damno ⟨et⟩ pr. *Pric* cum damno pr. *v* pr. nomine et damno *vdVl* cognito (i *inter scribend. ex* a *ead. m. corr.*) 7 deū-ſori (i *al. m. add. vid.*) 9 dederet *Scriver cf. 241,14* 12 nec *cf. 107,4* 13 uspiam ⟨alias⟩ *Luetj* ⟨alibi⟩ *vdVl coll. 35,15 47,17 127,17 254,18 fort. recte; sed cf. 107,7 123,6 224,29* 19 cōparare *em.* φ 22 ad (φ) 23 c̄tione φ: cōtentione 29 ꝓten; i *add. ead. m. antea* e *mutat. in* i φ: ꝓtin;

manu quidam me uelut captiuum detrahunt. iamque
omni sublata cunctatione scrupulosius contemplantes
singula, cista etiam illa reuelata, repertum productumque
et oblatum magistratibus miserum hortulanum poenas
scilicet capite pensurum in publicum deducunt carcerem
summoque risu meum prospectum cauillari non desinunt.
676 unde etiam de prospectu et umbra asini natum est fre-
quens prouerbium.

677 LIBER X

1 Die sequenti meus quidem dominus hortulanus quid
egerit nescio, me tamen miles ille, qui propter eximiam
impotentiam pulcherrime uapularat, ab illo praesepio nullo
equidem contradicente diductum abducit atque a suo con-
tubernio — hoc enim mihi uidebatur — sarcinis propriis 182
onustum et prorsum exornatum armatumque militariter
producit ‖ ad uiam. nam et galeam nitore praemican-
678 tem et scutum *gerebam* longi*us* re[m]lucens, sed etiam
lanceam longissimo hastili conspicuam, quae scilicet non
disciplinae tunc quidem causa, sed propter terrendos mi-
679 seros uiatores in summo atque edito sarcinarum cumulo
ad instar exercitus sedulo composuerat. confecta cam-
pestri nec adeo difficili uia ad quandam ciuitatulam per-
uenimus nec in stabulo, sed in domo cuiusdam decurionis
deuertimus. statimque me commendato cuidam seruulo
ipse ad praepositum suum, qui mille armatorum ducatum
sustinebat, sollicite proficiscitur.

F 171ᵇ 172ᵃ. φ 63ᵃ. 8 *cf. Otto Sprichwört. d. Römer Lps. 1890 p. 41* Ɛgo ſalluſtiuſ legi & em̄daui rome felix. Olibio & pbino | uc conſ. In foro martiſ c̄trou̅ſiā declamanſ oratori endelechio. | Rurſuſ c̄ſtantinupoli recognoui ceſario & ᴺattico conſ. L̄ĪB̄. VIIII · ƐXPLICIT. INCIPIT X · 13 φ: deductum 16 ⟨gerebam⟩ galeam? *He* 17 cetera (φ) cetra *Roald cf. Corp. gloss. VI 204 Verg. A. VIII 92* ceporam *vel* gerebam *Oud* iniecerat *Leo* longiorē lucenſ (φ) *em. Elmenh* longius lucens *vir doct. ap. Wower* longe rel. *Brakman cf. 151,24* 21 ⟨et⟩ confecta *Leo*

Oud. E

Post dies plusculos ibidem dissignatum scelestum ac 2
nefarium facinus memini, sed ut uos etiam legatis, ad
librum profero. dominus aedium habebat iuuenem filium
probe litteratum atque ob id consequenter pietate, mo-
destia praecipuum, quem tibi quoque prouenisse cuperes
uel talem. huius matre multo ante defuncta rursum
matrimonium sibi reparauerat ductaque alia filium pro-
creauerat alium, qui adaeque iam duodecimum annum |
aetatis supercesserat. sed nouerca forma magis quam
moribus in domo mariti praepollens, seu naturaliter im-
pudica seu fato ad extremum impulsa flagitium, oculos
ad priuignum adiecit. iam ergo, lector optime, scito te
tragoediam, non fabulam legere et a socco ad coturnum
680 ascendere. sed mulier illa, qua*m*diu primis elementis
Cupido paruulus nutriebatur, inbecillis adhuc eius uiri-
bus facile ruborem tenuem deprimens silentio resistebat.
at ubi completis igne uaesano totis praecordiis inmodice
bacchatus Amor exaestuabat, saeuienti deo iam succubuit,
et languore simulato uulnus animi mentitur in corporis
681 ualetudine. iam cetera salutis uultusque detrimenta et
aegris et amantibus examussim conuenire nemo qui
nesciat: pallor[e] deformis, marcentes oculi, lassa genua,
682 quies turbida et suspiritus cruciatus tarditate || uehemen-
tior. crederes et illam fluctuare tantum uaporibus febrium, 183
nisi quod et flebat. heu medicorum ignarae mentes, quid
uenae pulsus, quid coloris intemperantia, quid fatigatus
anhelitus et utrimquesecus iactatae crebriter laterum mu-

F 172ᵃ. φ 68ᵃ. 1 diſſignatū (φ) *cf. 199,12* des— *v*
4 pietate ⟨et⟩ *Scriver* modestia⟨que⟩ *Oud* 9 ſupgeſſerat
(φ) supercesserat *Dousa* supergressus erat *v* supergresserat
Colv 13 cutnū (t *superscr.*) *em.* φ cothurnum ⟨me⟩ *Bluemner*
14 quandiu *cf. 241,16* 16 ruborē (φ) *def. Wiman* ardo-
rem *Lennep* feruorem *Seyffert* 18 iam deo *Pric* 19/20 uale-
tudinem *Bernhardy* uertitur in c. ualetudinem *Bluemner* [in]
corp. ualetudinem *Leo* 22 pallore (φ) *em. v* ⟨facies⟩ pal-
lore *vdVl* ⟨uultus⟩ p. *Rohde cf. 123,3 183,9* 23 toruitate *Petsch*
26 coloriſ (φ, *al. m. corr. in* cal) *pertinet ad pallorem*
27 laterum (um *corr. ex* on *ead. m.*) φ: lateron (i *superscr.*)

Oud. *E*

tuae uicissitudines? dii boni, quam facilis licet non artifici medico, cuiuis tamen docto Veneriae cupidinis comprehensio, cum uideas aliquem sine corporis calore 3 flagrantem. ergo igitur inpatientia furoris altius agitata diutinum rupit silentium et ad se uocari praecipit filium — *683* quod nomen in eo, si p[s]osse*t*, ne ruboris admoneretur, libenter eraderet. nec adulescens aegrae parentis moratus imperium, senili tristitie striatam gerens frontem, cubiculum petit, uxori[s] patris matri[s]que fratris utcumque debitum sistens obsequium. sed illa cruciabili silentio diutissime fatigata et ut in quodam uado dubitationis haerens omne uerbum, quod praesenti sermoni putabat aptissimum, rursum improbans nutante etiam nunc pudore, unde potissimum caperet exordium, decunctatur. at iuuenis nihil etiam tunc sequius suspicatus summisso uultu rogat | ultro praesentis causas aegritudinis. tunc illa nancta solitudinis damnosam occasionem prorumpit in audaciam et ubertim *684* adlacrimans laciniaque contegens faciem uoce trepida sic eum breuiter adfatur:

'Causa omnis et origo praesentis doloris et etiam medela ipsa et salus unica mihi tute ipse es. isti enim tui oculi per meos oculos ad intima delapsi praecordia meis medullis acerrimum commouent incendium. ergo miserere tua causa pereuntis nec te religio patris omnino deterreat, cui morituram prorsus seruabis uxorem. illius enim recognoscens imaginem in tua facie merito te diligo. habes solitudinis plenam fiduciam, habes capax necessarii facinoris otium. nam quod nemo nouit, paene non fit.'

F 172ª. φ 63ᵃᵇ. 2 docto (φ) *sc. experto* indocto *Rohde* 6 in eoſ ipſoſ ſed (φ) *em. Rohde* 8 seniliter *Bluemner* 9 uxoriſ — matriſque *em. Lipsius* 10 *cf. 246,4* obſequũ ſed *al. m. corr. in* —ũ Sed 12 putarat *vdVl*
□ 20 sed etiam *Oud. cf. 250,1* 28 penit; (it *refict.;* t; *vid. induct. fuisse, nisi potius atramentum litterar. redintegrat. per membranam dispersum est; infra* i *vestigia apparent e quibus concludas antea* e *mutando ex* i *effect. fuisse aut* i *ex* e; *librar. ipse vid. dubitavisse essetne scribendum* penit; *an* pene) φ: pene *cf.*

Oud. *E*

Repentino malo perturbatus adolescens, quanquam tale 4
685 facinus protinus || exhorruisset, non tamen negationis intempestiua seueritate putauit exasperandum, sed cautae 184
promissionis dilatione leniendum. ergo prolixe pollice[re]tur et, bonum caperet animum refectionique se ac saluti redderet, impendio suadet, donec patris aliqua profectione liberum uoluptati concederetur spatium, statimque se refert a noxio conspectu nouercae. et *t*am magnam domus cladem ratus indigere consilio pleniore ad quendam com-
686 pertae grauitatis educatorem senem protinus refert. ne⟨*c*⟩ quicquam diutina deliberatione tam salubre uisum quam fuga celeri procellam fortunae saeuientis euadere. sed impatiens uel exiguae dilationis mulier ficta qualibet causa confestim marito miris persuadet artibus ad longissime dissitas festinare uillulas. quo facto meturatae spei uaesania praeceps promissae libidinis flagitat uadimonium. sed iuuenis, modo istud modo aliud causae faciens, execrabilem frustratur eius conspectum, quoad illa, nuntiorum uarietate pollicitationem sibi denegatam manifesto perspiciens, mobilitate lubrica nefarium amorem ad longe deterius transtulisset odium. et adsumpto statim nequissimo et ad omne facinus emancipato quodam do|tali seruulo perfidiae suae consilia communicat; nec quicquam melius uidetur quam uita miserum priuare iuuenem. ergo missus continuo furcifer uenenum praesentarium comparat idque
687 uino diligenter dilutum insontis priuigni praeparat exitio.
ac dum de oblationis opportunitate secum noxii deliberant 5
homines, forte fortuna puer ille iunior, proprius pessimae

Weyman Stud. 358 Zeno Veron. II 25 p. 222: paene pro infecto habetur quod non diffamatur

F 172ᵇ. φ 63ᵇ. 3 exaſperandũ (φ) *sc. malum* -dam *v ante Colv* 4 leniendũ (φ) -dam *v ante Colv* pollicere²t *em.* φ 7 ſtatĩq; (q; *in ras.; voluerat scribere* quę) 8 Et *al. m. in ras. maiore, in qua extrema eras.* ã φ: etiã (*al. m. superscr.* et iã) et tam *Pric cf. 23,9 79,19 154,2 242,12* 10 ⟨suum⟩ senem *vdVl* ne (φ, *m. rec. add.* c)

feminae filius, post matutinum laborem studiorum domum se recipiens, prandio iam capto sitiens repertum uini poculum, in quo uenenum latebat inclusum, nescius || fraudis occultae continuo perduxit ⟨*h*⟩austu. atque ubi fratri suo paratam mortem ebibit, exanimis terrae procumbit, illicoque repentina pueri pernicie paedagogus commotus ululabili clamore matrem totamque ciet familiam. iamque cognito casu noxiae potionis uarie quisque praesentium auctores insimulabant extremi facinoris. sed dira illa femina et malitiae nouercalis exemplar unicum non *688* acer*b*a filii morte, non parricidii conscientia, non infortunio domus, non luctu mariti uel aerumna funeris commota *185* cladem familiae ⟨*in*⟩ uindictae compendium traxit, missoque protinus cursore, qui uianti marito domus expugnationem nuntiaret, ac mox eodem ocius ab itinere regresso personata nimia temeritate insimulat priuigni ueneno filium suum interceptum. et hoc quidem non adeo mentiebatur, quod iam destinatam iuueni mortem praeuenisset puer, sed fratrem iuniorem fingebat ideo priuigni scelere peremptum, quod eius prob⟨*r*⟩osae libidini, qua se comprimere *689* temptauerat, noluisse⟨*t*⟩ succumbere. nec tam[en] inmanibus contenta mendacis addebat sibi quoque ob detectum flagitium eundem illum gladium comminari. tunc infelix duplici filiorum morte percussus magnis aerumnarum procellis aestuat. nam et iuniorem incoram sui funerari uidebat et alterum ob incestum parricidiumque capitis scilicet damnatum iri certo sciebat. ad hoc uxoris dilectae nimium mentitis lamentationibus ad extremum subolis imp⟨*el*⟩lebatur odium.

F 172ᵇ. φ 63ᵇ 64ᵃ. 4 auſtu. Qui (Qui *al m. in ras. scr.*) φ: hauſtu. atq' 11 acerba (b *ex* u *corr. al. m.*) 13 a clade *Bluemner* ⟨in⟩ uindictae *Modius* 20 ꝓboſę (φ) *em. v* 21 noluiſſe (φ, *sed. em. al. m.*) tam̄ (φ) tam *v* tamen ⟨tam⟩ *vdVl* 22 mendaciſ (*al. m. em. eff.* -iiſ) *cf. 199,15* detrectatum *vdVl* 24 ⟨pater⟩ inf. *vdVl* ⟨senex⟩ *Brakman* 29 suboliſ (u *mut. in* o) φ: ſoboliſ (u written above o) *corr. ead. m.* implebat (ι written above) (φ) *em. v cf. 47,22 178,17 225,4*

Oud. *E*

690 Vixdum pompae funebres et sepultura filii fuerant 6 explicat*ae*, et statim ab ipso eius rogo senex infelix, | ora sua recentibus adhuc rigans lacrimis trahensque cinere sordentem canitiem, foro se festinus immittit. atque ibi tum fletu, tum precibus genua etiam decurionum contingens nescius fraudium pessimae mulieris in exitium reliqui filii plenis operabatur affectibus: illum incestum paterno thalamo, illum parricidam fraterno exitio et in comminata nouercae caede sicarium. tanta denique miseratione tantaque || indignatione curiam, sed et plebem maerens inflammauerat, ut remoto iudicandi taedio et accusationis manifestis probationibus et responsionis meditatis ambagibus cuncti conclamarint lapidibus obrutum publicum malum publice uindicari.

691 Magistratus interim metu periculi proprii, ne de paruis indignationis elementis ad exitium disciplinae ciuitatisqu*e* seditio procederet, partim decuriones deprecari, partim populares compescere, ut rite et more maiorum iudicio reddito et utrimquesecus allegationibus examinatis *186* ciuiliter sententia promeretur nec ad instar barbaricae feritatis uel tyrannicae impotentiae damnaretur aliquis inauditus et in pace placida tam dirum saeculo proderetur exemplum. 7 placuit salubre consilium et illco iussus praeco pronuntiat, patres in curiam conuenirent. quibus protinus dignitatis iure consueta loca residentibus rursum praeconis uocatu primus accusator incedit. tunc demum 692 clamatus inducitur etiam reus, et exemplo legis Atticae Martiique iudicii causae patronis denuntiat praeco neque

---

F 173^a φ $63^b 64^a$. 1 fuer^n^at (*ead. m. add.* ⁿ *perparv.*) φ: fuerat *cf. v 24 246,11* 2 eẋplicata (φ) *em. v* 8 ⟨polluto⟩ paterno *He sed vetat aequilibrium enuntiati* 14 uindicari ⟨oportere⟩ *vdVl coll. 242,12; sed cf. 152,22 sq. 213,25 233,16 235,7 sq. 238,5 239,14 241,28 243,2 al.* 16 ciuitatiſquę (φ: q̄) *em. v* 22 placida* (a *corr. al. m. ex* ae, e *antea inducta*) φ: placida 24 c̄uenir& (n supra) *em. ead. m. et* φ *cf. v. 1* 25 ꝓten; (i supra) *em. ead. m.* φ: ptin; 28 *cf. Iul. Poll. VIII 117* p̄coneq; (¯ *supra* e *al. m. add.*) φ: p̄co/neq;

Oud. *E*

principia dicere neque miserationem commouere. haec ad istum modum gesta compluribus mutuo sermocinantibus cognoui. quibus autem uerbis accusator urserit, quibus rebus diluerit reus ac prorsus orationes altercationesque neque ipse absens apud praesepium scire neque ad uos, quae ignoraui, possum enuntiare, sed quae plane comperi, ad istas litteras proferam. simul enim finita est dicentium contentio, ueritatem criminum fidemque probationibus
693 certis instrui nec suspicionibus tantam coniecturam permitti placuit atque illum potissimum seruum, qui solus haec ita *g*esta esse scire diceretur, | sisti modis omnibus oportere. nec tantillum cruciarius ille uel fortuna tam magni iudicii uel confertae conspectu curiae uel certe noxia conscientia sua deterritus, quae ipse finxe||rat, quasi uera adseuerare atque adserere incipit: quod se uocasset indignatus fastidio nouercae iuuenis, quod, ulciscens iniuriam, filii eius mandauerit necem, quod promisisset grande silentii praemium, quod recusanti mortem sit comminatus, quod uenenum sua manu temperatum dandum fratri reddiderit, quod ad criminis probationem reseruatum poculum nec *secus ille* suspicatus sua postremum manu porrexerit puero. haec eximi*e ac* nim⟨*is*⟩ ad ueritatis ima-
694 gine⟨*m*⟩ uerberone illo simula⟨*ta*⟩ *c*um trepidatione
8 p*ro*ferente finitum est iudicium. nec quisquam decurionum

F 173ᵃ. φ 64ᵃ. 3 urſerit (φ) u *in* o *corr. al. vel ead. m.; ante* urſerit *spatium paulo maius, sed nihil script. fuit; in mg.* ·d· *cf. praef. 34* reū *antepos. m. rec. in φ,* crimen *Cast* 5 ⟨potui⟩ *post* scire *add. vdVl cum m. rec. in φ, ante* scire *Brakman*

9 ſuſpicionib; (ni *ead. m. add.,* ni *in textu correct. effect.*) 10 p̃ptiſ|ſimū (φ) *al. m. radendo eff.* potiſ|; *sed in mg. pr. m. add.* potiſſi 11 jeſta *em.* φ 12 oportere *del. Brakman* forma *Brant* 13 uel** c̄fertę *eras.* le (φ) 21 neclexisse (φ) nec ſec' ille *He* 22 eximia enī (φ) eximie (ac *He*) nimis *Leo* — eximie enim — *Luetj* examussim *Koch* eximie [enim] *Novák* eximie mentita *Bluemner* eximie en. — imaginem ⟨simulata⟩ *vdVl* minime anxie *Haeberlin* imaginē (φ) ¯ *al. m. add.* 23 ſimulatū (φ) simulata *v* simulata cum *Oud* sine ulla tum *vdVl* sine ulla *Novák* simulata. ⟨dissimulata⟩ *Haeberlin* 24 pſerente (φ) prof- *He*

Oud. *E*

tam aequus remanserat iuueni, quin eum euidenter noxae compertum insui culleo pronuntiaret. cum iam sententiae pares, cunctorum stilis ad unum sermonem congruentibus, 187 ex more perpetuo in urnam aeream deberent coici, quo semel conditis calculis, iam cum rei fortuna transacto, nihil postea commutari licebat, sed mancipabatur potestas capitis in manum carnificis, unus e curia senior prae ceteris compertae fidi atque auctoritatis praecipuae medicus orificium urnae manu contegens, ne quis mitteret calculum temere, haec ad ordinem pertulit:

'Quod aetatis sum, uobis adprobatum me *u*ixisse gaudeo, nec patiar falsis criminibus petito reo manifestum 695 homicidium perpetrari nec uos, qui iure iurando adstricti iudicatis, inductos seruuli mendacio peierare. ipse non possum calcata numinum religione conscientiam meam fallens perperam pronuntiare. ergo, ut res est, de me cognoscite.

9 Furcifer iste, uenenum praesentarium comparare sollicitus centumque aureos solidos offerens pretium, me non olim conuenerat, quod aegroto cuidam dicebat necessarium, qui morbi inextricabilis ueterno uehementer implicitus uitae se cruciatui subtrahere gestiret. at ego, perspiciens malum istum uerberonem blaterantem atque inconcinne causificantem || certusque aliquod moliri flagi- 696 tium, dedi quidem potionem, dedi; sed futurae quaestioni praecauens non statim pretium, quod offerebatur, ac|cepi, sed "ne forte aliquis", inquam, "istorum, quos offers, aureorum nequam uel adulter repperiatur, in hoc ipso sacculo conditos eos anulo tuo praenota, donec altera die nummulario praesente comprobentur". sic inductus

F 173^{ab}. φ 64^{ab}. 4 qua? *He cf. 24,20* 8 fidej (φ) ej *ex* i *al. m. corr. sed cf. Gell. IX 14 Neue-Wagener Lat. Formenl.* I^3 *574 sq.* 10 $\overset{\text{di}}{\text{orn}}$ē *em. ead. m.* 11 dixiſſe (φ) *em. Beroald* 12 petitor eo *corr. al. m.* 18 Furcifer (F *ex* f *corr.*) 21 $\overset{\text{i}}{\text{implica}}$t; *em. ead. m.* φ: implicit; 27 $\overset{\text{e}}{\text{offer}}$ſ (e *aut eras. aut evan.*) φ: offerſ

Oud. *E*

signauit pecuniam, quam exinde, ut iste repraesentatus est iudicio, iussi de meis aliquem curriculo taberna promptam adferre et en ecce perlatam coram ex⟨*h*⟩ibeo. uideat et suum sigillum recognoscat. nam quem ad modum eius ueneni frater insimulari potest, quod iste comparauerit?'

10 Ingens exinde uerberonem corripit trepidatio et in uicem humani coloris succedit pallor infernus perque uniuersa membra frigidus sudor emanabat: tunc pedes in- *188*
certis alternationibus commouere, modo hanc, modo illam
697 capitis partem scalpere et ore semiclauso balbuttiens nescio quas a*f*annas effutire, ut eum nemo prorsus a culpa uacuum merito crederet; sed reualescente rursus astutia constantissime negare et accersere mendacii non desinit medicum. qui praeter iudicii religionem cum fidem suam coram lacerari uideret, multiplicato studio uerberonem illum contendit redarguere, donec iussu magistratuum ministeria publica contrectatis nequissimi serui manibus anulum ferreum deprehensum cum signo sacculi conferunt, quae comparatio praecedentem roborauit suspicionem. nec rota uel eculeus more Graecorum tormentis eius apparata iam deerant, sed offirmatus mira praesumptione nullis uerberibus ac ne ipso quidem succumbit igni.

11 Tum medicus: 'non patiar', inquit, 'hercules, non patiar uel contra fas de innocente isto iuuene supplicium uos sumere uel hunc ludifi||cato nostro iudicio poenam noxii facinoris euadere. dabo enim rei praesentis euidens argumentum. nam cum uenenum peremptorium comparare pessimus iste gestiret nec meae sectae crederem conuenire causas ulli praebere mortis nec exitio, sed saluti
698 hominum medicinam quaesitam esse didicissem, uerens, ne, si daturum me negassem, intempestiua repulsa uiam sceleri subministrarem et ab alio quo|piam exitiabilem mercatus hic potionem uel postremum gladio uel quouis telo nefas

F 173b. φ 64b. 8 exibeo (φ, *sed al. m. add.* h) 11 balbutt- *cf. 24,11 187,23* 12 aſannaſ (φ) *em. v cf. 210,8* 34 telone—faſ

Oud. E

inchoatum perficeret, dedi uenenum, sed somniferum, mandragoram illum grauedinis compertae famosum et morti simillimi soporis efficacem. nec mirum desperatissimum istum latronem certum extremae poenae, quae more maiorum in eum competit, cruciatus istos ut leuiores facile tolerare. sed si uere puer meis temperatam manibus sumpsit potionem, uiuit et quiescit et dormit et protinus marcido sopore discusso remeabit ad diem lucidam. quod sine peremptus est si⟨ne⟩ morte praeuentus est, quaeratis
699 licet causas mortis eius alias.'

Ad istum modum seniore adorante placuit, et itur 12
confestim magna cum festinatione ad illud sepulchrum, 189
quo corpus pueri depositum iacebat. nemo de curia, de optimatibus nemo ac ne de ipso quidem populo quisquam, qui non illuc curiose confluxerit. ecce pater, suis ipse manibus coperculo capuli remoto, commodum discusso mortifero sopore surgentem postliminio mortis deprehendit filium eumque complexus artissime, uerbis impar praesenti gaudio, producit ad populum. atque ut erat adhuc
700 feralibus amiculis instrictus atque obditus deportatur ad iudicium puer. iamque liquido serui nequissimi atque mulieris nequioris patefactis sceleribus procedit in medium nuda ueritas et nouercae quidem perpetuum indicitur exilium, seruus uero patibulo suffigitur et omnium consensu bono medico sinuntur || aurei, opportuni somni pretium. et illius quidem senis famosa atque fab⟨*ul*⟩osa fortuna prouidentiae diuinae condignum accepit exitum, qui momento modico, immo puncto exiguo post orbitatis periculum adulescentium duorum pater repente factus est.

F 173[b] 174[a]. φ 64[b]. 1/2 mandragora* (*eras.* ˜) illu[τ] ([τ] *al. m. ex* ˜ *corr.*) φ: mandragorā illū 8 efficax (x *in ras. al. m. pro* cē) φ: efficacē 9 si[ue] *He* si uere *v* ſi (φ) siue *v*
11 ⟨experiri⟩ placuit *vdVl* ⟨periclitari⟩ *Brakman*
14 *cf. 97,14 sq.* 16 *cf. 144,9* 20 obsitus *He cf. 57,20*
25 *vid. fuisse* opportuiſ (ni supra) ōi (*del.* i *et supra add.* ni *ead. m.*), *al. m. cff.* opportu** (ni supra) ſōnȷ φ: oportunuſ ōmī *vel* oini 26 faboſa (φ) *al. m. ex* b *corr.* b', *al. in mg. add.* fab'oſa

Oud. E

13 At ego tunc temporis talibus fatorum fluctibus uolutabar. miles ille, qui me nullo uendente comparauerat et sine pretio suum fecerat, tribuni sui praecepto debitum sustinens obsequium, litteras ad magnum scriptas principem Romam uersus perlaturus, uicinis me quibusdam duobus seruis fratribus undecim denariis uendidit.
701 his erat diues | admodum dominus. at illorum alter pistor dulciarius, qui panes et mellita concinnabat edulia, alter cocus, qui sapidissimis intrimentis sucuum pulmenta condita uapore mollibat. unico illi contubernio communem uitam sustinebant meque ad uasa illa compluria gestanda prae[de]stinarant, quae domini regiones plusculas perer-
702 rantis uariis usibus erant necessaria. adsciscor itaque inter duos illos fratres tertius contubernalis, haud ullo tempore tam beniuolam fortunam expertus. nam uespera post opiparas cenas earumque splendidissimos apparatus multas numero partes in cellulam suam mei solebant reportare domini: ille porcorum, pullorum, piscium et cuiusce 190
modi pulmentorum largissimas reliquias, hic panes, crustula, *l*ucunculos, hamos, lacertulos et plura scitamenta
703 mellita. qui cum se refecturi clausa cellula balneas petissent, oblatis ego diuinitus dapibus adfatim saginabar. nec enim tam stultus eram tamque uere asinus, ut dulcissimis illis relictis cibis cenarem asperrimum faenum.
14 et diu quidem pulcherrime mihi furatrinae procedebat artificium, quippe adhuc timide et satis parce subripienti de tam multis pauciora nec illis fraudes ullas in asino

F 174[a]. φ 64[b]65[a]. 2 cõparauerat rat (p *ex* r *al. m.*, rat *induct.*) 3 pretio (φ) o *ex* ũ *ead.* (?) *m. corr.* 4 sistens *Pric coll. 238,10* 8 ̄ccinnebat (e *mut. in* a *et supra add.* [a] *ut vid. pr. m.*) 11 ſuſtinebāt (*eras. vid.* [n], ̄ *al. m. add.*) *cf. 241,1* 12 praedeſtinarant (φ) *em. v cf. 86,17* d̄niſ (ſ *vid. al. m. add.*) — perrantib; (b; *al m. ex* ſ *ut vid. corr.*) φ: d̄ni — perrantiſ 14 ̄ttiuſ ̄ttiuſ (*prius induct.*) 16 e⟨pul⟩arumque *vd Vl fort recte* escarumque *Kroll* 18 cuiusce *cf. 190,15* 20 Iucunculoſ *em. Scal* lucunt- *Kronenb cf. praef. 44, sed Heraeus Sprach. d. Petron Lpz. 1899 p. 49* laterculos *Colv coll. Plaut. Poen. 325*

Oud. *E*

suspicantibus. at ubi fiducia latendi pleniore capta partes|| opimas quasque deuorabam et iucundiora eligens abligurri*b*am dulcia, suspicio non exilis fratrum pupugit animos et quanquam de me nihil etiam tum tale crederent, tamen cotidiani damni studiose uestigabant reum.

Illi uero postremo etiam mutuo sese rapinae turpissimae criminabantur, iamque curam diligentiorem et acriorem custodelam et dinumerationem adhibebant partium. tan-
704 dem denique rupta uerecundia sic alter alterum compellat:

'A*t* istud iam neque aequum ac ne humanum quidem cotidie *te* partes electiores surripere atque iis diuenditis peculium latenter augere, de reliquis aequam uindicare di|uisionem. si tibi denique societas ista displicet, possumus omnia quidem cetera fratres manere, ab isto tamen nexu communionis discedere. nam uideo in immensum damni procedentem querelam nutrire nobis immanem discordiam.'

Subicit alius: 'laudo istam tuam mehercules et ipse constantiam, quod cotidie furatis clanculo partibus praeuenisti querimoniam, quam diutissime sustinens tacitus ingemescebam, ne uiderer rapinae sordidae meum fratrem
705 arguere. sed bene, quod utrimquesecus sermone prolato iacturae ⟨*re*⟩medium quaeritur, ne silentio procedens simul[a]tas Eteocleas nobis contention*es* pariat.' *191*

His et similibus altercati conuiciis deierantur utrique **15**
nullam se prorsus fraudem, nullam denique subreptionem

F 174ᵃ. φ 65ᵃ. 2 opimaſ (φ) optimas *He* abligurribā̃ (b *in ras. ex* u *al. m. corr.*) 3 dulciter *Oud* 6 immo uero *vdVl* taciti uero *Leo* 11 ad (φ) 12 ac (φ) te *Elmenh cf. apol. 22 (26,11) praef. 41* 14 ſi tibi (φ) *vid. al. m. correx. ex* ſi/t ibi *inter* denique *et* societaſ *spatium decem fere litt. propter membranae asperitatem vacuum relict.* 15 oīā *prorsus evan.* 18 diſcordiā̃ ſubicit (*al. m. recte distinx. effecto* — ā̃ S —) 24 mediū̃ (φ) *em. Beroald* ſimulataſ (φ) *em. v* 25 & eocleaſ *em. al. m.* c̄tentionib; (φ) *em. v* 26 deierant *Oud* 27 ſubreptionē̃ (o *ex* u *corr. ead. m.*)

Oud. *E*

factitasse, sed plane debere cunctis artibus communis dispendii latronem inquiri; nam neque asinum, qui solus interesset, talibus cibis adfici posse et tamen cotidie par- 706 tis electiles conparere nusquam nec utique cellulam suam tam immanes inuolare muscas, ut olim Harpyiae fuere, quae diripiebant Fineias dapes.

Interea liberalibus cenis inescatus et humanis || adfatim cibis saginatus corpus obesa pinguitie compleueram, corium aruina suculenta molliueram, pilum liberali nitore nutriueram. sed iste corporis mei decor pudori peperit grande dedecus. insolita namque tergoris uastitate commoti, faenum prorsus intactum cotidie remanere cernentes, iam totos ad me dirigunt animos. et hora consueta uelu*t* balneas petituri clausis ex more foribus per quandam modicam cauernam rimantur me passim expositis epulis inhaerentem nec ulla cura iam damni sui habita mirati monstruosas asini delicias risu maximo dirumpuntur uocatoque uno et altero ac dein pluribus conseruis demonstrant infandam memoratu hebetis iumenti gulam. tantus denique ac tam liberalis cachinnus cunctos inua- 707 ṣerat, ut ad aures quoque praeter*e*un[c]tis | perueniret 16 domini. sciscitatus denique, quid bonum rideret familia, cognito quod res erat, ipse quoque per idem prospiciens foramen delectatur ex*i*mie; ac dehinc risu ipse quoque latissimo *a*dusque intestinorum dolorem redactus, iam patefacto cubiculo proxime consistens coram arbitratur. nam et ego tandem ex aliqua parte mollius mihi renidentis fortunae contemplatus facie⟨*m*⟩, gaudio praesentium fiduciam mihi subministrante, nec tantillum commotus securus esitabam, quoad nouitate spectaculi laetus dominus aedium duci me iussit, immo uero suis etiam ipse

---

F 174[ab]. φ 65[ab]. 3 adlici *Beyte Plin. ep. III 1,9 cft. Hild* pateſ (t *ut vid. ex* ſti *corr. et* ˜ *add. al. m.*) φ: paſtiſ partes *v* 8 pinguitię 11 commoti ⟨mei⟩ (*scil. domini*) *Rohde* 12 faenum ⟨fratres⟩ *Brakman* 14 uelud 21 p̄t̃cunctiſ (φ, *sed em. m. pr.*) 22 bonum *cf. 94,10* nouum *Koch* 24 exumię *em.* φ 28 facie (φ) *em. v* 31 ⟨intus⟩ aed. *Beyte* ⟨in⟩duci *He*

manibus ad triclinium perduxit mensaque posita omne
genus edulium solidorum et inlibata fercula iussit adponi.
at ego quanquam iam *b*ellule suffarcinatus, gratiosum
commendatioremque me tamen ei facere cupiens esurienter *192*
708 ex⟨*h*⟩ibitas escas adpetebam. nam et, quid potissimum
abhorreret asino, excogitantes scrupulose, ad explorandam
mansuetudinem id offerebant mihi, carnes lasere infectas,
altilia pipere ‖ inspersa, pisces exotico iure perfusos. in-
terim conuiuium summo risu personabat. quidam deni-
que praesens scurrula: 'date', inquit, 'sodali huic quip-
piam meri.'

Quod dictum dominus secutus: 'non adeo', respondit,
'absurde iocatus es, furcifer; ualde enim fieri potest, ut
contubernalis noster poculum quoque mulsi libenter ad-
petat.' et 'heus', ait, 'puer, lautum diligenter ecce illum
aureum cantharum mulso contempera et offer pa⟨*ra*⟩sito
709 meo; simul, quod ei praebiberim, commoneto.'

Ingens exin oborta est epulonum expectatio. nec ulla
tamen ego ratione conterritus, otiose ac satis genialiter
contorta in modum linguae postrema labia grandissimum
illum calicem uno haustu per*d*uxi. clamor exurgit con-
sona uoce cunctorum salute me prosequentium. magno **17**
denique delibutus gaudio dominus, uocatis seruis suis,
emptoribus meis, iubet quadruplum restitui pretium meque
cuidam acceptissimo liberto suo et satis peculiato mag-
na⟨*m*⟩ praefatus diligentia⟨*m*⟩ tradidit. qui me satis hu-
mane satisque comiter nutrie|bat et, quo se patrono com-
mendatiorem faceret, studiosissime uoluptates eius per
meas argutias instruebat. et primum me quidem mensam

F 174ᵇ. φ 65ᵇ. 3 uellule *em.* φ 5 exibitaſ (φ, *al. m. add.* h) qd (φ) quidquid *v* quod *E* et quid (*i. e.* ecquid) *coniungit dubitanter Leo* 13 locutus *v* 16 offer (φ) *post* r *eras.* ſ *cf. 21,21* paſito (φ, *em. al. m.*) *in mg.* d 20 ligulae *Bluemner* 21 pauxi φ: pauſi (h *al. m. ut vid. add.*) perduxi *vir. doct. ap. Oud cf. 240,4* *Clamor (C *al. m. ex* c [*eras. & ? Rob*]) 22 ſalute me pſequentiū *induct.* 25/26 magna — diligentia (φ) magnam — diligentiam *Groslot*

Oud. *E*

accumbere suffixo cubito, dein adluctari et etiam saltare
710 sublatis primoribus pedibus perdocuit, quo⟨*d*⟩que esset
adprime mirabile, uerbis nutum commodare, ut quod
nollem relato, quod uellem deiecto capite monstrarem,
sitiensque pocillatore[m] respecto, ciliis alterna coniuens,
bibere flagitarem. atque haec omnia perfacile oboediebam,
quae nullo etiam monstrante scilicet facerem. sed
uerebar, ne, si forte sine magistro humano ritu ederem,
pleraque rati scaeuum praesagium portendere[m], uelut
711 monstrum ostentumque me obtruncatum uulturiis opimum *193*
pabulum redderent. iamque rumor publice crebruerat,
quo conspectum atque famigerabilem meis miris artibus
effeceram dominum: hic est, qui sodalem conuiuamque
possidet asinum luctantem, asinum saltantem, asinum
uoces humanas || intellegentem, sensum nutibus exprimentem.

18 Sed prius est, ut uobis, quod initio facere debueram,
uel nunc saltem referam, quis iste uel unde fuerit: Thiasus
— hoc enim nomine meus nuncupabatur dominus —
oriundus patria Corintho, quod caput est totius Achaiae
prouinciae, ut eius prosapia atque dignitas postulabat,
gradatim permensis honoribus quinquennali magistratui
fuerat destinatus et ut splendori capessendorum responderet
fascium, munus gladiatorium triduani spectaculi pol-
712 licitus latius munificentiam suam porrigebat. denique
gloriae publicae studio tunc Thessaliam etiam accesserat
nobilissimas feras et famosos inde gladiatores comparaturus,
iamque ex arbitrio dispositis coemptisque omnibus
domuitionem parabat. spretis luculentis illis suis uehiculis

F 174ᵇ 175ᵃ. φ 65ᵇ. 1 *cf. 238,20* ſal*tare *eras.* u (φ) *cf. v. 14* 2 quoq; (φ) *al. m. corr. in* qđoq; *et indux.* o 5 pocillatorē (φ, *sed eras.* ˜) conibenſ (φ, *sed em.*) 8/9 ederem pleraque, *Rohde recte interpretat. 'peragerem'* ⟨haec⟩ ed. *Salm* plerique *v* 9 portenderē (φ), *sed* ˜ *eras. del. Elmenh* portendere rem *vdVl* portendi, e re *Rohde* 11 pabulū (b *ex* u *al. m. corr.*) 13 q hic (q *induct.*) φ: hic 14 *distinx. He* asinum, ⟨asinum⟩ l. *Leo* asinum, luct. a., salt. a. *Hild* asinum, luct. as., salt. as., ⟨asinum⟩ *vdVl* 28 parabat ⟨at⟩ *Luetj* ⟨sed⟩ *He*

Oud. *E*

ac posthabitis decoris [p]raedarum carpentis, quae partim
contecta, partim reuelata frustra nouissimis trahebantur
consequiis, equis etiam Thessalicis et aliis iumentis Galli-
canis, quibus generosa | suboles perhibet pretiosam digni-
713 tatem, me phaleris aureis et fucatis ephippiis et purpureis
tapetis et frenis argenteis et pictilibus balteis et tintin-
nabulis perargutis exornatum ipse residens amantissime
nonnunquam comissimis adfatur sermonibus atque inter
alia pleraque summe se delectari profitebatur, quod habe-
ret in me simul et conuiuam et uectorem.

At ubi partim terrestri, partim maritimo itinere con- 19
fecto Corinthum accessimus, magnae ciuium turbae con-
fluebant, ut mihi uidebatur, non tantum Thiasi dantes
honori quam mei conspectus cupientes. nam tanta etiam
ibidem de me fama peruaserat, ut non mediocri quaestui
praeposito illi meo fuerim. qui cum multos uideret nimio
fauore lusus meos spectare gestientes, obserata fore atque 194
singulis eorum sorsus admi⟨*s*⟩sis, stipes acceptans non
714 paruas summulas diurnas corradere consuerat.

Fuit in illo conuenticulo matrona quaedam pollens et
opulens. quae more ceterorum uisum meum mercata ac
dehinc multiformibus ludicris delectata per admirationem
adsiduam paulatim in admirabilem mei cupidinem incidit;
nec ullam uaesanae libidini medelam capiens ad instar
asinariae P[h]asiphaae complexus meos ardenter expec-
tabat. grandi denique praemio cum altore meo depecta
715 est noctis unius concubitum; at ille nequaquam ⟨*sollicitus*,

F 175ᵃ. φ 65ᵇ66ᵃ. 1 p̄darũ (φ) *em. Modius* 13 thiaſi (*ante et supra* t *ras.; vid. scribere voluisse* ſt) 14 ⟨hoc⟩ honori *Leo* 15 ibi[dem] *Kaibel, sed* ibidem *significat et de domino et de asino famam pervasisse, atque Apuleio in deliciis est* 18 ſorſuſ (φ, *sed al. m. add.* °) admiſſiſ (φ) *al. m.* ſſiſ *scrips., vid. fuisse* ſiſ □ 25 aſinaria ephaſiphaę *al. m. corr. in* — riæ p expectabat (φ) *def. Loefstedt coll. rhet. min.* (*Halm*) 5,19 *Ter. Eun.* 194 expetebat *Beroald* 27 nequåquã (*eras.* ¯) φ: nequaquã nequaquam ⟨ut⟩ *Spengel* nequaquam ⟨curans⟩ (*Oud*) ⟨quam⟩ *vdVl* nequaquam ⟨curans an⟩ *Novák* nequaquam ⟨sollicitus⟩ (*Luetj*) ⟨quid⟩ *He,* ⟨quidnam⟩ *Cast Λούκ. 50: κἀκεῖνος οὐδὲν φροντίσας εἴτε ἀνύσει τι ἐκείνη ἐξ ἐμοῦ εἴτε καὶ μή*

Oud. *E*

quidnam⟩ posset de me suaue prouenire, lucro suo tantum contentus, adnuit.

20 Iam denique cenati e triclinio domini decesseramus et iam dudum praestolantem cubiculo meo matronam offendimus. dii boni, qualis ille qua*m*que praeclarus apparatus! quattuor eunuchi confestim puluillis compluribus uentose tumentibus pluma delicata terrestrem nobis
716 cubitum praestruunt, sed et stragula ueste auro ac murice Tyrio depicta probe consternunt ac desuper breuibus admodum, sed satis copiosis puluillis aliis nimis m*e*dic⟨*at*⟩is, quis maxillas et ceruices delicatae mulieres suffulcire consuerunt, superstruunt. nec dominae uoluptates diutina sua praesentia morati, clausis | cubiculi foribus facessunt. at intus cerei praeclara micantes luce nocturnas nobis tenebras inalbabant. **21** tunc ipsa cuncto prorsus spoliata tegmine, taenia quoque, qua decoras deuinxerat papillas, lumen propter adsistens, de stagneo uasculo multo sese
717 perungit oleo balsam⟨*in*⟩o meque indidem largissime perfricat, sed multo tanta impensius cura etiam nares perfundit meas. tunc exosculata pressule, non qualia in

---

F 175ᵃ. φ 66ᵃ. 1 possetne *Oud* 2 ̄cſenſū (*prior.* ſ *al. m. ex* t *corr.*, ſū *al. m. ut vid. ex* tuſ) φ: cōtentᵘˢ intentus *Pric* intentus consensum *Oud* 4 p̄ſtolantē (φ) *al. m. mut. in* p̄ſtolabat 5 quanq; 9 construunt *Leo* 10 aliis *cf. v. 6* ac iis *Colv* illis *Pric* nimis modicis (φ) *del. vd Vl* n. medicatis *He* 11 maxillaſ (φ) x *in ras.* 18 balſamo (φ) balsamino *Cornelissen coll. Plin. n. h. XXIII 92* balsameo *Ihm Thes. l. L. II 1709* 19 tanto *v cf. Leo Arch. f. lat. Lex. XII 99* impensiore cura *Acidal* cura *del. Leo* curans *Hild cf. Λούκ. 51: μάλιστα τὴν ῥῖνά μου μύρῳ ἐνέπλησε* cura etiam ⟨maiore⟩ *Novák* crura etiam nates *Lips* crura ⟨et⟩ etiam nares *Koziol* 20 φ: *ad* meas *in mg. infer. adscript. est fragm. quod legitur in Laur. 54,24 fol. 64 v aliisque*: et ercle (hercle *L*) orciū pigā per teretē hyaci fragrantis et chie rosacee lotionibus expiauit (expurgauit *L*) ac (at *L*) dein digitis ypate licanos mese paramese (parimese *L*) et nete haſtā mī inguinis niuei ſpurciei pluscule excoriāſ (*eras.* ¯) (excoriaſ *L*) emūdauit. Et cū ad inguinis cephalū formosa mulier conatī ueīebat (concitim ueniebat *L*) ab orcib; gāniēſ ego et dentes ad jouē

Oud. E

718 lupanari solent basiola iactari uel meretricum poscinum- 195
mia uel aduentorum nega⟨n⟩tinummia, sed pura atque
sincera instruit et blandissimos adfatus: 'amo' et 'cupio'
et 'te solum diligo' et 'sine te iam uiuere nequeo' et
cetera, quis mulieres et alios inducunt et suas testantur
adfectationes, capistroque me prehensum more, quo didi-
719 ceram, reclinat || facile, quippe cum nil noui nihilque
difficile facturus mihi uiderer, praesertim post tantum
temporis tam formonsae mulieris cupientis amplexus obi-
turus; nam et uino pulcherrimo atque copioso memet
madefeceram et ung⟨u⟩ento fraglantissimo prolubium libi-
dinis suscitaram. sed angebar plane non exili metu re- 22
putans, quem ad modum tantis tamque magnis cruribus
possem delicatam matronam inscendere uel tam lucida
tamque tenera et lacte ac melle confecta membra duris
ungulis complecti labiasque modicas ambroseo rore pur-
purantes tam amplo ore tamque enormi et saxeis denti-
720 bus deformi[s] sauiari, nouissime quo pacto, quanquam
ex unguiculis perpruriscens, mulier tam uastum genitale
susciperet: heu me, qui dirrupta nobili femina bestiis
obiectus munus instructurus sim mei domini. molles in-
terdum uoculas et adsidua sauia et dulces gannitus com-
morsicantibus oculis iterabat illa, et in summa: 'teneo

---

eleuās papo (i *supra* p) freq̄nti frictura porrixabā ıp̄ōque pando et repando uētrē sepiuscule tactabā (tractabam *L*). Ipām (Ipsa *L*) quoque inspiciēs qd' geni⁹ inter anth tenās (anthteneras *L*) exc'u'at (excreuerat *L*) modicū ı (d *supra*) morule qua lustrū (*aut* lustium) (lustrum *L*) st'ni mādau'at āni s (1 *supra*) reuolutōē autumabat; *iuxta add.* i. freq̄t mīgebā *et* tactabā l' tractabā

F 175[ab]. φ 66[a]. 1 poſcinũ mia (mia *paene evan., nihil eras.*) 2 negatinũ mia (φ) *em. Lips* 5 alias *Bluemner* 6 Capiſtroq; (C *ex* c *al. m. corr.*) 7 declinat *Oud* 11 ungento (φ, *sed* u *add. m. recentiss.*) flagrantiſſimo (φ) *em. vdVl cf. 136,6 265,5* ꝓlubiũ (v *ex* b *corr. al. m.*) 18 deformiſ (φ) *em. Scriver* ſabiari (φ, *sed em.*) 20 qd irrupta (d *ex* c *aut* t *vid. corr. al. m.*) φ: qd dirrupta 22 ſabia (b *ex* u *corr. al. m.*) 23 osculis *Lips sed cf. 33,7*

Oud. *E*

te', inquit, 'teneo, meum palumbulum, meum passerem' et cum dicto uanas fuisse cogitationes meas ineptumque monstrat metum. artissime namque complexa totum me prorsus, sed totum recepit. illa uero quotiens ei parcens
721 nates recellebam, | accedens totiens nisu ra*b*ido et spinam prehendens meam adplici⟨*ti*⟩ore nexu inhaerebat, ut hercules etiam deesse mihi aliquid ad supplendam eius libidinem crederem nec Minotauri matrem frustra delectatam putarem adultero mugiente. iamque operosa et peruigili nocte transacta, uitata luci[u]s conscientia facessit mulier condicto pari noctis futurae pretio.

23 Nec grauate magister meus uoluptates ex eius arbitrio largiebatur partim mercedes amplissimas acceptando, *196*
partim nouum spectaculum domino praeparando. || incunctanter ei denique libidinis nostrae totam detegit scaenam. at ille liberto magnifice munerato destinat me spectaculo publico. et quoniam neque egregia illa uxor mea propter dignitatem neque prorsus ulla alia inueniri p⟨*o*⟩tuerat grandi praemio, *u*ilis anquiritur aliqua sententia praesidis bestiis addicta, quae mecum incoram
722 publicam populi caueam frequentaret. eius poenae talem cognoueram fabulam:

Maritum habuit, cuius pater peregre proficiscens mandauit uxori suae, matri eiusdem iuuenis — quod enim sarcina praegnationis oneratam eam relinquebat — ut, si sexus sequioris edidisset fetum, protinus quod esset edi-

---

□ F 175^{b}. φ 66^{ab}. 1 paſſarẽ (φ, *in mg. m. recentiss.* l' c̊ paſſerẽ) *cf. 188,15* 2 φ: uacuaſ 4 sed *ante* prorsus *transpos. Scriver coll. 163,16 cf. 62,16 247,27* 5 recell. *cf. 172,16* rapido (p *ex* u *corr. al. m.*) φ: rabido 6 adpliciore (φ) adplicatiore *ed. Basil* adplicitiore *Oud* 10 luciuſ (φ, *in mg. add.* c̊. luciſ) 12 meus ⟨meas⟩ *vd Vl* 16 ille (φ) (*dub. utrum sit* o *an* e; *sed vid. corr.* e *ex* o) 18 mea ⟨parata erat⟩ *Brakman* 19 ptuerat *em.* φ poterat *v* biliſ (φ) ᵛ *ex* b *corr. al. m.* anq̄rit [2] *al. m. mut. in* aqq̄rit [2] φ: anq̄rit [2] *ex* ac— 21 publicã populi (φ) populi publicam *Roald cf. 214,1, sed 235,28* [publicam] *He* 24 eidem *vd Vl cf. 211,13* 26 fetũ* (*eras.* ſ)

Oud. *E*

tum necaretur. at illa *per* abs[tin]entia⟨*m*⟩ mariti, ⟨*cum uide-*
ret⟩ natam puellam, insita matribus pietate praeuenta desciuit
723 ab obsequio mariti eamque prodidit uicinis alumnandam,
regressoque iam marito natam necatamque nuntiauit. sed
ubi flos aetatis nuptialem uirgini diem flagitabat nec
ignaro marito dotare filiam pro natalibus quibat, quod
solum potuit, filio suo tacitum secretum aperuit. nam et
oppido uerebatur, ne quo casu, caloris iuuenalis impetu
lapsus, nescius nesciam sororem incurreret. sed pietatis
spectatae iuuenis et matris obsequium et sororis officium
religiose dispensat et arc[h]anis domus uenerabilis silentii
custodiae tradi*tis*, plebeiam facie tenus praetendens huma-
nitatem, sic necessarium sanguinis | sui munus adgreditur,
ut desolatam uicinam puellam parentumque praesidio
724 uiduatam domus suae tutela receptaret ac mox artissimo
multumque sibi dilecto contubernali, largitus de proprio
dotem, liberalissime traderet. sed haec bene atque optime **24**
plenaque cum sanctimonia disposita feralem Fortunae nu-
tum latere non potuerunt, cuius instinctu domum iuuenis
protinus se direxit saeua Riualitas. et ilico haec eadem
uxor || eius, quae nunc bestiis propter h*aec* ipsa fuerat
addicta, coepit puellam uelut aemulam tori succubamque
primo suspicari, dehinc detestari, dehinc crudelissimis *197*
laqueis mortis insidiari. tale denique comminiscitur fa-
cinus.

Anulo mariti surrepto rus profect*a* mittit quendam
seruulum sibi quidem fidelem, sed de ipsa Fide[m] pessime
merentem, qui puellae nuntiaret, quod eam iuuenis pro-
fectus ad uillulam uocaret ad sese, addito, ut sola et

F 175ᵇ176ᵃ. φ 66ᵇ. 1 p̄ abſtinentia (φ, *sed* —tiā) per absentiam *Beroald* 1/2 ⟨cum uideret⟩ *He* 2 natā puellā (φ) *Kronenb cft. apol. 60 (68,23)* nata puella *Pric* nacta *Oud* ⟨necare⟩ natam *Hild* puellam ⟨perimere⟩ *vd Vl* 8 iuuenaliſ (liſ *in membran. lacera*) φ: iuuenali 11 archaniſ (φ) arcana *Bertin* 12 tradidit (φ) traditis *Oud* 21 propter hac (φ, *sed m. recentiss. corr. in* haec) 26 profecto (φ) ⟨eo⟩ profecto *Brant em. Beroald cf. v. 29* 27 fidē (φ) *em. v*

sine ullo comite quam maturissime perueniret. et ne qua forte nasceretur ueniendi cunctatio, tradit anulum marito subtractum, qui monstratus fidem uerbis adstipularetur. at illa mandatu fratris obsequens — hoc enim nomen 725 sola sciebat — respecto etiam signo eius, quod offerebatur, nauiter, ut praeceptum fuerat, incomitata festinat. sed ubi fraudis extremae lapsa decipulo laqueos insidiarum accessit tunc illa uxor egregia sororem mariti libidinosae furiae stimulis efferata primum quidem nudam flagris ultime uerberat, dehinc, quod res erat, clamantem quo⟨*d*⟩que frustra paelicatus indignatione bulliret fratrisque nomen saepius iterantem uelut mentitam atque cuncta fingentem titione candenti inter media femina detruso 726 crudelissime necauit.

25 Tunc acer*b*ae mortis exciti nuntiis frater et maritus accurrunt uariisque lamentationibus defletam puellam tradunt sepulturae. nec iuuenis sororis suae mortem tam miseram et quae minime par erat inlatam aequo tolerare quiuit animo, sed medullitus dolore commotus acerrimaeque bili⟨*s*⟩ noxio furore perfusus exin flagrantissimis febribus ardebat, ut ipsi quoque | iam medela uideretur esse necessaria. sed uxor, quae iam pridem nomen uxoris cum fide perdiderat, medicum conuenit quendam notae perfidiae, || qui iam multarum palmarum spectatus proeliis magna dexterae suae tropaea numerabat, eique protinus quinquaginta promittit sestertia, ut ille quidem momentarium uenenum uenderet, i*psa* autem emeret mortem mariti sui. quo confecto simulatur necessaria prae-

---

F 176ᵃ. φ 66ᵇ67ᵃ. 9 nudatam *vdVl sed cf. 153,14*
11 quoq; (φ) *em. Oud* 15 acerbe b *ex* u *al. m. corr.* (φ)
17 sorori *Plasberg* 18 qua *Oud* a qua *Sciopp* par erat (erat *in fine versus eras. et in sequenti add. pr. m.*) 19 acerrimeq; (φ) aterrimaeque *Oud* 20 bili (φ, *sed em. m. rec.*)
24 *cf. Cic. pro S. Roscio 6,17* ⟨multisque⟩ spectatus *vdVl* spect. proel. *ut interpretam. del. He* 27 illa (φ) ipsa *vdVl coll. 289,9* emere[T] *em. ead. m.* (φ)

727 cordiis leniendis bilique subtrahendae illa praenobilis potio, quam sacram doctiores nominant, sed in eius uice⟨*m*⟩ subditur alia Proserpinae sacra [Saluti]. iamque praesente 198 familia et nonnullis amicis et adfinibus aegroto medicus poculum probe temperatum manu sua porrigebat. sed 26 728 audax illa mulier, ut simul et conscium sceleris amoliretur et quam desponderat pecuniam lucraretur, coram detento calice: 'non prius', inquit, 'medicorum optime, non prius carissimo mihi marito trades istam potionem quam de ea bonam partem hauseris ipse. unde enim scio, an noxium in ea lateat uenenum? quae res utique te tam prudentem tamque doctum uirum nequaquam offend*e*t, si religiosa uxor circa salutem mariti sollicita necessariam adfero pietatem.'

Qua mira desperatione truculentae feminae repente perturbatus medicus excussusque toto consilio et ob angustiam temporis spatio cogitandi priuatus, antequam trepidatione aliqua uel cunctatione ipsa daret malae conscientiae suspicionem, indidem de po[r]tione gustauit ampliter. quam fidem secutus adulescens etiam, sumpto calice, quod offerebatur hausit. ad istum modum praesenti transacto negotio medicus quam celerrime domum remeabat, salutifera potione pestem praecedentis ueneni festinans extinguere. nec eum obstinatione sacrilega, qua semel coeperat, truculenta mulier ungue latius a se discedere passa est — 'priusquam', inquit, 'digesta potione 729 medicinae pro*u*entus appareat' —, sed aegr*e* precibus et obtestationibus eius multum ac ||diu fatigata tandem abire

F 176[a b]. φ 67[a]. 2 uice (φ) uicem *Stewech* 3 Saluti *Leo* (*Κόρη Σώτειρα interpret. Kaibel cf. Preller-Robert Griech. Myth. I 320.2*) *del. Brakman post* sacram *transpos. Haupt* ⟨non⟩ Saluti *Plasberg* saluti ⟨infesta⟩ *vdVl* 12 offendit (φ) *em. vdVl* 15 deſperatione (φ) *interpretantur 'desperata audacia' cf. Corp. gloss. II 46,37 Arnob. adv. n. I 25 VI 1 cft. Brakman* 18 male 19 portione (φ) r *induct.*

27 ꝓbent̊; (ᵛ *ex* b *corr. al. m. et* ; *add., eras.* ᶟ) φ: euent⁹ ꝓbent̊ ęgra (φ) *em. Beroald*

Oud. E

concessit. interdum perniciem caecam totis uisceribus furentem medullae penitus adtraxerant, multum denique saucius et grauedine somnulenta iam demersus domum peruadit aegerrime. uixque enarratis cunctis ad uxorem mandato, saltem promissam mercedem mortis geminatae deposceret, sic elisus uiolenter spectatissimus medicus effundit spiritum.

27 Nec ill*e* tamen iuuenis diutius uitam tenuerat, sed
inter fictas mentitasque lacrimas uxoris pari casu mortis
fuerat extinctus. iamque eo sepulto, paucis interiectis
diebus, quis feralia mortuis litantur obsequia, uxor medici
pretium geminae mortis petens aderat. sed mulier us-
quequaque sui similis, fidei supprimens faciem, prae- *199*
tendens *i*maginem, blandicule respondit et omnia prolixe
130 adcumulateque pollicetur et statutum praemium sine mora
se redditurам constituit, modo pauxillum de ea potione
largiri sibi uellet a*d* incepti negotii persecutione⟨*m*⟩. quid
pluribus? laqueis fraudium pessimarum uxor inducta medici facile consensit et, quo se gratiorem locupleti feminae face*ret*, properiter domo petita⟨*m*⟩ totam prorsus ueneni pyxidem mulieri tradidit. quae grandem scelerum nancta materiam longe lateque cruentas suas manus porrigit.

28 Habebat filiam paruulam de marito, quem nuper necauerat. huic infantulae quod leges necessariam patris successionem deferrent, sustinebat aegerrime inhiansque toto filiae patrimonio inminebat et capiti. ergo certa

F 176ᵇ. φ 67ᵃ. 4 uixq; (φ) x *in ras. ex* ſ *ut vid.* 6 elisum *vdVl coll. 188,6 232,11* elusus *Bluemner* 7 ſp̃m (m *ex* ſ *corr. ead. m.*) 8 illa (φ) ille *v* illo *He* 9 fict. ⟨lamentationes⟩ *Kronenb* 13/14 sub prima facie *vir doct.* ⟨fraudis⟩ supprimens faciem, fidei praetendens i. *vdVl* praetend. imag. *del. Vulcan* facies *opponitur* imagini *Tac. dial. 34,7 Quint. X 2,11* 14 ymaginẽ *em.* φ 17 ob (o *al. m. in ras. corr. ex* a *ut vid.*) φ: ab pſecutione (φ) *em. al. m.* 19 locupleti (o *ex* u *corr.*) 20 facẽt (˜ *et* t *al. m. ut vid. scr.; fuit fort.* facere) φ: fac&̈ petita (φ) *em. Oud cf. 205,9 244,2* 22 nancta* (eras. ˜) 24 necauerat (c *ex* x *corr. ut vid.*)

Oud. *E*

defunctorum liberorum matres sceleratas hereditates ex-
731 cipere, talem parentem praebuit, qualem exhibuerat
uxorem, prandioque commento pro tempore et || uxorem
medici simul et suam filiam ueneno eodem percutit. sed
paruulae quidem tenuem spiritum et delicata ac tenera
praecordia conficit protinus uirus infestum, *at* uxor medici,
dum noxiis ambagibus pulmones eius pererrat tempestas
detestabilis potionis, primum suspicata, quod res erat,
732 mox urgente spiritu iam certo certior contendit ad ipsam
praesidis do|mum magnoque fidem eius protestata clamore
et populi concitato tumultu, utpote tam immania detec-
tura flagitia, efficit, statim sibi simul et domus et aures
praesidis patefierent. iamque ab ipso exordio crudelissi-
mae mulieris cunctis atrocitatibus diligenter expositis,
repente mentis nubilo turbine corrept*a* semihiantes ad-
huc compressit labias et, attritu dentium longo stridore
reddito, ante ipsos praesidis pedes exanimis corruit. nec
ille uir, alioquin exercitus, tam multiforme facinus ex-
cetrae uenenatae dilatione languida passus marcescere
confestim cubiculariis mulieris adtractis ui tormentorum
733 ueritatem eruit atque illa⟨*m*⟩, minus quidem quam mere- *200*
batur, sed quod dignus cruciatus alius excogitari non
poterat, certe bestiis obiciendam pronuntiauit.

F 176ᵇ. φ 67ᵃᵇ. 1 matreſ (φ) *al. m. eff.* mater ſcele-ratаſ (φ) *alter.* ſ *eras. del. E* relictas? *He cf. apol. 99 (110,9)* celeratas *Stewech* superstites *Seyffert* matres mater scelerata *vdVl* hereditateſ *poster.* t *ex* ſ *corr. ead. m.* 6 at (t *al. m. ex* d *corr.*) 7 tempestas] iam pestis *Cornelissen post Aldin. sed cf. Zen. Veron. I 9,1* 14 diligenter r *ex* ſ *corr. ead. m.* (φ) 15 turbine (tu *ead. m. ex aliis litt. corr., ut vid. ex* mi) φ: mirbine *corr al. m. cf. apol. 50 (57,17), sed met. 64,1* correpto (φ) *em. v* ſem*ıanteſ (ı *al. m. add., vid. fuisse* m with i above *i. e. mihi*) *cf. 260,3* φ: ſemanteſ with i above (*m. recentiss. supra add.* his) *cf. 117,16* 18 excreta *induct., in mg. alqd. eras.* φ: exceterū *em. Elmenh* 20 adtracti ſui *recte distinx. al. m.* 21 ueritatē meruit (¯ *al. m. add.*) illa (φ) *em. v cf. 124,21*

Oud. E

29 Talis mulieris publicitus matrimonium confarr⟨e⟩aturus ingentique angore oppido suspensus expectabam diem muneris, saepius quidem mortem mihimet[u] uolens consciscere, priusquam scelerosae mulieris contagio macularer uel infamia publici spectaculi depudescerem. sed priua- 734 tus humana manu, priuatus digitis, ungula rutunda atque mutila gladium stringere nequaquam poteram. plane tenui specula solabar clades ultimas, quod *uer* in ipso ortu iam gemmulis floridis cuncta depingeret et iam purpureo nitore prata uestiret et commodum dirrupto spineo tegmine || spirantes cinnameos odores promicarent rosae, quae me priori meo Lucio redderent.

Dies ecce muneri destinatus aderat: ad conseptum caueae prosequente populo pompatico fauore deducor. ac dum ludicris scaenicorum choreis primitiae spectaculi dedicantur, tantisper ante portam constitutus pa*b*ulum laetissimi graminis, quod in ipso germinabat aditu, libens adfectabam, subinde curiosos oculos patente porta spectaculi prospectu gratissimo reficiens.

Nam puelli puellaeque uirenti florentes aetatula, forma conspicui, ueste nitidi, incessu gestuosi, Graecanica⟨*m*⟩ 735 saltaturi pyrricam dispositis ordinatio|nibus decoros ambitus inerrabant nunc in orbe⟨*m*⟩ rotatum flexuosi, nunc in obliquam seriem conexi et in quadratum patorem cuneati et in cateruae discidium separati. at ubi discursus reciproci multinod*as* ambages tubae terminalis cantus

---

F 176b 177a. φ 67b. 1 confarraturuſ (φ) *em. Iunt. post.* 3 i͘n metu uolenſ (φ) u *in* metu *erasa aut* mea *aut* met *legi potest, deleta* ſ *al. m. add.* s manu mihi mehercules uolens *Oud* mihimet uolens *Rohde quamquam Ap.* memet *saepissime,* mihimet *alio loco non scripsit* 5 puata (i supra u, v" post a) *pr. m.* a *corr. in* v" 6 φ: rotūda 8 uł φ: † (*in mg. add. m. re*[illegible]*tiss.* c (e supra) uer) 16 pabulũ (b *ex* u *al. m. corr.*) 21 grec[illegible]nica (φ) *em. v* 22 ſaltat (2 supra) ipyrricã (φ) *cf. Suet. Caes. 39,1 Cass. D. LX 23,5 Plin. n. h. VIII 5* Graecanicae saltaturae pyrrhicae *Bluemner* 23 orbe (φ) *em. Oud* rotatim *Wower* 26 multinodeſ φ: multinodaſ *cf. 116,17 199,17* multimodaſ *Scal*

Oud. *E*
explicuit, a*u*laeo subducto et complicitis siparis scaena
disponitur.
Erat mons ligneus, ad instar incliti montis illius, **30**
736 quem uates Homerus Idaeum cecinit, sublimi[s] instruc- *201*
tus fabrica, consitus uirectis et uiuis arboribus, summo
cacumine, de manibus fabri fonte manante, fluuialis aquas
eliquans. capellae pauculae tondebant herbulas et in mo-
dum [Paridis] Fr*y*gii pastoris, barbaricis amiculis umeris
def⟨*l*⟩uentibus, pulchre indusiatus adulescens, aurea tiara
737 contecto capite, pecuarium simulabat magisterium. adest
luculentus puer nudus, nisi quod eph*e*bica chlamida sini-
strum tegebat umerum, flauis crinibus usquequaque con-
spicuus, et inter comas eius aureae pinnulae co*n*⟨*gluti*⟩-
natione simili sociatae prominebant; quem caduc*e*um et
uirgula Mercurium indicabant. is saltatorie procurrens
malumque bracteis inauratum dextra || gerens ⟨*ei*⟩, qui
738 Paris uidebatur, porrigit, quid mandaret Iuppiter, nutu
significans et protinus gradum scitule referens e conspectu
facessit. insequitur puella uultu honesta in deae Iunonis
speciem similis: nam et caput stringebat diadema candida,
ferebat et sceptrum. inrupit alia, quam putares Miner-
uam, caput contecta fulgenti galea, et oleaginea corona
tegebatur ipsa galea, clypeum attollens et hastam qua-
tiens et qualis illa, cum pugnat. super has introcessit **31**
alia, uisendo decore praepollens, gratia coloris ambrosei
designans Venerem, qualis fuit Venus, cum fuit uirgo,
nudo et intecto corpore perfectam formonsitatem professa,
nisi quod tenui pallio bomb*y*cino inumbrabat spectabilem

F 177ᵃ. φ 67ᵇ. **1** albeo (φ) ᵛ *ex* b *al. m. corr. em. Beroald* ſiparif (φ) *cf. 265,10 199,15* **4** ſublimiſ *em.* φ *cf. 104,16 130,27 132,17* **5** ⟨et⟩ summo *vdVl* **8** Paridis *del. dubitanter Oud cf. v. 17* frigii (φ) **9** defuentib; (φ, *sed al. m. em.*) **11** ephoebica (φ) **13/14** cognatione (φ) concatenatione *vel* copulatione *vdVl* coronatione *Wiman* conglutinatione *He* **14** simil. *sc. aurea* caducaeū *em.* φ **14/15** et uirgula *def. Wiman coll. 274,21* **16** ⟨ei⟩ qui *v cf. praef. 56* **19/20** *cf. Tac. ann. II 39,10 Halm* **23** ăſtā **24** Sup (S *in ras. al. m. ex* ſ *corr.*) **25** uis. dec., praep. gr., col. a., des. Ven., *distinx. Leo* **28** bōbicino

Oud. *E*

739 pubem. quam quidem laciniam curiosulus uentus satis amanter nunc lasciuiens reflabat, ut dimota pateret | flos aetatulae, nunc luxurians aspirabat, ut adhaerens pressule membrorum uoluptatem grafice liciniaret. ipse autem color deae diuersus in speciem, corpus candidum, quod caelo demeat, amictus caerulus, quod mari remeat. iam singulas uirgines, quae deae putabantur, ⟨*sui sequebantur*⟩
740 comites, Iunonem quidem Castor et Pollux, quorum capita cassides o*u*atae stellarum apicibus insignes contegebant, 202
sed et isti Castores erant scaenici pueri. haec puella uarios modulos *I*astia concinente tibia procedens quieta et inadfectata gesticulatione nutibus honestis pastori polli-
741 cetur, si sibi praemium decoris addixisset, et sese regnum totius Asiae tributuram. a*t* illam, quam cultus armorum Mineruam fecerat, duo pueri muniebant, proeliaris deae comites armigeri, Terror et Metus, nudis insultantes gladiis. at pone tergum tibicen ⟨*D*⟩orium canebat bellicosum et permiscens bombis gravibus *tinni*tus || acutos in modum tubae saltationis agilis uigorem suscitabat. haec inquieto capite et oculis in aspectu[m] minacibus citato et
742 intorto genere gesticulationis alacer demonstrabat Paridi, si sibi formae uictoriam tradidisset, fortem tropaeisque bellorum inclitum suis adminiculis futurum.

F 177ᵃᵇ. φ 67ᵃ68ᵃ. 1 pubē* (*eras.* ˉ, *quia longius a voce aberat, et iuxta appositum*) 4 *cf. 198,13* liciniaret (φ) laciniaret *Beroald* linearet *Salm* delinearet? *Vulcan cf. flor. 7 (8,21)* 7 ⟨complures comitabantur⟩ comites *Bursian* ⟨sui adsistebant *vel* stipabant *vel* comitabantur⟩ com. *Oud* ⟨fidi tutabantur⟩ *Koziol* ⟨sui tutabantur⟩ *Petsch* ⟨sui quamque stipabant⟩ *vdVl* ⟨sui sequebantur⟩ *He* com. ⟨continabantur⟩ *Brakman* 8 quaꝝ capite (φ) *em. v* 9 obatę *em. Salm*

11 laſtia (φ) *al. m.* ᵘ *supra* ia *add.* lasciua *v em. Oud cf. flor. 4 (5,15)* 13 & (φ) *interpret. 'vicissim' Oud* ei *vir doct.* 14 at *in ras. al. m.* φ: ad 16 inſultanteſ (u *litt.* a *similis*) φ: inſaltanteſ 17 tibicenoriū (φ) *em. Elmenh cf. flor. l. l. (v. 11) Cael. Aurel. Chron. I 5,176:* ut in bello (cantio) quam Dorion appellant 18 innut; (φ) *em. v* 19 ſaltitioniſ (φ) *em. v* 20 in aſpectū (φ) inspectu *v* aspectu *Sciopp cf. 26,8, sed Cic. in Verr. II 4,52,117:* praeclaro ad aspectum

Oud. E

Venus ecce cum magno fauore caueae in ipso medi- 32
tullio scaenae, circumfuso populo laetissimorum paruu-
743 lorum, dulce subridens constitit amoene: illos teretes et lacteos puellos diceres tu Cupidines ueros de caelo uel mari commodum inuolasse; nam et pinnulis et sagittulis et habitu cetero formae praeclare congruebant et uelut nuptialis epulas obiturae dominae coruscis praelucebant facibus. et influunt innuptarum puellarum decorae suboles, hinc Gratiae gratissimae, inde Horae pulcherrimae, quae
744 iaculis floris serti et soluti deam suam propitiantes scitissimum construxerant chorum, dominae uoluptatum
745 ueris coma blandientes. iam tibiae multiforabiles cantus Lydios dulciter consonant. quibus spectatorum pectora |
suaue mulcentibus, longe suauior Venus placide commo- 203
ueri cunctantique lente uestigio et leniter fluctuante spi[n]nula[s] et sensim adnutante capite coepit incedere mollique tibiarum sono delicatis respondere gestibus et nunc mite coniuentibus, nunc acre comminantibus gestire pupulis et nonnunquam saltare solis oculis. haec ut primum
746 ante iudicis conspectum facta est, nisu brachiorum polliceri uidebatur, si fuisset deabus ceteris antelata, daturam se nuptam Paridi forma praecipuam suique consimilem. tunc animo uolenti Frygius iuuenis malum, quod tenebat, aureum uelut uictoriae calculum puellae tradidit.

F 177[b]. φ 68[a]. 1 ipſa (φ) *em. v* 3 c̄ſtituta pone (*pro* tu *librar. aut antea aut postea scr.* ti, p *al. m. ex* m *corr., supra* n *eras. vid.* *)) φ: cōſtitūta moene constitit amoene *v* idonee *Hild* . Dionae *E* . at̄ bene *Oud* et *vel* at *Luetj* amoena *Brakman* 4 [tu] *Cast cf. 79,8* 7 nuptialeſ (φ) e *ex* i *corr. al. m.* epuliſ *em. ead. m. et* φ 8 ſuboleſ (u *mut. in* o *al. m.*) φ: ſoboleſ 10 iaculiſ (φ) calathis *Heins* iactibus *Bursian* piaculis *Koch* 11 ſciteſ (*induct.*) ſcitiſſimū construxerunt *v* 12 ueriſ (φ) *corr. ead. m. ex* ueruſ coma] dono *Wower* 15 fluctuanteſ pinnulaſ (φ, *sed* pennulaſ) *em. Schickerad cf. 30,22 sq.* 18 conibentib; (φ) *em. v* 21 *ante* si *spat. vac. octo fere litt.* 22 [c]ſimilē *em. ead. m. et* φ

Oud. *E*

33 Quid || ergo miramini, uilissima capita, immo forensia pecora, immo uero togati uulturii, si toti nunc iudices sententias suas pretio nundinantur, cum rerum exordio inter deos et homines agitatum iudicium corruperit gratia et originalem sententiam magni Iouis consiliis electus iudex rusticanus et opilio lucro libidinis uendiderit cum totius etiam suae stirpis exitio? sic hercules et aliud sequens iudicium inter inclitos Achiuorum duces celebratum, uel cum falsis insimulationibus eruditione doctrinaque praepollens Palamedes proditionis damnatur, uirtute Martia praepotenti praefertur *Vlixes* modicus Aiaci
747 maximo. quale autem et illud iudicium apud legiferos Athenienses catos illos et omni⟨*s*⟩ scientiae magistros? nonne diuinae prudentiae senex, quem sapientia praetulit cunctis mortalibus deus Delphicus, fraude et inuidia nequissimae factionis circumuentus uelut corruptor adulescentiae, quam frenis cohercebat, herbae pestilentis suco noxio peremptus est relinquens ciuibus ignominiae perpetuae maculam, cum nunc etiam egregii philosophi sectam ei⟨*u*⟩s sanctissimam praeoptent et summo beatitudinis studio iurent in ipsius nomen! sed nequis indignationis meae reprehendat impetum secum sic reputans: 'ecce
nunc patiemur philosophan|tem nobis asinum', rursus, 204
unde decessi, reuertar ad fabulam.

34 Postquam finitum est illud Paridis iudicium, Iuno quidem cum Minerua tristes et iratis similes e scaena redeunt, indignationem repulsae gestibus professae, Venus uero gaudens et hilaris laetitiam suam saltando toto cum choro professa est. tunc de summo montis cacumine per

---

F 177ᵇ. φ 68ᵃᵇ. 1 miramini (r *corr. ead. m. fort. ex* n) ⟨si⟩ uil. *Gaselee* ferenſia (*φ, sed em.*) 9 uel *del. Leo def. Leky interpr. 'exempli causa'* 10/11 dānat uirtute (*in mg.* d *cf. praef. 34*) ⟨uel⟩ *v* ⟨uel heres Achilli⟩ *vdVl* ⟨uel cum⟩ *He* 11 auxieſ *em. ed. pr.* 13 om̄i *al. m. add.* ſ (φ) 19 filoſophi (phi *superscr.*) *em. ead. m.* 20 e+* *corr. al. m. ex* eiſ (*φ, sed em. ead. m.*) 27 cedunt *Wasse* recedunt *v*

Oud. E

748 quandam latentem fistulam in excelsum prorumpit *u*ino crocus diluta sparsimque defluens pascentis circa capellas odoro perpluit imbre, ‖ donec in meliorem maculatae speciem canitiem propriam luteo colore mutarent. iamque tota suaue fraglante cauea montem illum ligneum terrae uorago *r*ecepit.

Ecce quidam miles per mediam plateam dirigit cursum petiturus iam populo postulante illam de publico carcere mulierem, quam dixi propter multiforme scelus 749 bestis esse damnatam meisque praeclaris nuptiis destinatam. et iam torus genialis scilicet noster futurus accuratissime disternebatur lectus Indica testudine perlucidus, plumea congerie tumidus, ueste serica floridus. at ego praeter pudorem obeundi publice concubitus, praeter contagium scelestae pollutaeque feminae, metu etiam mortis maxime cruciabar sic ipse mecum reputans, quod in amplexu Venerio scilicet nobis cohaerentibus, quaecumque ad exitium mulieris bestia fuisset immissa, non adeo uel prudentia sollers uel artificio docta uel abstinentia frugi posset prouenire, ut adiacentem lateri meo laceraret mulierem, mihi uero quasi indemnato et innoxio parceret. **35** ergo igitur non de pudore iam, sed de salute ipsa sollicitus, dum magister meus lectulo probe coaptando destrictus inseruit et tota familia partim ministerio uenationis occupata, partim uoluptario spectaculo adtonita 750 meis cogitationibus liberum tribuebatur arbitrium nec magnopere quisquam custodiendum tam mansuetum putabat asinum, paulatim furtiuum pedem proferens po⟨*r*⟩|tam, quae proxima est, potitus iam cursu me celerrimo proripio 205 sexque totis passuum milibus perniciter confectis

F 177b 178a. φ 68b. 1 Iuno (Iu *ex* bi *al. m. ut vid. corr.*) φ: bino (ᵛ *add. ead. m.*) 5 *cf. 253,11* 6 decepit (φ) *em. v* 10 beſtiſ φ: beſtiiſ *cf. 199,15* 11 etiā (φ) *dist. v cf. 30,3* 23 districtus *v cf. 216,3* 28 potā *em. al. m. et* φ *cf. flor. 15 (21,6), sed met. 81,23 89,20 91,14 110,4 121,16 224,18* 29 curſū e *al. m. mut. in* curſu me *cf. 75,16*

Oud. E

Cenchreas peruado, quod oppidum audit quidem nobilissimae coloniae Corinthiensium, adluitur autem Aegaeo et Saronico mari. inibi portus etiam tutissimum nauium receptaculum magno frequentatur populo. uitatis ergo turbulis et electo secreto litore prope ipsas fluctuum aspergines in quodam || mollissimo harenae gremio lassum corpus porrectus refoueo. nam et ultimam diei metam
751 curriculum solis deflexerat et uesper⟨*ti*⟩nae me quieti traditum dulcis somnus oppresserat.

LIBER XI

1 752 Circa primam ferme noctis uigiliam experrectus pauore subito, uideo praemicantis lunae candore nimio completum orbem commodum marinis emergentem fluctibus; nanctusque opacae noctis silentiosa secreta, certus etiam summatem deam praecipua maiestate pollere resque prorsus humanas ipsius regi prouidentia, nec tantum pecuina et ferina, uerum inanima etiam diuino eius luminis numinisque nutu uegetari, ipsa etiam corpora terra caelo marique nunc incrementis consequenter augeri, nunc detrimentis obsequenter imminui, fato scilicet iam meis tot tantisque cladibus satiato et spem salutis, licet tardam, subministrante augustum specimen deae praesentis statui
753 deprecari; confestimque discussa pigra quiete alacer exurgo meque protinus purificandi studio marino lauacro trado septiesque summerso fluctibus capite, quod

---

F 178ᵃ. φ 68ᵇ. 1 audit (φ) *del. m. rec. et superscr.* eſt *cf. 32,20* quidem ⟨emporium⟩ *He* 1/2 nobilissima colonia *v* 5 *cf. 270,14 271,16; sed 73,15 90,4 154,14* 6 grumulo *vdVl coll. 135,10* 8 uesſpernae (φ) *em. v cf. 52,8, sed 59,8 216,4 219,21 274,4* 9 oppressit *edd ante Colv*
METHAMORFOSEON LIB X. EXPŀIC | Ego ſalluſtiuſ legi & emdaui rome felix. INCIP. | LIB XI. Felicitea. 15 ſūmatā (φ) *em. v* 19 decrementis *v sed cf. de mundo 19 (155,10 Th.) Fulg. mit. II 16 (57,18 H.) Sidon. Apoll. ep. IV 16,2* 23 ⟨laetus et⟩ *He cf. 267,2*

eum numerum praecipue religionibus aptissimum diuinus
ille Pythagoras prodidit, laetus et alacer deam praepo-
tentem lacrimoso uultu sic adprecabar:

'Regina caeli, — siue tu Ceres alma frugum parens 2
originalis, quae, repertu laetata filiae, uetustae glandis
754 ferino remoto pabulo, miti | commonstrato cibo nunc Eleu-
siniam glebam percolis, seu tu caelestis Venus, quae
primis rerum exordiis sexuum diuersitatem generato Amore
sociasti || et aeterna subole humano genere propagato nunc 206
circumfluo Paphi sacrario coleris, seu Phoebi soror, quae
partu fetarum medelis lenientibus recreato populos tantos
educasti praeclarisque nunc ueneraris delubris Ephesi, seu
nocturnis ululatibus horrenda Proserpina triformi facie
lar*u*ales impetus comprimens terraeque claustra cohibens
lucos diuersos inerrans uario cultu propitiaris, — ista
luce feminea conlustrans cuncta moenia et u[n]dis ignibus
755 nutriens laeta semina et solis ambagibus dispensans in-
certa lumina, quoquo nomine, quoquo ritu, quaqu*a* facie
te fas est inuocare: tu meis iam nunc extremis aerumnis
subsiste, tu fortunam conlapsam adfirma, tu saeuis ex-
anclatis casibus pausam pacemque tribue; sit satis labo-
rum, sit satis periculorum. depelle quadripedis diram
faciem, redde me conspectui meorum, redde me meo Lucio.
ac si quod offensum numen inexorabili me saeuitia premit,
mori saltem liceat, si non licet uiuere.'

Ad istum modum fusis precibus et adstructis miseris 3
lamentationibus rursus mihi marcentem animum in eodem
illo cubili sopor circumfusus oppressit. necdum satis
coni*u*eram, et ecce pelago medio uenerandos d*i*is etiam

F 178ᵃᵇ. φ 68ᵇ69ᵃ. 2 laetus et alacer *propter* lacrim. *del.* *Leo coll. 266,24 cf. 15,18 73,25* 8 generabili *Bursian* 9 ſubole* (*eras.* ſ *ante delet.*) 14 larbaleſ ᵛ *ex* b *al. m. corr.* (ω)

16 c̄luſtranˢ (ˢ *ead. m. add.*) undis (φ, *sed in mg. al. m.* c̊. nudiſ) udis *v* umidis *Giarr* uuidis *Pontan* in udis *Oud cf. Fulg. mit. II 16 (58,12 H.)*: uaporea lunae sudis *Bluemner* 18 quaq; facie (φ) *em. v* 29 cōnipſerā̃ (φ) coniueram *Wower cf. 93,22* conixeram *ed. Iunt. post.* consopiueram *Colv* dī iſetiā̃ (iſ *eras.*) φ: di— iſetiā̃ *cf. 139,19*

Oud. E

756 uultus attollens emergit diuina facies; ac dehinc paulatim toto corpore perlucidum simulacrum excusso pelago ante me constitisse uisum est. eius mirandam speciem ad uos etiam referre conitar, si tamen mihi disserendi tribuerit facultatem paupertas oris humani uel ipsum numen eius dapsilem copiam elocutilis facundiae subministrauerit.

Iam primum crines uberrimi prolixique et sensim intorti per diuina colla passiue di|spersi molliter defluebant. corona multiformis uariis floribus sublimem destrinxerat
757 uerticem, cuius media quidem | super frontem plana rutunditas in modum speculi uel immo argumentum lunae candidum lumen emicabat, dextra laeuaque sulcis insur- 207
758 gentium uiperarum cohibita, spicis etiam Cerialibus desuper porrectis ⟨*ornata* . *sed et uestis*⟩ multicolor, bysso tenui pertexta, nunc albo candore lucida, nunc croceo flore lutea, nunc roseo rubore flammida et, quae longe longeque etiam meum confutabat optutum, palla nigerrima splendescens atro nitore, quae circumcirca remeans et sub dexterum latus ad umerum laeuum recurrens umbonis
759 uicem deiecta parte laciniae multiplici contabulatione dependula ad ultimas oras nodulis fimbriarum decoriter
4 confluctuabat. per inte*x*tam extremitatem et in ipsa eius planitie stellae dispersae coruscabant earumque media semenstris luna flam*m*eos spirabat ignes. quaqua tamen insignis illius pallae perfluebat ambitus, indiuiduo nexu

---

F 178ᵇ. φ 69ᵃ 6 ∗locutiliſ *eras.* e φ: elocutiliſ 9 diſperſi∗ (*eras. vid.*˜) 10 distinxerat *v cf. 261,20* 11 media — fronte *Wower sed cf. v. 24 Fulg. mit. praef. 14,9 sqq. H.* quaedam *vdVl* rotunditaſ (o *ex* u *corr. al. m.*) 12 ut immo (φ) uelut nimbo [argumentum] *E* augmentum *Pric* arcuamentum *Stewech* ⟨in⟩ argumentum *Luetj* argenteae *Haupt cf. 228,22* 15 *suppl. Cast* ⟨uestis⟩ *Bursian* ⟨uestis tunica⟩ *vdVl* ⟨multicia tunica⟩ *Purser* tenui ⟨tunica⟩ *Brakman* 16 fuluore *Baehrens* 23 inteotã (φ) intextam *v* 24 coruſcabant (ᵛ *add. quia* u *pro* n *haberi poterat*) 25 flamineoſ *ut vid.* (φ) *em. v* ſpirabat*

Oud. *E*

corona totis floribus totisque constructa pomis adhaerebat.
iam gestamina longe diuersa. nam dextra quidem fere-
bat aereum crepitaculum, cuius per angustam lamminam
in modum baltei recuruatam traiectae mediae paucae uir-
760 gulae, crispante brachio trigeminos iactus, reddebant ar-
gutum sonorem. laeuae uero cymbium dependebat aureum,
cuius ansulae, qua parte conspicua est, insurgebat aspis
caput extollens arduum ceruicibus late tumescentibus.
761 pedes ambroseos tegebant sol⟨*e*⟩ae palmae uictricis foliis
intextae. talis ac tanta, spirans Arabiae felicia ge⟨*r*⟩mina,
diuina me uoce dignata est:

'En adsum tui⟨*s*⟩ commota, Luci, precibus, rerum **5**
naturae parens, elementorum omnium domina, saeculorum
progenies initialis, summa numinum, regina manium, prima
762 caelitum, deorum dearumque facies uniformis, quae caeli
luminosa culmina, maris ‖ salubria flamina, inferum de-
plorata silentia nutibus meis dispenso: cuius numen uni-
cum multiformi specie, ritu uario, nomine multiiugo totus
ueneratur orbis. inde primigenii | Phryges Pessinu*nti*am
763 deum matrem, hinċ autocthones Attici Cecropeiam Mi-
neruam, illi⟨*n*⟩c fluctuantes Cyprii P[hl]aphiam Vene-
rem, Cretes sagittiferi Dictynnam Dianam, Siculi trilin- *208*
gues St*y*giam Proserpinam, Eleusini⟨*i*⟩ uetustam deam
Cererem, Iunonem alii, Bellonam alii, Hecatam isti,
Rha*m*nusiam illi, e*t* qui nascentis dei Solis inchoantibus
764 inlustrantur radiis Aethiopes Arique priscaque doctrina

F 178ᵇ 179ᵃ. φ 69ᵇᵃ. 4 *ad* uirgule *in mg. add.* **gule (*fuit* uir *aut* un) 9 ſolę (φ) *em. v* 10 arabię felicia (φ) *induct.* gemina φ: gẽma *em. v* 12 tui (i *prorsus evan.*) φ: tuiſ 14 numinũ (φ) *ead. m. corr. ex* nunciũ *vel sim., sed quia non satis liquebat, in mg. add.* numinũ reginã aniũ 18 totũ (φ) *em. v* 19 orƀ peſſinum tant (φ) *in mg.* d *cf. praef. 34 em. Wower* 20 đm autocthoneſ *cf. 8,18* 21 illic (φ) illinc *v* phlaphiã (φ, *sed del.* l) 23 ſtigiã (φ) Ortygiam *Kaibel* eleuſini *em. v* uetust⟨i sanct⟩am *Cast* 24 cererẽ (φ) *in mg. al. m. add.* et 25 raannuſiã (*pr.* a *deleta ead. m.* h *superscr.*) φ: rahmnuſiã illi** (*eras.* ec) φ: illi ęç (*al. m.* et *add.*) illi sed *Bluemner* 26 arique (φ) Ariique *v* utrique *Brant* Afrique *Cuper* Areique? *He cf. Liv. XXXIII 18,3*

Oud. *E*

pollentes Aegyptii caerimoniis me propriis percolentes appellant uero nomine reginam Isidem. adsum tuos miserata casus, adsum fauens et propitia. mitte iam fletus et lamentationes [omitte], depelle maerorem; iam tibi prouidentia mea inlucescit dies salutaris. ergo igitur imperiis istis meis animum intende sollicitum. diem, qui dies ex ista nocte nascetur, aeterna mihi nuncupauit religio, quo sedatis hibernis tempestatibus et lenitis maris
765 procellosis fluctibus nauigabili iam pelago rudem dedicantes carinam primitias commeatus libant mei sacerdotes. id sacrum nec sollicita nec profana mente debebis oppe-
6 riri. nam meo monitu sacerdos in ipso procinctu pompae roseam manu dextera sistro cohaerentem gestabit coronam. incunctanter ergo dimotis turbulis alacer continuare pompam mea[m] uolentia fretus et de proximo clementer uelut manum sacerdotis osculabundus rosis decerptis pessimae mihique detestabilis iam dudum beluae istius corio te protinus exue. nec quicquam rerum mearum reformides ut arduum. nam hoc eodem momento, quo tibi
766 uenio, simul et [t]ibi praesens, quae sunt sequentia, || sacerdoti meo per quietem facienda praecipio. meo iussu tibi constricti comitatus decedent populi, nec inter hilares caerimonias et festiua spectacula quisquam deformem istam, quam geris, faciem perhorrescet uel figuram tuam repente mutatam sequius interpretatus aliquis maligne criminabitur. plane memineris et penita mente conditum semper tenebis mihi reliqua uitae tuae curricula adusque terminos ultimi spiritus uadata. nec iniurium, cuius beneficio redieris ad homines, ei totum debere, quod uiues. uiues autem | beatus, uiues in mea tutela glorio-

F 179^{a}. φ 69^{b}. 2 regina miſidem (φ) *corr. al. m. in* reginā ∗iſidem 4 omitte *ut var. lect. ad* mitte *addit. del. He cf. 60,8 187,14* 7 nuncupabit (φ) *em v* 13 coharentē *em.* φ 14 continare *Kiessling cf. 22,11* 15 meā (φ) mea *Colv* meam ⟨mea⟩? *Oud* uolentia (φ) *al. m. supra* u *add.* 18 earum *Scriver* 20 & tibi (φ) *em. Vulc* et tibi . . . . ⟨et⟩ sacerdoti *Kosiol, quem secut.* ⟨praenuntio et⟩ sac. *vdVl* 22 hylareſ (φ)

Oud. E

sus, et cum spatium saeculi tui permensus ad inferos 209
demearis, ibi quoque in ipso subterraneo semirutundo me,
quam uides, Acherontis tenebris interlucentem Stygiisque
penetralibus regnantem, campos Elysios incolens ipse, tibi
propitiam frequens adorabis. quodsi sedulis obsequiis
et religiosis ministeriis et tenacibus castimoniis numen
nostrum promerueris, scies ultra statuta fato tuo spatia
767 uitam quoque tibi prorogare mihi tantum licere.'

Sic oraculi uenerabilis fine *pro*lato numen inuictum 7
in se recessit. nec mora, cum somno protinus absolutus
pauore et gaudio ac dein sudore nimio permixtus exurgo
summeque miratus deae potentis tam claram praesentiam,
marino rore respersus magnisque imperiis eius intentus
monitionis ordinem recolebam. nec mora, cum noctis
atrae fugato nubilo sol exurgit aureus, et ecce discursu
religioso ac prorsus triumphali turbulae complent totas
plateas, tantaque hilaritudine praeter peculiarem meam
gestire mihi cuncta uidebantur, ut pecua etiam cuiusce
modi et totas domos || et ipsum diem serena facie gaudere
sentirem. nam et pruinam pridianam dies apricus ac
placidus repente fuerat insecutus, ut canorae etiam aui-
768 culae prolectatae uerno uapore concentus suaues adsona-
rent, matrem siderum, parentem temporum orbisque totius
dominam blando mulcentes adfamine. quid quod arbores
etiam, quae pomifera subole fecundae quaeque earum
tantum umbra contentae steriles, austrinis laxatae flati-
bus, germine foliorum renidentes, clementi motu brachio-
rum dulces strepitus obsibilabant, magnoque procellarum
sedato fragore ac turbido fluctuum tumore posito mare

F 179^{ab}. φ 69^{b}. 2 ſemirotundo (φ) *prior* o *ex* u *corr.* 3 uidebis *vd Vl* 4 eliſioſ *em.* φ 6 regioſiſ (li *superscr.*) *em. ead. m.* 9 plato (φ) *em. v* 10 summo *E* 11 pauore et stupore (*Cornelissen*) ac dein gaudio *vd Vl* ac dein furore diuino *Bluemner* 18 cuiusce *cf. 190,15* 22 uapore (φ) *ex* fauore *aut* pauore *em., postquam antea pr. m. superscriptis* u *et* p *correxit* 25 ſubolę *ex* u *al. m. corr.* o 26 c̄tenta ē erileſ (φ) *em. v* 27 filioru͂ (φ) *em. v*

Oud. E

quietas adluuies temperabat, caelum autem nubilosa caligine disiecta nudo sudoque luminis proprii splendore candebat.

8 Ecce pompae magnae paulatim praecedunt anteludia
769 uotiuis cuiusque studiis exornata pulcherrume. hic incinctus balteo militem gerebat, illum succinctum chlamide
crepides et ue|nabula uenatorem fecerant, alius ⟨s⟩occis 210
obauratis inductus serica ueste mundoque pretioso et adtextis capite crinibus incessu perfluo feminam mentiebatur. porro alium ocreis, scuto, galea ferroque insignem e ludo putares gladiatorio procedere. nec ille deerat, qui magistratum facibus purpuraque luderet, nec qui pallio bacu-
770 loque et baxeis et hircino barbitio philosophum fingeret, nec qui diuersis harundinibus alter aucupem cum uisco, alter piscatorem cum hamis induceret. uidi et ursam mansuem cultu matronali, ⟨*quae*⟩ sella uehebatur, et simiam pilleo textili crocoti[i]sque || Frygiis Catamiti pastoris specie aureum gestantem poculum et asinum pinnis adglutinatis adambulantem cuidam seni debili, ut illum quidem Bellerophontem, hunc autem diceres Pegasum, tamen rideres utrumque.

9 Inter has oblectationes ludicras popularium, quae passim uagabantur, iam sospitatricis deae peculiaris pompa moliebatur. mulieres candido splendentes amicimine, uario laetantes gestamine, uerno florentes coronamine, quae de gremio per uiam, qua sacer incedebat comitatus, solum sternebant flosculis, aliae, qu*ae* nitentibus speculis pone

---

F 179ᵇ. φ 69ᵇ 70ᵃ. 1 adlubieſ (φ) *em. v* 2 nudum sudumque *vdVl* 4 p̄cedunt (φ) proc- *v cf. v. 23* 5 uotib; (φ) *em. Brant cf. 230,22* 7 occiſ *al. m. antepos.* ſ φ: ſocciſ 8 obauratiſ (φ) au *vid. ead. m. correx. ex* du indutus *edd vett cf. 48,9 218,14* 9 capiti (ᵉ *ead. m. add.*) φ: capite 12 facib; (φ) fascibus *v sed cf. Hor. sat. I 5,36 Mommsen Röm. Staatsrecht I² 423* 13 hyrcino (φ) 15 inducerent *vdVl* indueret *Colv cf. 69,13* 16 ⟨quae⟩ *ante* cultu *v, ante* sella *interpos. vdVl parenthesin def. Oud coll. 5,13 23,5 57,10* 17 crocotiiˢq; ˢ *ead. m. add. em. Beroald* 27 alieq; (φ) *em. v*

Oud. *F*

771 tergum reuersis uenienti deae obuium commonstrarent obsequium et quae pectines eburnos ferentes gestu brachiorum flexuque digitorum ornatum atque obpexum crinium regalium fingerent, illae etiam, quae ceteris unguentis et geniali balsamo guttatim excusso conspargebant plateas; magnus praeterea sexus utriusque numerus lucernis, taedis, cereis et alio genere fac*ticii* lumin*is* s*i*derum caelestium stirpem propitiantes. s*y*mphoniae dehinc suaues, fistulae t*i*biaeque modulis dulcissimis personabant. eas amoenus
772 lectissimae iuuen⟨*tu*⟩tis ueste niuea et cat[h]acl*i*sta praenitens sequebatur chorus, carmen uenustum iterantes, quod Camenarum fauore sollers poeta modulatus edixerat, quod argumentum referebat interim maiorum antecantamenta uotorum. ibant et dicati magno Sa|rapi tibicines, qui per oblicum calamum, ad aurem porrectum dexteram, familiarem templi deique modulum frequentabant, et pleri- 211
773 que, qui facilem sacris uiam dari praedicarent. tunc in- **10**
fluunt turbae sacris diuinis initiatae, uiri feminaeque omnis dignitatis et omnis aetatis, linteae uestis candore ‖ puro luminosi, illae limpido tegmine crines madidos obuolutae, hi[c] capillum derasi funditus uerticem praenitentes, magnae religionis terrena sidera, aereis et argenteis, immo uero aureis etiam sistris argutum tinnitum constrepentes, e*t* antistites sacrorum proceres illi, qui candido linteamine

---

F 179ᵇ 180ᵃ. φ 70ᵃ. 1 comministrarent *Petsch* 7 ¨facuũ lumine (φ) *in mg. ead. m.* ¨facti luminiſ ficti luminis *v* facticii luminis *Haupt* facium lumine *Colv, quem secut.* alienigeno facium l. *Purser* facium luminum *Rohde* facium luminoso *Pric* luminosam *Luetj* [lumine] *Vulcan* [genere facium] lumine? *He cf. 89,6* ſyderũ *em.* φ sſı̄phonię *em.* φ 9 tybięq; *em.* φ pſonabat (*al. m.* t *corr. ex* nt) φ: pſonabãt 10 iuuentiſ (φ) *em. v* cathaclyſta φ: cathacliſta 11 uetustum *Wasse* 16/17 & pleriq; q (φ) praeciaeque qui *Dousa coll. Fest. 224,1 M.* ut plebi cuique *E* [et] plebique qui *Rohde* 21 hic (φ) *em. v* ũticẽ (φ) uertice *v cf. 274,6* 22 magnae — sidera *ante* antistites (*v. 24*) *transpos. vdVl* 23 etiã (φ) ti *ex* a *aut* t *corr. ead. m.* ſyſtriſ *em.* φ 23/24 c̄ſtrepente,ſ ed (*vid. ead. m. distinx.*) φ: c̄ſtrepenteſ ed sed *aut* et *v* sed et *Oud* qui] quidem *Rohde* (*servato* sed)

Oud. E

774 cinctum pectoralem adusque uestigia strictim iniecti potentissimorum deum proferebant insignis exu*u*ias. quorum primus lucernam claro praemicantem porrigebat lumine non adeo nostris illis consimilem, quae uespertina⟨*s*⟩ illuminant epulas, sed aureum cy⟨*m*⟩bium medio sui patore flammulam suscitans largiorem. secundus uestitum quidem similis, sed manibus ambabus gerebat altaria, id est
775 auxilia, quibus nomen dedit proprium deae summatis auxiliaris prouidentia. ibat tertius attollens palmam auro subtiliter foliatam nec non Mercuriale etiam caduceum. quartus aequitatis ostendebat indicium deformatam manum sinistram porrecta palmula, quae genuina pigritia, nulla calliditate nulla sollertia praedita, uidebatur aequitati magis aptior quam dextera; idem gerebat et aureum uasculum in modum papillae rutundatum, de quo lacte libabat. quintus auream uannum ⟨*l*⟩aureis congestam ramulis, et alius ferebat amphoram.

11 Nec mora, cum dei dignati pedibus humanis incedere
776 prodeunt, hic horrendu*s* ille superum commeator et inferum, nunc atra, nunc aurea facie sublimis, attollens canis ceruices arduas, Anubis, laeua caduceum gerens, dextera palmam uirentem quatiens. huius uestigium continuum
777 sequebatur bos in erectum leuata statum, bos, omni[a]parentis deae fecundum simulacrum, quod residens umeris suis proferebat unus e ministerio beato gressu gestuosu⟨*s*⟩. *212*

F 180ᵃ. φ 70ᵃ. 1 aſtricti *vd Vl* (*ante* ad. *posit.*) 2 praeferebant *v* exubiaſ (φ) 3 *postquam* lumin *scrips. librar. post* claro, *vidit se errasse et em.* p̄micantē; *quia* ca *non satis manifestum erat, ead. m. in mg. add.* 4 ueſptina (φ) *al. m. add.* ſ 5 cybiū (φ) *em. v* 6 ueſtitū (φ) ˜ *eras. cf. 273,21 288,24* 7/8 auxilia (φ) i. e. aux. *del. dubitanter Oud def. Armini* auxillas, id est altaria (*vel delet.* i. e. alt.) *Kaibel cf. Thes l. Lat. II 1632,37. 78* 15 rutundatū (*in mg.* d *cf. praef. 34*) φ: rot— 16 aureiſ (φ) *def. Norden Geburt d. Kind. 19 em. Passerat cf. 279,5* 19 horrendū (φ) horrendum! *v* horrendus *D'Orleans* 22 hui; (H *eff. al. m., sed fuit* h; *in mg. m. prior* cui;) φ: h⁹ 23 *poster.* bos *del. vd Vl cf. 275,19* ⟨erat ea⟩ bos *Wower* oīa parentiſ (φ) *em. Beroald cf. 196,25* 25 geſtuoſu (φ) *poster.* u *mut. in* o *al. m.* gestuosus *Petsch coll. 260,21*

Oud *E*

ferebatur ab alio cista || secretorum capax penitus celans
operta magnificae religionis. | gerebat alius felici suo
gremio summi numinis uenerandam effigiem, non pecoris,
non auis, non ferae ac ne hominis quidem ipsius consimi-
lem, sed sollerti repertu etiam ipsa nouitate reuerendam,
altioris utcumque et magno silentio tegen*dae* religionis
argumentum ineffabile, sed ad istum plane modum ful-
778 gente auro figuratum: urnula faberrime cauata, fundo
quam rutundo, miris extrinsecus simulacris Aegyptiorum
effigiata; eius orificium non altiuscule leuatum in cana-
lem porrectum longo riuulo prominebat, ex alia uero
parte multum recedens spatiosa dilatione adhaerebat ansa,
quam contorto nodulo supersedebat aspis squameae cer-
uicis striato tumore sublimis.

Et ecce praesentissimi numinis promissa nobis acce- 12
dunt beneficia et fata salutemque ipsam meam gerens
sacerdos adpropinquat, ad ipsum praescriptum diuinae
promissionis ornatum dextera proferens sistrum deae, mihi
coronam — et hercules coronam consequenter, quod tot ac
tantis exanclatis laboribus, tot emensis periculis deae maxi-
mae prouidentia adluctantem mihi saeuissime Fortunam
superarem. nec tamen gaudio subitario commotus incle-
779 menti me cursu proripui, uerens scilicet, ne repentino
quadripedis impetu religionis quietus turbaretur ordo, sed
placido ac prorsus humano gradu cunctabundus paulatim
obliquato corpore, sane diuinitus decedente populo, sen-
sim inrepo. at sacerdos, ut reabse cognoscere potui, 13
nocturni commonefactus oraculi miratusque congruentiam
mandati muneris, confestim restitit et ultro || porrecta
dextera ob os ipsum meum coronam ex⟨*h*⟩ibuit. tunc

F 180[ab]. φ 70[ab]. **2** gerebat (φ) g *mut. al. m. in* G
6 tegente (φ) *em. Berould* **8** figuratũ (φ) ũ *corr. in* a
9 quam *cf. 77,1 116,6 118,24 185,17* rutundo (*prior* u *mut. in* o) φ: rot— **12** parte (t *inter scribend. ex* e *corr. ead. m.*)

18 sist., ⟨sistrum⟩ *Kronenb* **21** fortunā (*quia* u *ex* n *corr. non satis liquida erat, ead. m. add.* ᵛ) **27** reabse *cf. 12,9*
29 porrecta (φ) a *ex* o *corr. ead.(?) m.* **30** exibuit (φ)

Oud. *E*

ego trepidans, adsiduo pulsu micanti corde, coronam, quae rosis amoenis intexta fulgurabat, auido ore susceptam cupidus promissi deuoraui. nec me fefellit caeleste promissum: protinus mihi delabitur deformis et ferina facies. ac primo quidem squalens pilus defluit, ac dehinc cutis
780 crassa tenuatur, uenter obesus residet, pedum plantae per 213
ungulas in digitos exeunt, manus non iam pedes sunt, sed in erecta porriguntur officia, ceruix procera cohibetur, os et caput rutundatur, aures enormes repetunt pristinam paruitatem, dentes saxei redeunt ad humanam minutiem, et, quae me potissimum cruciabat ante, cauda nusquam! populi mirantur, religiosi uenerantur tam euidentem maximi numinis potentiam et consimilem nocturnis imaginibus magnificentiam et facilitatem reformationis claraque et consona uoce, caelo manus adtendentes, te-
14 stantur tam inlustre deae beneficium. at ego stupore nimio defixus tacitus haerebam, animo meo tam repentinum tamque magnum non capiente gaudium, quid potissimum praefarer primarium, unde nouae uocis exordium caperem, quo sermone nunc renata lingua felicius auspicarer, quibus quantisque uerbis tantae deae gratias agerem. sed sacerdos utcumque diuino monitu cognitis ab origine cunctis cladibus meis, quanquam et ipse insigni
781 permotus miraculo, nutu significato prius praecipit tegendo mihi linteam dari laciniam; nam me cum primum nefasto tegmine despoliauerat asinus, compressis in artum feminibus || et superstrictis accurate manibus, quantum nudo licebat, uelamento me naturali probe munitueram.

F 180ᵇ. φ 70ᵇ. 3 *ad* promissi *in mg. complur. vocab. eras.* (*Giarr*) φ: cupidissime (*om.* promissi) cupidus [promissi] *Novák* 6 residit *vd Vl cf. 13,4* 6 per] post *Leo* 9 rutundat (2 above t) φ: rot— 12 nusquā (φ) cōparuit *add. m. recentiss.* comparet *vd Vl coll. 193,15 248,4* uenerant (2 above t) re | (re *induct.*) 14 ymaginib; *em.* φ 20 sermonem *v* renatam linguam *vd Vl* 24 nutus significatu *Rohde sed interpretand.*: '*cum nutu significaret*'; *cf. 261,17 sq.* 25 liciniā (φ) *em. v* me *del. vd Vl* 26 altū (φ) *em. Beroald*

Oud. *E*

tunc e cohorte religionis unus inpigre superiorem exutus tunicam supertexit me celerrume. quo facto sacerdos uultu geniali et hercules inhumano in aspectum meum attonitus sic effatur:

782 'Multis et uariis exanclatis laboribus magnisque Fortunae tempestatibus et maximis actus procellis ad portum **15** Quietis et aram Misericordiae tande⟨*m*⟩, Luci, uenisti. nec tibi natales ac ne dignitas quidem, uel ipsa, qua flores, usquam doctrina profuit, sed lubrico uirentis aetatulae ad seruiles delapsus uoluptates curiositatis inprosperae sinistrum praemium reportasti. sed utcumque | Fortunae caecitas, dum te pessimis periculis discruciat, ad religiosam istam beatitudinem inprouida produxit malitia. eat nunc et summo furore saeuiat et crudelitati suae mate- 783 riem quaerat aliam; nam in eos, quorum sibi uitas ⟨*in*⟩ 214 seruitium deae nostrae maiestas uindicauit, non habet locu*m* casus infestus. quid latrones, quid ferae, quid seruitium, quid asperrimorum itinerum ambages reciprocae, quid metus mortis cotidianae nefariae Fortunae profuit? in tutelam iam receptus es Fortunae, sed uidentis, quae suae lucis splendore ceteros etiam deos illuminat. sume iam uultum laetiorem candido isto habitu tuo congruentem, comitare po⟨*m*⟩pam deae sospitatricis in[n]ouan*t*i gradu. uideant inreligiosi, uideant et errorem suum recognoscant: en ecce pristinis aerumnis absolutus Isidis magnae pr*oui*dentia gaudens Lucius de sua Fortuna trium- 784 phat. quo tamen tutior sis atque munitior, da nomen sanctae huic militiae, cuius non olim sacramento etiam

---

F 180b. φ 70b 71a. 3 *phumano (p *al. m.; fuit* In) φ: inhumano *cf. 109,5* 7 m̃ıę tandẽ (φ) ˜ *al. m. ut vid. add.* 12 habitudinem *v* 14 quęrãt (*eras.* ˜ *ut* ã *emend. in* at) φ: q̃rat (*s delet.*) uitas *del. Florid* 14/15 seruitium *del. Oud* ⟨in⟩ seru. *Luetj* ⟨ac⟩ seru.? *Koziol* 16 locũ* (˜ *al. m. add., eras.* ſ) φ: loc⁹ (*in mg. m. rec.* c̊. locũ) 22 popã *em. al. m. et* φ innouandi (φ, *al. m. superscr.* ti) *parv. ras. supra* ua *et in mg.* inouanti *Colv* 25 prudentia (φ) *em. Colv* ba sua F. *cf. 195,21* 27 cuI; ñ olĩ ſacra|m̃to etiã rogaueriſ

Oud. *E*

rogabaris, teque iam nunc obsequio religionis nostrae dedica
et ministerii iugum subi uoluntarium. nam cum coeperis
deae seruire, tunc magis senties || fructum tuae libertatis.'
16 Ad istum modum uaticinatus sacerdos egregius fati-
gatos anhelitus trahens conticuit. exin permixtus agmini
religioso procedens comitabar sacrarium totae ciuitati
notus ac conspicuus, digitis hominum nutibusque notabilis.
omnes in me populi fabulabantur: 'hunc omnipotentis
hodie deae numen augustum reformauit ad homines. felix
785 hercules et ter beatus, qui uitae scilicet praecedentis
innocentia fideque meruerit tam praeclarum de caelo
patrocinium, ut renatus quodam modo statim sacrorum
obsequio desponderetur.'

Inter haec et festorum uotorum tumultum paulatim
progressi iam ripam maris proximamus atque ad ipsum
illum locum, quo pridie meus stabulauerat asinus, perue-
nimus. ibidem simulacris rite dispositis nauem fa*b*errime
factam picturis miris | Aegyptiorum circumsec[t]us uarie-
ga*t*am summus sacerdos taeda lucida et ouo et sulpure,
sollemnissimas preces de casto praefatus ore, quam pu- 215
786 rissime purificatam deae nuncupauit dedicauitque. huius
felicis al*u*ei nitens carbasus ⟨*litteras*⟩ [litterae uotum]
in*tex*tas progerebat: eae litterae uotum instaurabant de
787 noui commeatus prospera 'nauigatione. iam malus insur-

(φ, *sed* rogabariſ *scil. 270,26 sqq.*) ba *ead. m. add., totum induct. cf. 243,19 sq.*

F 180b 181a. φ 71a. 8 om̄ſ 17 fauerrime (φ) b *ex* u *al. m. corr.* 18 circũſectuſ (φ) *em. Stewech* uarie grecã (φ) *em. Beroald* 19 ouo *cf. Lobeck Aglaopham. 477* 20 de ⟨libro⟩ *Wiman cf. 279,20* 23 albei (φ) v *ex* b *corr. al. m.* 22/23 littere uotũ Ingeſtaſ (φ) ¯ *supra* a *add. al. m., in mg.* ·d· *cf. praef. 34* lintea *vel* lutea *vel* [littere] uotum ingestans *Stewech* litteris (litteratum *Scriver*) uotum ingestans *Wower* litteras uocum intextas *Oud* litteras uoti intextas *Hild* litteras [uoti] intextas *Haupt* litterarum notas intextas *vdVl* litteras ingestas *Médan* litteras aureas intextas *Giarr* littore *v cf. 103,19 127,15* [litt. uot.] ⟨formarum notas⟩ *Brakman coll. Ammian. XVII 4,8* 23 ecce (φ) *legit He et correct. esse putat Brakman*, eae *primitus fuisse dicunt Brakman Rostagno* ecce hae *Luetj* litore *Stewech* 24 nauigatione (ti *em. librar., quia formam litt. adhibuerat quae non adhibetur ante vocal.*)

git pinus rutunda, splendore sublimis, insigui[s] carchesio conspicua, et puppis intorta chenisco, bracteis aureis uestita fulgebat omnisque prorsus carina citro limpido per-
788 polita florebat. tunc cuncti populi tam religiosi quam profani uannos onustas aromatis et huiusce modi suppliciis certatim congerunt et insuper fluctus libant intritum lacte confectum, donec muneribus largis et deuotionibus faustis completa nauis, absoluta strofiis ancoralibus, peculiari serenoque || flatu pelago redderetur. quae postquam cursus spatio prospectum sui nobis incertat, sacrorum geruli sumtis rursum, quae quisque detulerant, alacres ad fanum reditum capessunt simili stru*c*tu pompae decori.

At cum ad ipsum iam templum peruenimus, sacerdos 17
maximus quique diuinas effigies progerebant et qui uene-
789 randis penetralibus pridem fuerant initiati, intra cubiculum deae recepti disponunt rite simulacra spirantia. tunc ex his unus, quem cuncti grammatea dicebant, pro foribus assistens coetu pastophorum — quod sacrosancti collegii nomen est — uelut in contionem uocato indidem de sublimi suggestu de libro de litteris fausta uota praefatus principi magno senatuique et equiti totoque Romano populo, nauticis nauibus quaeque sub imperio mundi nostratis reguntur, renuntiat sermone rituque

---

F 181a. φ 71a. 1 rutunda φ: rot— splendore insignis, sublimi carchesio *Oud* sublimi *v ante Elmenh* infignif (φ) *em. Salm* rotunda sublimis, splend. insignis, carch. conspic. *Luetj* 2 insignis (*del. in v. 1*) intorto chenisco *Koziol* uestito *vd Vl coll. Luc. nav. 5:* χρυσοῦν χηνίσκον ἐπικειμένη 3 fulgebat (*prior litt. eras. vid. fuisse* u) φ: fulgurabat 5 cuiuscemodi *Brant cf. 190,15* fuppliciif (φ) *al. m. corr. in* fupplicuif 6 c̄geruut (u *ex* e *inter scribend. corr. pr. m.*) intrimentum *He cf. 246,9* 8 piaculari *Markland* 12 ftrictu (φ) ritu *aut* structu *v* 13 at (φ) *al. m. ex* a *eff.* &, *ut paene script. videatur* &c 16 spir. *cf. Verg. Georg. III 34* 17 ^{h}if φ: hif grāmatea (φ, *sed omisso* ¯) *ex* ea *al. m. in ras. corr.* a 18 *cf. 291,16 Novák Quaest. Apul. 59* 20 de libro *del. He cf. 278,20* 22 quęque (φ) *interpret. 'quaecumque' Hild* -que quae *Oud* quique *Petsch*

Oud *E*
790 Graeciensi πλοιαφεσια. quam uocem feliciter cunctis
euenire signauit populi clamor insecutus. exin gaudio
delibuti populares thallos uerbenas corollas ferentes exo- 316
sculatis uestigiis deae, quae gradibus haerebat argento
formata, | ad suos discedunt lares. nec tamen me sine-
bat animus ungue latius indidem digredi, sed intentus
791 ⟨*in*⟩ deae specimen pristinos casus meos recordabar.

18 Nec tamen Fama uolucris pigra pinnarum tarditate
cessauerat, sed protinus in patria deae prouidentis ado-
rabile beneficium meamque ipsius fortunam memorabilem
narrauerat passim. confestim denique familiares ac uer-
nulae quique mihi proximo nexu sanguinis cohaerebant,
luctu || deposito, quem de meae mortis falso nuntio susce-
perant, repentino laetati gaudio uarie quisque munera-
bundi ad meum festinant ilico diurnum reducemque ab
792 inferis conspectum. quorum desperata ipse etiam facie
recreatus oblationes honestas aequi bonique facio, quippe
cum mihi familiares, quo ad cultum sumptumque lar-
giter succederet, deferre prospicue curassent.

19 Adfatis itaque ex officio singulis narratisque meis
pro⟨*pere*⟩ et pristinis aerumnis et praesentibus gaudiis
me rursum ad deae gratissimum mihi refero conspectum

F 181[ab]. φ 71[ab]. 1 Itaaοιaεφεcια (φ) ita (*τὰ vdVl*) *πλοιαφέσια Mommsen C.I.L. I 387 cf. Deubner Ath. Mitt. XXXVII (1912) 180 τὰ αοια* (*vel ιαω*) *'Εφέσια Sudhaus et* ita (*vel* iea) aoia *'Εφέσια Dieterich Mithraslit. Lips. 1903 p. 38* quā vocē (φ) ¯ *al. m. add. utrobique* ˜ *eraso* qua uoce *v sed significat plebs ut haec vox fausta sit cf. 241,13 243,2 273,17* 6/7 intent; deę (φ) intuitus *Scal* ⟨in⟩ deae *Wower* 7 specimen *del. Brakman coll. Tac. hist. IV 82,3 Halm* specimini *Pric* specimen (*scil. quod ei in somnio apparuerat*) ⟨et⟩ *Oud* 15 diurnum *sc. in die luceque* rediuiuum *Brant* cotidianum *Purser* ⟨in lucem⟩ diurnam reducis *vdVl* 18 quoad φ: coad quod ad *Stewech* quod *Leo* quoad *interpr. 'quantum ad' Heraeus* 19 ſucce**der& (*eras.* r) φ: ſucceder& *i. e. subveniret, subministraretur* suppeteret *Stewech* sufficeret *Novák* suggereret *Leo* suggerere et *Heraeus cf. apol. 28 (32,23)* 20 Affatiſ (φ) *prior.* f ex d *al. m. corr.* 21 p (φ) *del. Novák* pro re *Petsch* probe (*ante* meis *collocat.*) *E* propere *Kronenb* prorsus *Giarr* protenus *He* prolixe *Médan* 21 p̄ſentib; (φ) b *ead. m. corr. ex* ſ

Oud. *E*

aedibusque conductis intra conseptum templi larem temporarium mihi constituo, deae ministeriis adhuc priuatis adpositus contuberniisque sacerdotum indiuiduus et numi-
793 nis magni cultor inseparabilis. nec fuit nox una uel quies aliqua uisu deae monituque ⟨*i*⟩eiuna, sed crebris imperiis sacris suis me, iam dudum destinatum, nunc saltem censebat initiari. at ego quanquam cupienti uoluntate praeditus tamen religiosa formidine reta⟨*rda*⟩bar, quod enim sedulo percontaueram difficile religionis obsequium et castimoniorum abstinentiam satis arduam cautoque circumspectu uitam, quae multis casibus subiacet, esse muniendam. haec identidem mecum reputans nescio
794 quo modo, quamquam festinans, differebam.

20 Nocte quadam plenum gremium suum uisus est mihi summus sacerdos offerre ac requirenti, quid utique istud, *217* respondisse partes illas de Thessalia mihi missas, seruu*m* etiam meu*m* indidem superuenisse nomine Candidum. hanc experrectus imaginem diu diuque apud cogitationes meas reuoluebam, quid rei por||tenderet, praesertim cum nullum unquam ha|buisse me seruum isto nomine nuncupatum certus essem. ut⟨*ut*⟩ tamen sese praesagium somni porrigeret, lucrum certum modis omnibus significari par*t*ium oblatione credebam. sic anxius et in prouentum
795 prosperiorem attonitus templi matutinas apertiones opperiebar. ac dum, uelis candentibus reductis in diuersum, deae uenerabilem conspectum adprecamur et, per dispositas aras circumiens sacerdos, rem diuinam procurans supplicamentis sollemnibus, de[ae] penetrali fonte⟨*m*⟩

181ᵇ. φ 71ᵇ. 5 ejuna φ: ei∗una *em. v* uaciua *Brant* 8 retabar (rda *al. m. em.*) φ: retabar 9 quod e. *cf 211,13* 16 ſeruũ∗ (*erasa* ſ *al. m. add.* ¯) φ: ſeruuſ 17 meũ∗ (*erasa* ſ, ¯ *add. al. m.*) φ: m̄ſ 21 ut (φ) *em. Pric* 22 patriũ (φ) *em. v* 27 ꝑcurant (∗∗ nt *al. m. scr., vid. fuisse* at, *supra addito a pr. m.* ⁿ *et ni fallor* ſ) φ: ꝑcurat *cf. 283,26* 28 deę (φ) deae e *Hild* de (*corrupt. ex v. 26*) *aut* deae de *v* deque (*supra scripto* procurat) *Oud* deae ⟨litat, laticem de⟩ *vd Vl* fonte (φ) *em. Lips*

Oud. *E*

796 petitum spondeo libat: rebus iam rite consummatis inchoatae lucis salutationibus religiosi primam nuntiantes horam perstrepunt. et ec⟨*c*⟩e superueniunt *Hy*pat[ri]a quos ibi reliqueram famulos, cum me Foti[di]s malis incapistrasset erroribus, cognitis scilicet fa*b*ulis meis, nec non
797 et equum quoque illum meum reducentes, quem diuerse distractum notae dorsualis agnitione recuperauerant. quare sollertiam somni tum mirabar uel maxime, quod praeter congruentiam lucrosae pollicitationis argumento serui Candidi equum mihi reddidisset colore candidum.

21 Quo facto idem sollicit⟨*i*⟩us sedulum colendi frequentabam ministerium, spe futura beneficiis praesentibus pignerata. nec minus in dies mihi magis magisque accipiendorum sacrorum cupido gliscebat summisque precibus primarium sacerdotem saepissime conueneram petens, ut me noctis sacratae tandem arc[h]anis initiaret. at ille, uir alioquin grauis et sobriae religionis obseruatione famosus, clementer ac comiter et ut solent parentes in-
798 maturis liberorum desideriis modificari, meam differens instantiam, spei melioris solaciis alioquin anxium mihi permulcebat animum: nam et diem, quo quisque possit 218
initiari, deae nutu demonstrari et sacerdotem, qui sacra debeat ministrare, eiusdem || prouidentia deligi, sumptus etiam caerimoniis necessarios simili praecepto destinari. quae cuncta nos quoque obseruabili patientia sustinere censebat, quippe cum auiditati contumaciaeque summe cauere et utramque culpam uitare ac neque

---

F 181[b] 182[a]. φ 71[b]. 3 ece *em.* φ de patria (φ) Hypata *Bursian* 4 fotiſ∗ (ſ *al. m. corr. ex* diſ) φ: fotidiſ ⟨factum⟩ Fotidis *Walter* Fotidis⟨scelus⟩ *Leo* 5 incognitis *E* famuliſ (φ) fabulis *vdVl coll. 215,18* 7 do^r^ſualiſ (*ead. m. add.*) 10 candido (*ead. m. ex* o *corr.*) φ: candidum 11 pridem *Kroll* ſollicituſ (φ) sollicitius *Pric cf. 281,4; apol. 3 (3,15)* frequentabā (t *inter scribend. ex* ti *ead. m. corr.*) 14 gliſſebat *em.* φ 24 cęrimoniſ [i] *ead. m. add.* 26 auiditati c̄tumacięquę (φ, *sed* -tate) *cf. 8,22 flor. 42,6* auiditatem — amque *vel* ⟨ab⟩ auiditate — aque *Oud*

Oud. *E*

uocatus morari nec non iussus festinare | deberem; nec tamen esse quemquam de suo numero tam perditae mentis uel immo destinatae mortis, qui, non sibi quoque seorsum iubente domina, temerarium atque sacrilegum audeat ministerium subire noxamque letalem contrahere; nam et inferum claustra et salutis tutelam in deae manu posita ipsamque traditionem ad instar uoluntariae mortis et precariae salutis celebrari, quippe cum transactis uitae temporibus iam in ipso finitae lucis limine constitutos, 799 quis tamen tuto possint magna religionis committi silentia, numen deae soleat eli*g*ere et sua prouidentia quodam modo renatos ad nouae reponere rursus salutis curricula; ergo igitur me quoque oportere caeleste sustinere praeceptum, quanquam perspicua euidentique magni numinis dignatione iam dudum felici[s] ministerio nuncupatum destinatumque; nec secus quam cultores ceteri cibis profanis ac nefariis iam nunc temperare⟨*m*⟩, quo rectius ad arc[h]ana purissimae religionis secreta peruaderem.

22 Dixerat sacerdos, nec inpatientia corrumpebatur obse- 800 quium meum, sed intentus miti quiete et probabili taciturnitate sedulum quo*t* dies obibam culturae sacrorum ministerium. nec me fefellit uel longi temporis prolatione cruciauit deae potentis benignitas salutaris, sed noctis obscurae non obscuris imperiis euidenter monuit aduenisse diem mihi semper optabilem, quo me maxumi uoti compo*ti*ret, quantoque sumptu deberem procurare supplicamentis, ipsumque Mithram illum || suum sacerdotem praecipuum diuino quodam stellarum consortio, ut aiebat, mihi coniunctum sacrorum ministrum decernit.

F 182ª. φ 71ᵇ72ª. 11 elicere (φ) *em. Beroald* 14 p̄cipua (*eras.* pſpicua *a. pr. m. script.*) φ: pſpicua 15 felicif (φ) *em. v* 16 ceteros *Bluemner* 17 temperare (φ) temperarem *He* 20 intentaſ (ᵛſ *ex* a *ead. m. corr., postquam antea* a *ex* i *corr. est*) φ: ītent⁹ 21 sedulum *cf. 271,5 282,11* qđ (φ) quot *v cf.* δσημέραι aliquot *vd Vl* quinque? *E coll. 289,25* 25 cōpeter& (φ) *in mg. paene evan.* p̈eriret compotiret *Lips* compertiret *Hild* 28 diuno [i] *add. ead. m.*

Oud. *E*
Quis et ceteris beniuolis praeceptis summatis deae re- *219*
creatus animi necdum satis luce lucida, discussa quiete,
protinus ad receptaculum sacerdotis contendo atque eum
cubiculo suo commodum prodeuntem continatus saluto.
801 solito constantius destinaueram iam uelut debitum sacris
obsequium flagitare. at ille statim ut me conspexit,
prior: 'o', inqui*t*, 'Luci, te felicem, te beatum, quem pro-
pitia uoluntate numen augustum tantopere dignatur'; et
'quid', inquit, 'iam nunc stas otiosus teque ipsum demo-
raris? adest tibi dies uotis ad|siduis exoptatus, quo deae
multinominis diuinis imperiis per istas meas manus piissi-
mis sacrorum arc[h]anis insinueris' et iniecta dextera senex
comissimus ducit me protinus ad ipsas fores aedis am-
plissimae rituque sollemni apertionis celebrato ministerio
ac matutino peracto sacrificio de opertis ad*y*ti profert
quosdam libros litteris ignorabilibus praenotatos, partim
figuris cuiusce mo⟨*di*⟩ animalium concepti sermonis com-
pendiosa uerba suggerentes, partim nodosis et in modum
rotae tortuosis capreolatimque condensis apicibus a curio-
802 sitate profanorum lectione munita. indidem mihi prae-
dicat, quae forent ad usum teletae necessario prae-
23 paranda. ea protinus nauiter et aliquanto liberalius
partim ipse, partim per meos socios coemenda procuro.
iamque tempore, ut aiebat sacerdos, id postulante stipa-
tum me religiosa cohorte deducit ad proximas balneas et
prius sueto lauacro traditum, praefatus deum ueniam,
purissime circumrorans abluit rursumque ad templum ||
reductum, iam duabus diei partibus transactis, ante ipsa
deae uestigia constituit secretoque mandatis quibusdam,
803 quae uoce meliora sunt, illud plane cunctis arbitris prae-
cipit, decem continuis illis diebus cibaria*m* uoluptatem co-
hercerem neque ullum animal essem et inuinius essem.

F 182[ab]. φ 72[a]. 4 c̄tinat; ([u] *m. recentior add.*) φ: c̄tinat[9] *cf. 22,11* 5 sacris ⟨imperiis⟩ *vdVl* 7 inqd *em.* φ 9 etiam *Kroll* 15 aditi (φ) 17 cuiuſcemo *em.* φ *cf. 190,15* 19 cap̄olatīq; (φ) curiosa *Elmenh* 31 cibariā* (¯ *al. m. add., eras. vid.* ſ) φ: cibariaſ 32 essem inuinius *Médan*

quis uenerabili continentia rite seruatis, iam dies ad[h]erat diuino destinatus uadimonio, et sol curuatus intrahebat uesperam. tum ecce confluunt undique turbae sacrorum ritu uetusto uariis quisque me muneribus honorantes. tunc semotis procul profanis omnibus linteo rudique me 220 contectum amicimine arrepta manu sacerdos deducit ad ipsius sacrarii penetralia.

Quaeras forsitan satis anxie, studiose lector, quid deinde dictum, quid factum; dicerem, si dicere liceret, cognosceres, si liceret audire. sed parem noxam contrahe⟨*re*⟩nt
804 *et* aures et linguae illae temerariae curiositatis. nec te tamen desiderio forsitan religioso suspensum angore diutino cruciabo. igitur audi, sed crede, quae uera sunt. accessi confinium mortis et calcato Proserpinae limine per omnia uectus elementa remeaui, | nocte media uidi solem candido coruscantem lumine, deos inferos et deos superos accessi coram et adoraui de proxumo. ecce tibi rettuli, quae, quamuis audita, ignores tamen necesse est.

Ergo quod solum potest sine piaculo ad profanorum intellegentias enuntiari, referam. mane factum est, et per- 24
fectis sollemnibus processi duodecim sacratus stolis, habitu quidem religioso satis, sed effari de eo nullo uinculo prohibeor, quippe || quod tunc temporis uidere praesentes plurimi. namque in ipso aedis sacrae meditullio ante deae simulacrum constitutum tribunal ligneum iussus superstiti byssina quidem, sed floride depicta ueste conspicuus. et umeris dependebat pone tergum talorum tenus pretiosa chlamida quaqua tamen uiseres, colore uario circumnotatis insignibar animalibus; hinc dracones Indici,

---

F 182^b. φ 72^ab. 1 continentia* (*eras.˜ antea induct.*) φ: cōtinentia adherat *em.* φ 2 diſtinatuſ *em.* φ intrabat (ahe) *em. ead. m.* φ: trahebat 3 sacratorum *Brant cf. 288,7* sacrorum ritu *coniung. Oud* 7/8 penetralia. Queraſ (φ) a. Q *al. m. ex* a. q *aut.* ſ. q *corr.* 8 sed quaeras *Koch* φ: curioſe 10/11 c̄trahent* *eras.* e *aut* e^s *aut* ē φ: cōtrahente contraherent *v* c. et *Luetj* 11 lingua, ⟨ista impiae loquacitatis⟩, *vd Vl quem secutus* linguae, istae i. l. *Leo cf. Neue-Wagener Lat. Formenl.*[3] *II 427* 21 sacratis stolis ⟨iniectis stipatus⟩ *vd Vl coll. 288,15*

Oud. *E*

inde grypes ⟨*H*⟩yperborei, quos in speciem pinnatae alitis generat mundus alter. hanc Ol*y*mpiacam stolam sa-
805 crati nuncupant. a*t* manu dextera gerebam flammis adultam facem et caput decore corona cinxerat palmae candidae foliis in modum radiorum prosistentibus. sic ad instar Solis exornat*o* m⟨*e*⟩ et in uicem simulacri constituto, repente uelis reductis, in aspectum populus errabat.
806 exhinc festissimum celebraui natalem sacrorum, et suaues epulae et faceta conuiuia. dies etiam tertius pari caerimoniarum ritu celebratus et ientaculum religiosum et teletae legitima consummatio. paucis dehinc ibidem com- *221* moratus diebus inexplicabili uoluptate simulacri diuini perfruebar, inremunerabili quippe beneficio pigneratus. sed tandem deae monitu, licet non plene, tamen pro meo modulo supplicue gratis persolutis, tardam satis domuitionem comparo, uix equidem abruptis ardentissimi desiderii retinaculis. prouolutus denique ante conspectum deae et facie mea diu detersis uestigiis eius, lacrimis obortis, singultu crebro sermonem interficiens et uerba deuorans aio:

25 'Tu quidem, sancta et humani generis sospitatrix perpetua, semper fouendis mortalibus | munifica, dulcem matris adfectionem miserorum casibus tribuis. nec dies nec
807 quies ulla ac ne momentum quidem tenue ‖ tuis transcurrit beneficiis otiosum, quin mari terraque protegas homines et depulsis uitae procellis salutarem porrigas dexteram, qua fatorum etiam inextricabiliter contorta retractas licia et Fortunae tempestates mitigas et stellarum noxios meatus cohibes. te superi colunt, obseruant inferi tu rotas orbem, luminas solem, regis mundum, calcas Tartarum. tibi respondent sidera, redeunt tempora, gaudent

---

F 183[ab]. φ 72[b]. 1 gripeſ ypborei (φ) pinnatos alitis *Rohde* 2 olīpiacā (φ) Osiriacam *Kaibel, sed cf. 288,10* 3 ad (φ) φ: manū dexterā 6 exornato (o *in ras. ut vid. ex* ū) φ: exornatū exornato me *Schickerad* 7 erabat (*em. ead. m.*) 8 sacrum *Rohde* 12 ⟨aspectu⟩ simulacri *vdVl* 15 gratiſ (φ) *ex* t *al. m. corr.* ti *cf. 199,15* 19 intercipiens *Cornelissen* 30 reſpondent (φ) resplendent *Rohde*

Oud. E

numina, seruiunt elementa. tuo nutu spirant flamina,
nutriunt nubila, germinant semina, crescunt germina.
808 tuam maiestatem perhorrescunt aues caelo meantes, ferae
montibus errantes, serpentes solo latentes, *b*eluae ponto
natantes. at ego referendis laudibus tuis exilis ingenio
et adhibendis sacrificiis tenuis patrimonio; nec mihi uocis
ubertas ad dicenda, quae de tua maiestate sentio, sufficit
nec ora mille linguaeque totidem uel indefessi sermonis
aeterna series. ergo quod solum potest religiosus quidem,
sed pauper alioquin, efficere curabo: diuinos tuos uultus
numenque sanctissimum intra pectoris mei secreta condi-
tum perpetuo custodiens imaginabor.'

Ad istum modum deprecato summo numine com-
plexus Mithram sacerdotem et meum iam parentem collo-
que eius multis osculis inhaerens ueniam postulabam,
quod [d]eum condigne tantis beneficiis munerari nequirem.
diu denique gratiarum gerendarum sermone prolixo com- **26**
moratus, tandem digredior et recta patrium larem reui- 232
809 surus meum post aliquam multum te⟨*m*⟩poris contendo
paucisque post diebus deae potentis instinctu raptim con-
strictis sarcinulis, naue conscensa, Romam uersus profectio-
nem dirigo || tutusque prosperitate uentorum ferentium
Augusti portum celerrime ⟨*peruenio*⟩ ac dehinc carpento
peruolaui uesperaque, quam dies insequebatur Iduum
810 Decembrium, sacrosanctam istam ciuitatem accedo. nec
ullum tam praecipuum mihi exinde studium fuit quam
cotidie supplicare summo numini regina|e Isidis, quae de
templi situ sumpto nomine *Ca*mpensis summa cum uene-
ratione propitiatur. eram cultor denique adsiduus, fani
quidem aduena, religionis autem indigena.

F 183^{a}. φ 72^{b} 73^{a}. 2 nutriunt (φ) mugiunt *Wower* nutriuntur *Oud* ingruunt *Cast* 4 beluę (φ) b *ex* u *al. m. ut vid. corr.* 8 *ora *eras.* h φ: ora 14 coloq; (l *superscr.*) *em. ead. m.* 16 qđ đm φ: q đm *em. Ald* quod deam *Rohde* 18 patriam, *vdVl* 19 teporiſ *em.* φ 23 ⟨peruenio⟩ ac *Rohde* ⟨cepi⟩ *Brakman* ac] nactus *Oud* nactus Latium *Leo* ⟨campos⟩ carpento *Koziol* 27 regina ei ſidiſ (φ) 28 cõpenſiſ (φ) *em.* *v*

Ecce transcurso signifero circulo Sol magnus annum
compleuerat, et quietem meam rursus interpellat numi-
ni⟨*s*⟩ benefici cura peruigilis et rursus teletae, rursus
sacrorum commonet. mirabar, quid rei temptaret, quid
pronuntiaret futurum; quidni, plenissime iam dudum uide-
27 bar initiatus. ac dum religiosum scrupulum partim apud
meum sensum disputo, partim sacrâtorum consiliis exa-
mino, nouum mirumque plane comperior: deae quidem
me tantum sacris inbutum, *at* magni dei deumque summi
parentis inuicti Osiris necdum sacris inlustratum; quan-
811 quam enim conexa, immo uero [m]unita r⟨*a*⟩tio numinis
religionisque esset, tamen teletae discrimen interesse maxi-
mum; prohinc me quoque peti ma⟨*g*⟩no etiam deo famu-
lum sentire deberem. nec diu res in ambiguo stetit.
nam proxuma nocte uidi quendam de sacratis linteis in-
iectum, qui thyrsos et hederas et tacenda quaedam gerens
ad ipsos meos lares collocaret et occupato sedili meo
religionis amplae denuntiaret epulas. is ut agnitionem
mihi scilicet certo aliquo sui signo subministraret, sinistri
pedis talo paululum reflexo cunctabundo clementer incede-
bat uestigio. sublata est ergo post tam manifestam deum
uoluntatem ambiguitatis tota caligo et ilico deae matu-
tinis perfectis || salutationibus summo studio percontabar 223
singulos, ecqui uestigium similis ut somnium. nec fide⟨*s*⟩
afuit. nam de pastophoris unum conspexi statim praeter
812 indicium pedis cetero[s] etiam statu atque habitu exa-
mussim nocturnae imagini congruentem, quem Asin⟨*i*⟩um

F 183[ab]. φ 73[a]. 3 numini (φ, *sed in mg. corr.*) *add. nescio qua manu* ſ 4 tēptaret (φ) ret *ex* rē *corr. ead. m.* 7/8 examīo nouū (io *in ras. al. m.*, n *refict.*) φ: examo nouū 9 ad (φ) ac *v* at *Sciopp* 11 munita ratio (tà ra *al. m. scr.*, *vid. fuisse* munit artio) φ: munit artio unita *vel* unica *v* inunita *Hild cf. 187,25* 13 mano (φ) *em. al. m.* 14 *lac. ante* sentire *stat. Leo* debere *ed. Bas. alt.* 15 *cf. 48,8* 24 & q (*cf. Birt Arch. f lat. Lex. XV 76*) ueſtigiū ſimiliſ ut ſōniū (φ) *cf. 274,6* eccui uestigium simile sit [ut somnium] *Stewech quem secut.* [ut] somnii *Luetj et lac. post* somnium *stat. E* ecqui uestigio similis *Colv* ecqui uestigio simili sit somnio *Haupt* fide (φ) *em. Iunt.* 24/25 nec is defuit *v* 26 ceteroſ (φ) *em. v* 27 aſinū *em. Beroald*

Oud. *E*

Marcellum uocitari cognoui postea, reformationis meae ⟨*non*⟩ ali⟨*e*⟩num nomen. nec moratus, conueni protinus eum sane nec ipsum futuri sermonis ignarum, quippe iam dudum consimili praecepto sacrorum ministrandorum commonefactum. nam sibi uisus est quiete proxima, dum magno deo coronas exap|tat, ... et de eius ore, quo singulorum fa[c]ta dictat, audisse mitti sibi Madaurensem, sed admodum pauperem, cui statim sua sacra deberet ministrare; nam et illi studiorum gloriam et ipsi
813 grande compendium sua comparari prouidentia. ad istum 28
modum desponsus sacris sumptuum tenuitate contra uotum meum retardabar. nam et uiriculas patrimonii peregrinationis adtriuerant impensae et erogationes urbicae pristinis illis prouincialibus antistabant plurimum. ergo duritia paupertatis intercedente, quod ai*t* uetus prouerbium, inter sacrum et [o] saxum positus cruciabar, nec setius tamen identidem numinis premebar instantia. iamque saepicule non sine magna turbatione stimulatus, postremo iussus, ueste ipsa mea quamuis paruula distracta, sufficientem conrasi summulam. et id ipsum praeceptum fuerat specialiter: 'an tu', inquit, 'si quam rem uoluptati struendae moliris, laciniis tuis nequaquam parceres: nunc tantas caerimonias aditurus impaenitendae te pauperiei cunctaris committere?'

Ergo igitur cunctis adfatim praeparatis, decem rursus diebus inanimis contentus cibis, insuper etiam deras⟨*o*⟩
814 capi⟨*te*⟩, principalis dei nocturnis orgiis inlustratus, plena iam fiducia germanae religionis obsequium diuinum fre-

F 183ᵇ. φ 73ᵃ. 2 ⟨non⟩ *add. Ald* al[e]nū (ᵉ *vid. al. m. add.*) φ: alinū nom (φ) *post* m *eras. vid.* & 6 exaptat [et] *vel* exaptaret *Luetj intercíderunt nonnulla qualia* conspexisse numen diuinum 7 facta (φ) *em. Beroald* mane Doriensem *Goldbacher* 12 peregrinationiſ (φ) *ultim.* i *in* e *mut. al. m.* 14 *post* plurimum *distinx. vd Vl, post* antistabant *v* 15 aīt φ: ait 16 *ante* ſaxū *vid. eras.* o φ: oſaxū *cf. Plaut. Capt. 617 Otto Sprichw. d. Römer p. 305; 259* 25 pparatiſ ti *corr. ex* n (φ) 26 inam̄iſ (φ) 26/27 deraſ capi (φ de Serapis *v em. Luetj. coll. 48,9 273,21 291,17*

quentabam. quae res summum || peregrinationi meae tribuebat solacium nec minus etiam uictum uberiorem subministrabat, quidni, spiritu fauentis Euentus quaesticulo forensi nutrito per patrocinia sermonis Romani.

29 Et ecce post pauculum tempus inopinatis et usque- 224
quaque mirificis imperiis deum rursus interpellor et cogor tertiam quoque teletam sus*tine*re. nec leui cura sollicitus, sed oppido suspensus animi mecum ipse cogitationes exercitius *a*gitabam, quorsus noua haec et inaudita se caelestium porrigeret intentio, quid subsiciuum, quamuis iteratae iam, traditioni remansisset: 'nimirum perperam uel minus plene consuluerunt in me sacerdos uterque'; et hercules iam de fide quoque eorum opinari coeptabam sequius. quo me cogitationis aestu fluctuantem ad instar insaniae
815 percitum sic instruxit nocturna diuinatione clemens imago:

'Nihil est', inqui*t*, 'quod numerosa serie religionis, quasi qui*c*quam sit prius omissum, terr*ea*re. quin adsidua ista numinum dignatione laetu*s* capesse gaudium et potius exulta ter futurus, quod alii uel semel uix conceditur, teque de isto numero merito praesume semper beatum. ceterum futura tibi sacrorum traditio pernecessaria est, si tecum nunc saltem reputaueris exu*u*ias deae, quas in prouincia sumpsisti, in eodem f*a*no depositas perse-
816 uerare nec te Romae diebus sollemnibus uel supplicare iis uel, cum praeceptum fuerit, felici illo amictu illustrari posse. quod felix itaque ac faustum salutareque tibi sit, animo gaudiali rursum sacris initiare deis magnis auctoribus.'

30 ⟨*H*⟩actenus diuini somnii suada maiestas, quod usus foret, pronuntiauit. nec deinceps postposito uel in supinam procrastinationem reiecto negotio, statim sacerdoti meo relatis quae uideram, inanimae protinus castimoniae

F 183b. φ 73ab. 7 ſuſcitare (φ) susceptare *Wower* sustinere *He cf. 27,6 50,6; 283,13* 9 cogitabã (φ) agitabam *v* 12 consuluerunt (φ) -rant *Bluemner* 16 ĩqd 17 qſq (φ) *em. v* t̃rẹre (φ) *em. v* 18 lẹtũ (φ) laetus *He* 20 semper] ter *Leo* 22 exubiaſ (φ) *em. v* 23 funo (φ) *em. v cf. schol. ad Ar. Plut. 846* 25 ⟨in⟩ iis *vdVl* 27 điſ 28 acten; (φ)

Oud. *E*

iugum subeo et lege perpetua praescriptis illis decem diebus spontali sobrietate multiplicatis instructum *te*letae comparo largitus ex studio pietatis magis quam mensura ⟨*re*⟩rum collatis. nec hercules laborum me sumptuumque quidquam tamen paenituit, quidni, libe- 225
rali deum prouidentia iam stipendiis forensibus *b*ellule 6
fotum. denique post dies admodum pauculos deus deum magnorum potior et maiorum summus et summorum maximus et maximorum regnator Osiris non ⟨*in*⟩ alien*am* quampiam personam reformatus, sed coram suo illo uenerando me dignatus adfamine per quietem recipere uisus
817 est: qu*ae* nunc, incunctanter gloriosa in *f*oro redderem patrocinia nec extimescerem maleuolorum disseminationes, quas studiorum meorum laboriosa doctrina ibide[serui]⟨*m sustin*⟩ebat. ac ne sacris suis gregi cetero permixtus deseruirem, in collegium me pastoforum suorum, immo inter ipsos decurionum quinquennales adlegit. rursus denique qua⟨*m*⟩ raso
818 capillo collegii uetustissimi et sub illis Syllae temporibus conditi munia, non obumbrato uel obtecto caluitio, sed quoquouersus obuio, gaudens obibam.

F 183ᵇ. φ 73ᵇ. 2 ac letę φ: ac lege (*ead. m.* t *add.*) *em. v cf. apol. 22 (26,11) praef. 41* 3 largıt; (φ) *interpret. 'large' Beroald cf. Non. 514 M.* largius *Elmenh* largiter *vir doct.* 4 menſura4 (φ) mensura rebus *v* mensura rerum*? E* mensura ⟨rerum mea⟩rum ⟨impendiis⟩ *vd Vl* mensura rerum stipibus *Brakman* colatiſ *em. ead. m.* φ: cilatiſ (° *al. m. add., prima certe* l *in F pro* i *habuit*) mensura rebus coll. ⟨necessariis⟩ *Koziol cf. 282,24 284,21* mensura rerum collatum *Koch* mensura commoditatis *Kaibel* mensura facultatis *Kronenb* 6 uellula (φ) *em. v* 9 ⟨in⟩ *v* alienū (*ex* u *vid corr.* a) *em.* φ 11 recipe.e (φ) praecip- *Beroald*

12 quā (φ) iam *Pric* quae *He* faro φ: foro (ᵃ *postea add.*) 14 deſeruiebat (φ) *irrepsit ex v. 15* deferuefaciebat *Cocchia* disserebat *Beroald* ibidem serebat *Oud* ibidem sustinebat *He* ibidem subibat *Brakman* 16 pastof. *cf. 279,18* 17 qua raro (φ) quam raro *v* quam raso *Beroald cf. 275,9* quaqua raso *Oud* abraso *E* deraso *Novák* 18 illius *Rohde* 20 *Subscriptio deest* φ: APVLEI PLATONICI FLORIDOꝝ. LIƀ. I°.

Index nominum.

ADDENDA ET CORRIGENDA

p. 4, 19: *lege* uidentem; *adde in app. post 166, 2 Th.): sed Sept. Seren. FPR 148 Morel:* Ianetuens

p. 6, 21: *lege* timida; *in app.:* tinnula *Ald ft. recte*

p. 7, 16: *lege* con⟨iunctionem⟩ contraho; *in app. post Vl adde:* coniunctionem *Chodaczek*

p. 12, 22 app.: *post* (φ) *em. adde: def. Wiman*

p. 16, 8 app.: *post 129, 19 adde: alterum ad modum, alterum ad tempus pertinet*

p. 17, 15 app.: com. alt. *inter se coniungend.; quae leguntur, delenda sunt*

p. 25, 10 app.: *post 261, 19 sq. lege: Wiman; Tac. ann. II 39* dissimilis in dominum *cft. de Jonge*

p. 27, 19 app.: *post He adde: an* hic ibi? *cf. 41, 2. 44, 10*

p. 28, 8: *lege* deam ⟨uer⟩sum

p. 36, 4 app.: et *def. Terzaghi* attonitus *post* stupore *transpos. Roberts*

p. 37, 22 app.: *post* (φ): *def. Armini cf. Hofmann Lat. Synt. 445 γ; post 7, 5 insere 20, 15*

p. 38, 1 app.: pullulatim *ft. recte,* more pullulorum, *i. e. haustibus minimis cf.* bouatim, suatim

p. 38, 4 sq.: ⟨*pronus*⟩ *deleatur; post* inquies *distingu.*

p. 45, 22 app.: *adde* mosculos *deprav. ex* inhort-; *cf. 75, 4* ortulis *73, 3* metas – incitas *95, 10* infertis – infest. *100, 23* marcali – mort- *v. praef. XLII. XLV*

p. 47, 23: *lege* paruulos *def. Roberts cf. Arnob. I 43 (28, 23 Reiff.)*

p. 48, 4 app.: *adde ante* proph.: *cf. Souter Journ. of theol. Stud. XXXVII, 1936, 80* (Saclas)

p. 52, 8 app.: *post 266, 8 adde: def. Armini*

p. 52, 23 app.: *post Cast adde:* concursu *Terzaghi; genetivum def. Roberts coll. Kuehner-Stegmann I 467, 6 ft. recte*

p. 53, 5: *lege* circumsedentis, *scil. qui in portis, in fenestris, supra tecta exspectant praetereuntes (cf. descriptionem vulgi Vict. Hugo Notre Dame de Paris I 1); nam qui sequebantur, eorum vultus videre non poterat. – In app. em. He eqs. delenda*

p. 56, 11 app.: *add.* ⟨caput⟩ *ante* capillo *Roberts*

p. 57, 10 app.: *pro He lege Ecky*

p. 65, 23: longe ⟨tu⟩ fortius qui *Roberts*

p. 69, 17 app.: ululatibus *He*

p. 70, 1 app.: *pro He lege Hild*

p. 71, 9 app.: ac (φ) *em. v*

p. 72, 3 app.: medie (φ) m *corr. al. m. ex* – in

p. 76, 2 app.: ruresti *ft. recte cf. 181, 6 (Sommer Handb.*^{3} *p. 211), sed 109, 14*

p. 77, 7: *lege* in metam diei; *in app. adde:* in meridiẽ (φ) *cf. 219, 27 266, 7 em. He*

p. 82, 22 app.: *post Pric adde:* religionis (φ)

p. 84, 24: *lege* turres [s]tabularum

p. 86, 28 app.: *dele potius-quam; adde: Herodot. I 24, 23 Stein; Apul. vertit verba Graeca cf. 140, 6*

p. 105, 20 app.: *post Petsch adde: Plaut. Pseud. 592. 964 cft. Roberts*

p. 106, 14 app.: *post 112, 1 insere:* ⟨ut praesent⟩ius nihil *Roberts*

p. 109, 20 app.: flagrantes *v*

p. 113, 16 app.: *post plenum: an gratiae inserend.?*

p. 118, 17 app.: *post 268, 13 adde:* sulcatum trahens gressum *Roberts*

p. 118, 20 app.: *post VII 495 adde: sed cf. 38, 1 (passibus brevibus gradiens velut pullulus)*

p. 126, 19: *Signum interrogationis delend.; loquitur cum irrisione*

p. 127, 3 app.: *pro Novák lege: Weyman*

p. 133 app.: *corr.* 3 Jouis *eqs. et post* 2 *transponend.*

p. 137, 9 app.: *lege* ore; *post 12 adde: an Graecismus est: ταύτης τῆς ὥρας?*

p. 140, 3 app.: *pro He pone: vir. doct. ap. Oud.*

p. 142, 8 app.: *adde:* ille Ditis exactor *Roberts, sed non est deus; praeferenda Beroaldi coniectura; an* Charon uel Ditis et ⟨iam⟩ pater? *an lacuna maior:* ille Ditis et ⟨nauita et ianitor neque Dis⟩pater

p. 143, 11 app.: *adde:* ⟨temptare⟩ thensaurum *Cast*

p. 147, 8: *lege cum Roberts:* promptiores, uulnerati⟨s⟩ relictis

p. 147, 11: *lege* equum meum

p. 150, 13 app.: *post He adde: cf. 111, 2 app.; 53, 22 288, 18*

p. 151, 10 app.: *post* (φ) *pone: em. v*

p. 153, 1 app.: unus, omnium sedato tumultu, *v, sed solet genetivum aut praepositiones* ex, inter, in *adiectivo* unus *addere*

p. 156, 14 app.: *adde: scil. οὐκ, οὐκ quod clamori asini simile docet Snell Herm. 70, 1935, 355*

p. 164, 15 app.: *post* φ curutabat *adde: em. Schickerad*

p. 165, 5 app.: rurestib' (φ) *ft. recte cf. 76, 2*

p. 166, 7 app.: *adde:* qui nimis sero paruit

p 167, 20 app.: *ante* iuuare *insere* presura (φ) *em. v*

p. 168, 10 app.: *post Beyte adde: an ortum est ex varia lectione* concidet*? cf. 173, 3*

p. 171, 18 app.: *post* mansues (φ) *adde: def. Lindholm Stilist. Stud., Lund 1931, p. 86 n. 1*

p. 174, 18: *interpunge:* non est, in his inquit unus. – *In app. adde:*, in his *He cf. 80, 16 153, 1*

p. 180, 13 app.: *adde:* ⟨*per*⟩ plagosa crura uuln. *Walter*

p. 183, 11: *suppl.* ⟨*quaeso audias*⟩ *ante* quod

p. 183, 12: *lege* et, si . . . iam ⟨non⟩ permanet

p. 184, 9: *lege* improuide; *cf. 56, 15 84, 4*

p. 185, 6: *lege* linguae satia⟨n⟩ti⟨s⟩

p. 189, 7 app.: *adde post* reddi *v*: uiare die (de die *Beyte*) *Terzaghi (sed v. v. sq.); adde post He:* an [ddi delend.*?*

p. 197, 18 app.: *adde post 10, 12:* fracta et *v*

p. 200, 25: *cf. 156, 17*

p. 204, 2 app.: *post recentiss.) adde: em. v*

p. 208, 7: *lege* unica per⟨astute⟩ *a*ssulis. – *In app. adde post al. m.: em. He* (semp. cart. *He*) *delend. cf. RE XVII 854, 38*

p. 208, 16 app.: *adde:* cuperet *Beyte ft. recte*

p. 209, 9 app.: *adde: an* manus spiculis armati*? He*

p. 215, 20 app.: *post vdVl. adde: ante* illa *posuit Cast*

p. 218, 10/11 app.: *corr. cf.: 88, 19 279, 17*

p. 222, 9 app.: *adde: recte distinx. Salm*

p. 236, 16/17: *scribe* galeam ⟨gerebam⟩ . . . scutum cetera longe *p*raelucens
in app.: 16 ⟨gerebam⟩ *add. He* 17 longiorē lucens *em. He cf. Kuehner-St. I 333;* longius relucens *Elmenh*

p. 238, 28 app.: *corr.:* pẹnit;

p. 242, 21: *restitue* neclexisse

p. 242, 22: *scribe* haec – eximia enim ad

p. 250, 3 app.: *adde:* 3 commodarẽ (φ) *em. v*

p. 251, 18 app.: *ad* sorsus *adde: cf. Lucret. III 631 sq. Lachmann comm. p. 135*

p. 252, 10 app.: *post* medicatis *He adde: cf. Martial. XIV 207, 1*

p. 252, 15 sqq.: *De hoc loco nuperrime egit Scevola Mariotti, qui etiam recentiores disputationes attulit: Lo spurcum additamentum ad Apul. met. 10, 21, Firenze 1955*

p 253, 1 app.: *adde* basiola (b *ex* u *al. m.*)

p. 254, 1 app.: *ante cf. adde: fl. recte* passares *cf. Prob. app. 198, 33*

p. 258, 17 app.: *post* ab *adde: em. Cast*

p. 267, 2 app.: *adde: def. Chodaczek*

p. 269, 26: *lege* utrique *et in app. post* arique (φ): trique *ut legit Giarr; cf. 8, 17 Hom. Od. 1, 23*

p. 270, 4 app.: *post* omitte *addas*], omnem *Cast*

p. 274, 7/8 app.: *adde: Wissowa Rel. u. Kult. d. Röm.*[2] *p. 356 n. 4*

p. 280, 1 app.: *ante Deubner adde: RE IX 2129, 64*

p. 280, 6/7 app.: *adde: cf. 43, 13*

p. 287, 23: *pro* ⟨*peruenio*⟩ *lege:* ⟨*appello*⟩. – *In app. adde:* ⟨appello⟩ *He*

p. 291, 14 app.: *adde:* ibidem exciebat *Thomas*